12/4 E
RBR Doc 4 84

BIBLIOTHEEK
7 7496 00037643 2
NATIONAAL NATUURHISTORISCH MUSEUM Postbus 9517 2300 RA Leiden Nederland

SCOTIA ILLUSTRATA

SIVE

PRODROMUS HISTORIÆ NATURALIS

IN QUO

Regionis natura, Incolarum Ingenia & Mores, Morbi iisque medendi Methodus, & Medicina Indigena accuratè explicantur:

ET

Multiplices Naturæ Partus in triplice ejus Regno, Vegetabili scilicet, Animali & Minerali per hancce Borealem Magnæ BRITANIÆ Partem, quæ Antiquissimum SCOTIÆ Regnum constituit, undiquaque diffusi nunc primum in Lucem eruuntur, & varii eorum Usus, Medici præsertim & Mechanici, quos ad Vitæ cum necessitatem, tum commoditatem præstant, cunctis perspicuè exponuntur.

LUGD. BAT.

CUM FIGURIS ÆNEIS.

Opus viginti Annorum

Serenissimi Domini Regis CAROLI. II. Magnæ BRITANNIÆ, &c. Monarchæ Jussu editum.

Auctore ROBERTO SIBBALDO M. D. Equite Aurato, Medico & Geographo Regio, & Regii Medicorum Collegii apud EDINBURGUM Socio.

EDINBURGI,

Ex Officinâ Typographicâ JACOBI KNIBLO, JOSUÆ SOLINGENSIS & JOHANNIS COLMARII, Sumptibus Auctoris.

Anno Domini M. DC. LXXXIV.



REGI.

AD Sacræ Majeſtatis veſtræ pedes procumbit *Scotia* tua, Imperitantium optime, & ſuas Opes nativas, quas numeroſas & eximias Divinum Numen ei benignè largitum eſt, humillimè offert : Credebatur illa adſpectu triſtis, ſterilis, & in obſcuram ac damnatam Mundi partem rejecta ; quæ tamen benigno Cœli influxu ſalubrique Aëre gaudens, & inter utrumq; Orbem in ipſo Maris gremio poſita cum ad Vitam neceſſaria, tum utilia quæque ſummâ copiâ poſſidet. Nunc benignis Majeſtatis veſtræ Solis ſui Radiis illuſtrata Tenebras ſuas ſuperavit, novoq; Vigore animata injectam ſibi per multa Secula Caliginem diſſipavit, & abditorum in ſinu ſuo Theſaurorum Clauſtra reſolvit ; ac Majeſtati veſtræ Patri Patriæ, & legitimo ſolique Fundi ſui Domino Aurum Argentumque ſuum expandit; Margaritas, Cryſtalla, Marmora quaſque alias habet in ſinu ſuo Gazas producit ; Marina, Animalia & Plantas exponit, quæ veſtræ Majeſtati debentur, jure per inviolatam veſtrorum Majorum ſeriem, qui per bis mille annos hic regnarunt, ad Majeſtatem veſtram devoluta. Libenter quoq; fatetur *Scotia* tua veſtris in ſe beneficiis cuncta deberi, quæ ſub juſto & benigno moderamine veſtro ſecurè & quietè Bonis ſuis fruitur & ſummâ Pace potitur, dum vicinæ Gentes omnibus Belli miſeriis premuntur. Cum Majeſtate veſtrâ reductæ Artes & Scientiæ in Regnis veſtris maxime florent, reſtitutaque, quæ Experimentis nititur, Vera Philoſophia magna ſub Auſpiciis veſtris incrementa capit. In veſtro quoque Antiquiſſimo *Scotiæ* Regno Regium Medicorum Collegium apud *Edinburgum* erexit Majeſtas veſtra, cui cum Praxin Medicam regulandi, & imperitos indoctoſque in vitam ſubditorum veſtrorum graſſantes reprimendi facultatem, tum Medicinam promovendi provinciam demandavit : Humillimè proinde Sacræ Veſtræ Majeſtati ſe ſuaque offert Prodromus hicce Rerum Naturalium in Antiquiſſimo Veſtro Regno fidus Expoſitor, qui nunc quidem rudiore penicillo deſcribit quæ in hoc Veſtro Antiquiſſimo Reg-

no ſint ad Morbos præſidia & quæ Artibus Mechanicis provehendis inſerviant. Sed ut veſtro juſſu hæc aggreſſus eſt, ita, ſi Majeſtati veſtræ arriſerit, favente Supremo Numine, ſuis numeris abſolutus & coloribus debitis ornatus aliquando forſan in juſtam Hiſtoriam Naturalem aſſurget.

Ut Sacratiſſimam Majeſtatem veſtram diu ſanam, ſerenam, felicem conſervet; & ut omnia ei fauſta proſperaque obveniant, Deum Opt. Max. quàm ardentiſſimis Votis precabitur

Majeſtatis Veſtræ

Humillimus & Obſequentiſſimus
Subditus & Servus,

ROBERTUS SIBBALDUS.

ORDO OPERIS.

PRodromo huic Naturalis Historiæ Scotiæ *Nuncius* Scoto-Britannus *de* Atlante Scotico *præmissus est, quòd in eo naturalis* Regionis *divisio habeatur, &* Regiones *eo ordine, quo jacent, dispositæ sint, adeoque Descriptionis vicem supplere possit. Operæpretium quoque nobis visum est Institutum nostrum de* Atlante Scotico *edendo omnibus hoc pacto significare, ut, siqui sint, apud quos vel Manuscripta, vel Tabulæ Geographicæ, vel Inscriptiones Antiquæ sint, quæ* Atlantem *nostrum illustrare poterint, illi ea nobis dignentur communicare, & honorifica eorum mentio in opere fiet.*

Ipsum verò Opus Prodromum in duas Partes divisum est.

Prima Generalis duos continet Libros;

Quorum primus agit de Aëre, Aquis, Locis & Incolis Scotiæ.

In Secundo de Morbis *in* Scotiâ *grassantibus, de* Methodo *iis medendi, & de* Medicinâ *Indigenâ agitur.*

Secunda Pars *Specialis est, & quatuor Libris constat:*

Quorum primus de Plantis *in* Scotiâ *sponte nascentibus agit.*

Secundus de Plantis Scotiæ *Hortensibus.*

Tertius de Animalibus Scotiæ *tam feris quàm domesticis.*

Quartus de Mineralibus Metallis & Marinis.

Singulis autem Libris præmittitur Index Capitum, qui singulorum Capitum Titulos explicat.

Sub calcem verò utriusque Partis Indices Rerum *copiosi adjecti sunt.*

EDINBURGH

The Tenth day of April, 1684.

THE LORDS of His *Majesties* Privy Council having appointed some of their Number, to revise the Book published by Sir *Robert Sibbald* His *Majesties* Physician in Ordinar and Geographer, Intituled *Scotia illustrata sive Prodromus Historiæ Naturalis*; and having considered the report made by them of the usefulness thereof; do give and grant to the said Sir *Robert Sibbald*, and to his Heires and Assigneyes the sole Priviledge of causing Print the said Book, and discharge all others to print or reprint the same without his or their licence, for the space of nineteen years, or to import the same reprinted abroad into this Kingdom during the said space, under the penalty of Confiscation of such Copies to his, or their use, and being further punished for their contempt. Ext. by me

WILL. PATERSON.
Cls. Sti. Concilii.

APPROBATIO

Regii Medicorum Collegii Præsidis & Censoris.

CUm Robertus Sibbaldus *M. D. Eques Auratus & Medicus Regis Ordinarius Regiique Medicorum Collegii apud* Edinburgum *Socius, opus Sacræ suæ Majestatis jussu a se elaboratum, nobis perlegendum exhibuerit, quod* Scotiam *Illustratam sive* Naturalis Historiæ Prodromum *inscripsit. Ac in eo nihil sit quod bonis moribus contrarium sit, multa verò reperiantur quæ ad scientias & Artes promoveudas inserviant; dignum censemus quod in publicam lucem emittatur, in cujus rei fidem subscriptiones nostras manuales apposuimus primo die* Aprilis *Anno Domini*, 1684.

AR. STEVENSON. C.M.R.P.
ANDR. BALFOURE. C.M.R.C.

NUN-

NUNCIUS SCOTO-BRITANNUS, SIVE ADMONITIO DE ATLANTE SCOTICO

SEU

DESCRIPTIONE *SCOTIÆ ANTIQVÆ Et MODERNÆ*

Speciali MANDATO

Sereniſſimi REGIS Domini noſtri CAROLI *Secundi, MAGNÆ BRITANNIÆ*, Franciæ & Hiberniæ *Regis, Defenſoris Fidei,*

CUM

TABULIS GEOGRAPHICIS

In lucem publicam ilicò edendâ

PER

Robertum SIBBALDUM Equitem Auratum M. D. Dominum de *CIPHIIS*, Medicum *REGIS* Ordinarium,

Et pro Antiquiſſimo Regno *SCOTIÆ*

GEOGRAPHUM REGIUM.

Curioſum nobis natura ingenium dedit: & artis ſibi ac pulchritudinis ſuæ conſcia, ſpectatores nos tantis rerum ſpectaculis genuit; perditura fructum ſui, ſi tam magna, tam clara, tam ſubtiliter ducta, tam nitida, & non uno genere formoſa, ſolitudini oſtenderet. Sen. De Otio Sapientis, *Cap.* 32.

EDINBURGI,

In Officinâ Typographicâ DAVIDIS LINDESII, M. JACOBI KNIBLO, JOSUÆ SOLINGENSIS & JOHANNIS COLMARII.

Anno Domini M.DC. LXXXIII.

M. ALEXANDRRI BODII Carmen

De

SCOTIA.

Nobilis *Arctoo* locus eſt vicinior *Igni*,
Quem *Mare* reflexis undique cingit *Aquis*:

Quem tamen *Arctoum* Sidus nec *Frigore* tentat,
Nec ſacer admiſſis *Cynthius* urit Equis:

Cui Decus & Nomen *Pharia* de Sanguine *Scotæ*
Intulit, & *Cereris* femina, *Jura*, Deos.

Terra ferax, Pecoris dives, fœcunda Metallis:
Nec tamen Artificum deſidioſa manu.

Ingenio facilis, ſed ad horrida promptior Arma:
Nec plùs, quàm Belli, Relligionis amans.

DIPLOMA REGIUM PRO OFFICIO GEOGRAPHI REGII CONCESSO

D^o. ROBERTO SIBBALDO

Equiti aurato Medico Regis ordinario, cum Privilegiis infrà Scriptis.

CAROLUS *Dei gratiâ Magnæ* Britanniæ, Franciæ & Hiberniæ *Rex, Fidei defensor, Universis & singulis Ligeis & Subditis nostris quos spectat, & ad quorum notitiam præsentes hæ Literæ perventuræ sunt, Salutem. Cum nos Regiâ nostrâ consideratione animadvertentes, Esse in antiquo nostro* Scotiæ *Regno abundantiam eximiarum & utilium Plantarum, Animalium, Quadrupedum, Volatilium, Piscium & Insectorum; Et Mineralium, Metallorum & Substantiarum repertarum in & ejectarum à Mari: Quæ si nota essent, & eorum natura, virtutes & usus, Plurimum conducerent ad variarum Artium & Artificiorum profectum, & Medicinæ ac Naturalis Historiæ Scientias multum promovere possent, quæ adeò necessariæ sunt ad Ligeorum nostrorum conservationem. Animadvertentes etiam futurum, ut progressu temporis tenderet ad dictum nostrum Regnum ditandum, conservando in eo pecuniam quæ foràs emittitur (cùm maximam partem eorum* Simplicium, *quæ usurpantur, domi reperire liceat) Et conducendo operam variorum ex nostris Subditis in iis indagandis & præparandis, cùm tanta sit eorum copia (Mineralium præsertim, Metallorum & Animalium) ut his finibus optimè responderi possit; Eademque etiam multò vilioribus pretiis venundari possent, quàm importari queant. Nosque expendentes, optimum medium ad eorum detectionem & profectum in eos fines esse, ut Naturalis illorum Historia edatur, quæ rationem reddat locorum in quibus invenienda sunt, & viam aperiat quâ detegantur, modum ostendat quo præparentur, & eorum naturam, vires & usus explicet. Et nos quoque animadvertentes, in honorem nostrum & gloriam cessurum, ac magno usui dicto Regno nostro futurum, si justa & plena Descriptio detur veterum dicti Regni nostri* Monumentorum, *& Præfecturarum nostrarum, Regiorum* Burgorum, *Urbium,* Fluminum, *Fretorum, Sinuum,* Portuum, *Stationum, Lacuum, & Castellorum ac Munimentorum nostrorum, Ædium ad Nobiles & Generosos pertinentium, & quicquid aliud observatu dignum est in dicto Regno nostro. Et nos certiores facti de Integritate, Fidelitate, Eruditione & Qualitatibus fidelis & dilecti nostri* D. Roberti Sibbaldi *Equits aurati Medicinæ Doctoris ad Opus illud suscipiendum idoneis, Et de Fidelitate &* Perpessionibus *Patris ipsius, aliorumque sanguine ipsi conjunctorum, eò quòd constanter permanserint in obsequio & observantiâ suâ erga Regium nostrum Patrem: Et quòd, postquam se meliorâsset Studiis suis in celeberrimis* Academiis *tam domi quàm peregrè, Et diversorum amorum peregrinatione in locis* Europæ *maximè celebratis ob Eruditionem & Artes Liberales, Nunc ille, ex studio nobis inserviendi, per viginti annos elapsos suum effecerit negotium, se instruere de omnibus quæ ad Naturalem Historiam spectant dicti Regni nostri, Et de*

rebus antiquis & curiosis in eo observabilibus; Et multo labore & experientiâ fundamenta jecerit Naturalis Historiæ ejusdem, & Descriptionum cum Scotiæ *Antiquæ tum* Scotiæ *Modernæ, Ubi vetera Monumenta, Inscriptiones & Ichnographiæ Castrorum describuntur, & variæ Provinciarum Tabulæ Geographicæ nunquam antea designatæ accuratè delineantur, earum Sinus & Portus distinctè notantur: Similiter designandas & incidendas curaverit in æueïs Tabulis Figuras ejusmodi Subjectorum Naturaïis Historiæ, quæ vel nunquam antea, vel non rectè factæ fuerant; justasque & plenas eorum Descriptiones formaverit; Et naturam, vires & usus explicet omnium* Simplicium *in* Scotiâ *inventorum, unâ cum modis quibus adhiberi possunt ad augmentum Scientiarum, Artium & Artificiorum, & ad utilitatem & commodum Lig eorum nostrorum. Sciatis igitur, Nos proprio nostro impulsu & inclinatione, & ex nostrâ curâ & tenero illo affectu quo felicitati dicti nostri Regni Studemus, & Regio amore quo prosequimur omne Eruditionis genus, & potissimum Medicinæ & Naturalis Historiæ Studium, ex quo tanta Emolumenta Nobis & Subditis nostris accrescere possunt, Nominâsse, constituisse & ordinâsse, Sicut & Nos per has præsentes Literas nominamus, constituimus & ordinamus dictum* D. Robertum Sibbaldum *Equitem auratum Medicinæ Doctorem, ut sit Geographus noster pro dicto Regno nostro, durantibus omnibus diebus vitæ suæ;* Dando, *concedendo & largiendo illi dictum Geographi Officium ab ipso possidendum & fruendum, plenè & liberè in omnibus respectibus & conditionibus, cum omnibus commodis, Beneficiis, Privilegiis, Libertatibus, immunitatibus, & cunctis adventitiis bonis quibuscunque dicto Officio debitis, Aut quæ postbac comperta erunt ad illud pertinere vel spectare, Cum plenâ potestate & auctoritate condendi Tabulas Geographicas & Descriptiones* Provinciarum *Regni nostri, & Regni nostri generatim,* Fretorum, *Sinuum & Fluminum ejusdem, Et Regiorum nostrorum Burgorum, Urbium, Castellorum ac Munimentorum, Ædiumque ad nostros Nobiles & Generosos pertinentium, Monumentorum, & aliorum quæcunque in eo observabilia sunt; Et scribendi Naturalem Historiam & Descriptionem omnium Naturalium* Productorum *dicti Regni nostri, eorum naturam, virtutes & usus, & obeundi omnia munia pertinentia ad nostrum Geographum, & fruendi omnibus honoribus illi debitis in eâ Relatione. Et speciatim imperantes et ordinantes, ut dictus* D. Robertus Sibbaldus *Eques auratus edat dictas suas Descriptiones tam* Scotiæ *Antiquæ quam* Scotiæ *Modernæ, et Naturalem Historiam dicti nostri Regni* Scotiæ, *Cum plenâ Libertate et* Privilegio *dicto* D. Roberto Sibbaldo *Equiti aurato ea imprimendi in* Latinâ *vel Anglicâ Linguâ, vel utrâque, et in quâ formâ sibi visum fuerit, sive universum Opus, sive ejus Prodromum, sive quamlibet eorum partem; Et adhibendi quemcunque vel quoscunque Typographos voluerit. Prohibentes hisce omnes alios Typographos in nostris* Scotiæ *Dominiis, sub pœnis usitatis, imprimere, per decem annorum spatium ab his datis, in quâcunque formâ vel lingua, Omnia, sive quamlibet eorum partem, absque consensu et approbatione dicti* D. Roberti Sibbaldi *Equitis aurati Datum sub Sigillo nostro* Privato *in* Palatio *nostro de* Whitehall, *tricesimo die* Septembris, *anno Millesimo, sexcentesimo, octogesimo secundo, Regni nostri anno tricesimo quarto,*

Per Signaturam Manu S. D. N. Regis suprà Scriptam.

A D-

NUNCIUS SCOTO-BRITANNUS,

SIVE ADMONITIO

De

ATLANTE SCOTICO,

SEU

Descriptione Scotiæ *Antiquæ & Modernæ, Serenissimi Regis speciali Mandato edendâ in lucem publicam per D.* Robertum Sibbaldum *Equitem auratum, Medicum Regis Ordinarum & Geographum Regium.*

Operis ratio exponitur.

Cùm rerum in *Scotiâ* Naturalium Historiam scribere statuissem, consultò mihi facturus videbar, si ipsius Regionis Descriptionem præmitterem, quoniam, quæ hactenus edita est, vix curioso Lectori satisfacere potest. Ita enim immutata est Terræ facies, ut, quæ olim *Saxo* sterili ac Lacubus horrida, tristis adspectu erat, nunc, Terrarum cultu, Urbium splendore & Ædificiorum superbiâ, cum melioribus vicinarum Regionum conferri possit.

Quod autem editum fuit *Scotiæ Theatrum* per *Jo. Bleau*, præter quarundam Regionum Descriptionem per doctissimum D. *Gordonium* de *Stralogh*, & Schedas ejusdem duas aut tres de *Scotiâ Antiquâ*, nihil aliud habet quàm nudam *Buchanani* Descriptionem, & pauciſſima de *Cambdeno* excerpta, qui sæpe non ita æquus rerum nostrarum judex est.

In nostrâ autem Descriptione operam dabimus, ut totius Regionis singularumque Provinciarum termini ac fines clarè designentur, ipsiusque Terræ indoles explicetur; Oceani ambitus, Maris tractus, Sinus, Promontoria, Insulæque enarrentur; Urbium quoque, Oppidorum & Arcium positio; Regimen, Magistratus, & quæ in singulis tam Regionibus quàm Urbibus maximè observabilia sunt. Montium etiam situs, Fluminum ac Amnium Origines, Cursus, Flexus & Ostia, Lacuum Stagnorumque amplitudo & situs, Planities, Valles, Sylvæ & Fodinæ tradentur, ut rerum Naturalium, quæ passim per totam *Scotiam* diffunduntur, melior Descriptio exhiberi possit. Et cùm variis in locis supersint quædam venerandæ Antiquitatis Vestigia, vetusta scil. Ædificia, Castra, Templa, Munimenta, Sepulchra seu Tumuli, Inscriptiones, Saxa variis Figuris signata: Ea quoque multo labore & magnis impensis eruenda curavi, ut, quantum per tempus edax rerum & invidiosam nimis vetustatem licuit, *Scotiæ* Antiquitatem, & suæ Antiquitati *Scotiam* restituerem.

Scotiam autem *Antiquam* describo, quantùm ex *Ptolomæo* aliisque Veteribus tam Exteris quàm Nostratibus assequi licet, quos quidem universos ferè consului, ut, quæ apud Historicos nostros Libros impressos deficiunt, ex Exteris & Manuscriptis nostratium supplerem. Et, nisi me fallit animus, quædam ex illis derivata lux est, quæ caliginem nostrorum Scriptorum aliquâ ex parte dissipare poterit: nec (quod nobis objicit *Cambdenus*, in vocis *Scotiæ* ambiguitate ludens) ampliùs, ut spero, in Origine Gentis nostræ tradendâ σκοτεινοὶ erimus. Sed in rebus tam obscuris dandus est semper locus *Seneca. De otio Sapientis Cap. 22.*
„ aliquis Conjecturis: nec enim (ut præclarè Philosophus *Latinus*) omnia, nec tanta
„ vidimus, quanta sunt: sed acies nostra aperit sibi Investigando viam, & fundamen-
„ ta veri jacit, ut Inquisitio transeat ex apertis in obscura. Hæ autem Conjecturæ, si eam nequeant afferre evidentiam, quam mens nostra optet, indicia tamen quædam esse possunt ansæque, quibus ipsam è latebris Veritatem feliciora ingenia extrahere queant.

Dabunt proinde veniam mihi viri ingenui, si in Origine Gentis nostræ tradendâ audaciùs aliquantò procedam, cùm, si non vera, probabilia saltem argumenta adducam, & quæ Scriptorum omni exceptione majorum auctoritate nitantur. Quòd si minùs Gentis nostræ magnificentiam fabulosis Naralibus augeam, vulgata tamen & quasi per Vetustatis manus tradita stabiliam & confirmabo.

Conatus certè sum ex ultimâ Antiquitate petitis argumentis probare, tam hujus quàm Australis Partis Insulæ Incolas ab antiquissimis, nobilissimis clarissimisque Gentibus profluxisse, esseque eodem sanguine iisdemque natalibus locis oriundos: quod non leve argumentum esse debet mutuæ amicitiæ & amoris inter utramque Gentem nunc quoque feliciter sub uno eodemque Rege in idem obsequium conspirantem.

In hoc vero Tractatu hos mihi Scopos maximè proposui, ut, quæ vel omninò omiserint Scriptores nostri vel nimis leviter tractaverint, ea fusiùs & distinctiùs explicarem. De Nomine ergo *Scotiæ* & de *Thule* deque Prætenturis, Muris & Vallis, quæ construxere *Romani*; deque populis qui à *Ptolomæo*, *Tacito*, *Dione* aliisque Veteribus, ut Incolæ hujus partis Insulæ, memorantur, accuratius scrutinium institui; & eas locorum appellationes, quæ apud *Ptolomæum*, *Antoninum* (in Itinere saltem illi tributo) *Bedam* aliosque occurrunt, quantum in hac obscuritate licet, recentioribus aptavi. In Origine verò Gentis nostræ eruendâ ea Vestigia antiqua sequutus sum, quæ apud optimos quosque Auctores tam veteres quàm modernos certissima Originis τεκμήρια habentur; eadem scil. Oppidorum & Fluviorum, ipsarumque Provinciarum nomina; Sacrorum, Rituum, Legum, Morumque & Consuetudinum concordantia, Linguarumque affinitas & similitudo. Quæ verò Monumenta vetusta Historicis nostris vel ignota, vel ab iis de industriâ omissa mihi occurrerunt, ea, quàm potui dilucidè, descripsi & delineanda curavi. Quòd si curiosis mentibus non satisfecerim, methodum saltem peritioribus aperui, quâ meliora & pleniora tradant. Historicorum certè nostrorum lectionem & faciliorem & jucundiorem utiliioremque reddidi; & hoc saltem præstiti, ut, qui hæc legunt, in Patriâ suâ peregrini amplius non sint. Sed præcipuus meus scopus erat ad *Historiam Naturalem* SCOTIÆ viam parare, quam nemo hactenus aggressus est, cùm illa tamen egregii usus sit & multæ oblectationis. Medicis verò, qui pro dignitate Medicinam facere vellent, planè necessaria est: pro cœli enim ac soli situ diverso variant hominum temperamenta, diversi infestant morbi, Medicamenta vires ac facultates suas sortiuntur: methodus proinde medendi varianda est. *Scotia* etiam nostra Morbos quosdam peculiares habet, qui in eâ magis quàm in aliis Nationibus grassantur: sed & (quæ divina erga nos bonitas est) sua quoque habet adversus illos Morbos Remedia. Medico ergo necessaria est accurata Regionis cognitio in quâ Praxin exercet, ut clarè demonstrat *Hippocrates*. In *Scotiâ* proinde *Modernâ* sedulò notavimus ea loca, in qui- *Lib. de Aëre Aquis & Locis.*
bus res illæ naturales maximè proveniunt, quæ Medicinæ aliisque Artibus usui esse possint. Ad majorem quoque Operis illustrationem, quædam de Linguis, Regimine Politico, Legibus, Nobilium Familiarum Stemmatibus & Prosapiis notavimus. Descriptionis autem utriusque tam *Scotiæ Antiquæ* quàm *Modernæ* seriem nunc trademus.

SERIES

SERIES OPERIS EXPLICATUR.

Geographia inter nobiles illas Scientias, quas præclara colunt ingenia, laudatiſſima, quod & maximâ voluptate animos afficiat, & plurimum inde utilitatis oriatur. Per eam enim ea etiam, quæ longiſſimè diſtant, ob oculos ponimus, & abſentes, quaſi præſentes, intuemur; ſummam quoque animi voluptatem parit, cùm Regionum, Aquarum & Urbium ſitus tam planè exponit quàm alii qui eos oculis luſtrârunt: Hominem certè (quem Græci μικρὸν κοσμον, quaſi magni Orbis compendium, vocant) nulla alia æquè decet ac de Mundo peritia. Inexcuſabile autem crimen eſt nativi ſoli provincias & oppida ignorare, cujus quidem Provinciarum, Urbium, Oppidorum, imò Vicorum, Marium & Sinuum, Inſularum, Littorum, Portuum, Montium, Lacuum, Fluminum ipſorumque etiam Fontium non ſolùm nomen, ſed & ſitus ſalubres ſcire decet; quo victu quæque Regio & quibus moribus utatur; quibus excellat rebus & quantum alia ab aliis diſtent: quòd multos nobis uſus horum cognitio præbeat.

Orbis certè hic terrenus Theatrum eſt, in quo DEUS Mortales ad imaginem ſuam formatos, veluti in Scenam, educit: dumque varias illi partes ſibi aſſignatas mirâ ſolertiâ exequuntur, multa produnt divinæ Majeſtatis, benignitatis, juſtitiæ, ſapientiæ potentiæque indicia, quibus, ut ſummæ ejus providentiæ argumentis, animi noſtri DEO *Opt. Max.* tùm conciliantur, tum conjunguntur. Quis autem eſt, qui ſeriò ponderaverit varias Rerumpublicarum formas, diverſam ſoli faciem, differentes populorum mores, Leges & Sacrorum ritus, qui DEI Providentiam non agnoſcat & veneretur? Et, ob hanc ſane *Geographiæ* utilitatem hominibus ferè cunctis naturâ inſitum eſt, ut & loca varia in Orbe luſtrare cupiant. Sed cùm, ut canit Poëta,

Non cuivis homini contingit adire Corinthum;

Multique, ob rei familiaris inopiam, corporiſve imbecillitatem, aliaſque cauſas, peregrinari & exteras Regiones inviſere nequeunt; multum certè *Geographiæ* debemus, cujus notitiâ divinam immenſitatem quaſi adumbramus, domique ſedentes maria ac terras animo complectimur, ſtudendoque celerius multò luſtramus Orbem, quam *Ulyſſes* errando,

Qui domitor Trojæ *multorum providus urbes,*
Et mores hominum inſpexit; latumque per æquor,
Dum ſibi, dum ſociis reditum parat; aſpera multa
Pertulit: ——

Atque ſic undiquaque aliquid colligimus, quo in nobis ingenium & ſapientia incrementum capiant. Interim ab exterorum vitiis ſecuri ſumus, quæ converſatione & commerciis in peregrinantes irrepunt. Ut taceam utilitates, quas Hiſtoriarum Studio, Theologiæ, Phyſicæ, Medicinæ, Politicæ aliiſque Diſciplinis præſtat, Mercatura certè & Res Nautica (quæ in noſtrâ Republicâ ærarium, *h. e.* nervum rerum gerendarum conſtituunt) plurimùm à *Geographiâ* adjuvantur: ad Mercaturam enim feliciter exercendam plurimùm facit ſcire Regionum (ad quas merces mittendæ, vel è quibus ad hunc vel alia loca deferendæ ſunt) ſitum, diſtantiam, interjecta Maria, iter, vicina loca infenſos vel amicos incolas habentia, & alia, quæ è *Tabulis Geographicis* magnâ cùm animi voluptate hauriuntur. Nauræ verò ampliſſimum *Geographiæ* uſum agnoſcunt, quando remota Maria & furentem Oceanum ſulcare ſuſcipiunt freti Mapparum *Geographicarum* adminiculo. Et cùm innumeræ quidem inſulæ undique in Mari circa *Scotiam* diſperſæ ſint; multiſque in locis Promontoria excurrant; Littuſque nunc rupibus aſperum, nunc ob pulvinos adjacentes non minus periculoſum ſit; & nullibi terrarum *Maria* impetuoſius concitentur, altiores attollant fluctus; æſtuſque tum violentiores, tum magis inter ſe oppoſiti ſint: Has ſanè ob rationes Sereniſſimus *Rex*, verè Pater Patriæ & utilitatum ejus conſultiſſimus proviſor, D. *Roberto Sibbaldo* Equiti aurato in antiquiſſimo *Scotiæ* Regno *Geographo* ſuo in mandatis dedit, ut Deſcriptionem ederet *Scotiæ* tam *Antiquæ* quàm *Modernæ* accuratiſſimam. Quapropter dictus D. *Robertus Sibbaldus Geographus Regius* Quæſita, quæ hìc adjuncta ſunt, publicanda curavit, quò facilius in remotiſſimis etiam Regionibus ad exactam Deſcriptionem neceſſaria adipiſceretur. Ut autem *Tabulæ Geographicæ* accuratiſſimæ confi-

cerentur, *Senatus Regius* Commissionem & Mandata dedit *Joanni Adair* Mathematico eximio & Mechanices peritissimo, ut is Geometricè Regionum *Mappas* conficeret : Quas ille quidem, varias Angulorum distantias Instrumentis suis Mathematicis sumptas exactè mensurando, elaboratissimas & justissimas confecit egregièque delineavit. Et Nuperrimè æstuarii *Forthæ*, ab ejus ostio ad locum *Queens Ferry* dictum ubi in arctius spatium coarctatur, exactissimam Tabulam *Geographicam* confecit, in qua Secundum novam & accuratam methodum omnes notantur insulæ, Rupes etiam quæ Cœcæ vocantur, Brevia, pulvini; & ora maritima exactissimè delineata est, cum sinubus ejus, promontoriis, portubus, urbibus aliisque observabilibus, cum profunditatibus Aquarum per totum æstuarium, & cum lineis a singulis punctis, pro nave dirigendâ, & cum prospectu insularum observabilium, promontoriorum & Terrarum Eminentium maximè notabilium, a quibus Nautæ indicia sumunt. Idem etiam Prefecturæ *Perthensis* Mapparum delineationem statim aggressurus est, & paratus erit ad aliarum etiam Regionum (quæ nunquam anteà delineatæ fuerunt) Mappas conficiendas, modò de sumptibus ad id operis necessariis illi provisum fuerit. Quod ut præstent quibus id officii incumbit, Operis jam suscepti Specimen, Præfecturæ *Clacmananæ* Tabulam Geographicam (quæ nunquam prius delineata fuit) adjungendam curavimus, in quâ videre licet non solum Urbes, Oppida et Nemora, Montes, & Flumina Lacusque, sed et diversam Terræ faciem (quæ scilicet Arabilis, quæ Ericosa, quæ Palustris sit) egregiè repræsentatam; additis quoque differentiis, quæ Templa, quæ Molendinas, quæ Nobilium Ædes, &c. distinguant.

Noster autem ATLAS *Scoticus* duobus Voluminibus constabit: quorum alterum *Latinâ*, alterum verò Anglicâ Linguâ conscriptum. Tractatus *Latinus Albaniam* seu *Scotiam Antiquam & Scotiam Modernam* continet, ejus autem Tituli sunt,

ALBANIA
SIVE
SCOTIA ANTIQUA
Illustrata
LIBRIS TRIBUS,

Quorum Primus de Insulis *Britannicis* & de *Britanniâ* in genere.

Secundus agit de eâ parte *Britanniæ*, quæ primò *Albania*, posteà *Scotia* dicta fuit, in genere.

Tertius agit de *Albaniâ* sive *Scotiâ* particulatim.

LIBRI PRIM

De Insulis Britannicis & Britanniâ *in genere*,

CAput I. *De situ Insularum* Britannicarum.
Caput II. *De* Britanniæ *situ & figura.*
Caput III. *De temperie Aeris & qualitate Soli* Britannici.
Caput IV. *De Nominibus* Britanniæ.
Caput V. *De antiquâ divisione* Britanniæ.
Caput VI. *De variis populis* Britanniæ.
Caput VII. *De linguis diversis* Britanniæ.
Caput VIII. *De* Pictis.
Caput IX. *De* Albanis Scotis.
Caput X. *De moribus priscorum* Britannorum, *eorum Navigiis & Navigatione*; *de Apparatu Bellico & virtute Bellicâ.*

Caput

Caput XI. *De Religione priſcorum* Britannorum.
Caput XII. *De Urbibus veterum* Britannorum.
Caput XIII. *De Exteris, qui cum* Britannis *commercium habuere.*
Caput XIV. *De Exteris, qui Inſulam bello occupârunt.*
Caput XV. *De* Romanis *in* Britanniâ.
Caput XVI. *De* Danis.
Caput XVII. *De* Saxonibus.
Caput XVIII. *De* Normanis.
Caput XIX. *De* Hiberniâ Antiquâ.
Caput XX. De Thyle.

LIBER SECUNDUS.

DE *SCOTIA ANTIQUA.*

Sive

Albaniâ in genere.

CAput I. De *figurâ & quantitate* Albaniæ *ſeu* Scotiæ Antiquæ.
Caput II. De *Inſulis ad* Albaniam *pertinentibus.*
Caput III. De *Nominibus* Albaniæ.
Caput IV. De *variis populis* Albaniæ.
Caput V. De *variis eorum Linguis.*
Caput VI. De Albanorum *ſive priſcorum* Scotorum *origine.*
Caput VII. De *Moribus* Albanorum Scotorum.
Caput VIII. *Quòd* Scoti *in* Britanniâ *fuerunt longè ante* Julii Cæſaris *adventum.*
Caput IX. De *Exteris, qui commercium cum* Scotis Albanis *habuere.*
Caput X. De Phœnicibus *in* Scotiâ.
Caput XI. De Græcis *in* Scotiâ.
Caput XII. De *Exteris, qui* Albaniam *armis occupârunt.*
Caput XIII. De Romanis *in* Scotiâ.
Caput XIV. De *Antiquitatibus* Romanis *in* Scotiâ, *ubi de Prætenturis.*
Caput XV. De *Vallo* Severi *in* Scotiâ.
Caput XVI. De Coloniâ Romanâ *in* Scotiâ.
Caput XVII. De Danis *& eorum Monumentis in* Scotiâ.
Caput XVIII. De Saxonibus *in* Scotiâ.
Caput XIX. De *Linguâ* Saxonicâ *in* Scotiâ.
Caput XX. De Scotis *inferioris Plagæ.*
Caput XXI. De *priſcorum* Scotorum *Urbibus & Munimentis.*
Caput XXII. De *Militiâ priſcorum* Scotorum *& Inſtrumentis Bellicis, ubi de validâ eorum conſtitutione.*
Caput XXIII. De *Navigiis priſcorum* Scotorum.
Caput XXIV. De *Templis & Aris veterum* Scotorum, *ubi de* Ethnicâ *eorum Religione.*
Caput XXV. De *Morbis, ubi etiam de Sepulchris veterum* Scotorum.
Caput XXVI. De *Ædibus eorum ſubterraneïs.*
Caput XXVII. De *Commerciis veterum* Scotorum.
Caput XXVIII. De *re Monetariâ priſcorum* Scotorum.
Caput XXIX. De *Fœdere inter* Carolum Magnum & Achaïum, *indeque natis* Scotorum *in* Galliâ *Privilegiis & Dignitatibus.*
Caput XXX. De *Antiquæ Nobilitatis Gradibus, ubi de Ordine* Cardui.

Liber Tertius.

DE *ALBANIA* IN SPECIE;

Ubi de ſingulis *Albaniæ* populis.

Caput I. *De* Scoto-*brigantibus & eorum terris.*
Caput II. *De* Mæatis.
Caput III. De *Vecturionibus : ubi de Ottadinis.*
Caput IV. De *Attacottis.*
Caput V. De Caledoniis.
Caput VI. *De* Pictis *in* Albaniâ.
Caput VII. De Britannis *in* Albaniâ.
Caput VIII. De Gothis *in Inſulis* Albaniæ.
Caput IX. De Germanis *antiquis in* Albaniâ.
Caput X. *De reliquis populis in* Albaniâ.
Caput XI. De *Regno Pictorum*; *ubi ſexaginta eorum Reges enumerantur ex fide Manuſcriptorum meliorum.*
Caput XII. De *Regno* Scotorum; *ubi ſingulorum Regum brevis Hiſtoria.*
Caput XIII. De *Regno* Saxonum Berniciorum.
Caput XIV. De *totâ* Albaniâ *ſub ditione* Scotorum.
Caput XV. De *naturali diviſione* Scotiæ.
Caput XVI. De *Parte* Auſtrali *ejuſque populis.*
Caput XVII. De *Parte* Mediâ *ejuſque Incolis.*
Caput XVIII. De *Parte* Boreali *ejuſque Incolis.*
Caput XIX. De *Inſulis* Scotiæ *earumque Incolis.*
Caput XX. De *Statu* Scotiæ Politico *ante Reges.*
Caput XXI. De *Statu ſub Regibus ad tempora* Ferguſii *ſecundi.*
Caput XXII. De *Statu ſub Regibus à* Ferguſio *ſecundo ad Malcolmum Cammore.*
Caput XXIII. De *primâ introductione Religionis* Chriſtianæ *apud* Scotos.
Caput XXIV. De *ejuſdem Statu ad tempora* Palladii.

Tabulæ Geographicæ ad hanc Partem ſpectantes quatuor ſunt:

I. Albion & Hibernia *cum minoribus adjacentibus.*
II. *Inſularum* Britannicarum *Typus.* Ortelii.
III. Albaniæ *ſive* Scotiæ *Antiquiſſimæ Tabula nova*
IV. Scotia *Antiqua per* Robertum Gordonium *de* Straloch.

SCOTIA MODERNA ILLUSTRATA,

Quæ duabus Partibus abſolvitur.

PARS PRIMA.

Pars Prima Generalem *Scotiæ* Deſcriptionem continet, in quâ de *Britanniâ* & *Hiberniâ* (quædam ſcilicet in iis perſtringendo quæ *Scotiam* ſpectant) agitur, de *Scotiæ* Situ & limitibus: Ejus Longitudo & Latitudo, Dierum & Noctium ſpatium, ejus Figura, Clima & Paralleli explicantur; variæ ejus Diviſiones traduntur; Præfecturæ Seneſcallatus, Balivatus & Diœceſes enumerantur, Inſulæ quoque ad *Scotiam* pertinentes; De Naturâ Qualitate Soli, Nativiſque ejus bonis agitur; De Mari Fluviiſque inſignioribus, Lacubus & Fontibus; De Aëris Ventorumque ſalubritate; De Sylvis & Nemoribus, Deſertis & Paludibus.

De Incolis Modernis, iiſque *Montanis* & *inferioris Plagæ*; De eorum educatione, fortitudine, eruditione. De *Scotis* apud exteras Regiones. De præſenti Statu *Scotiæ*: ubi de Commerciis, de Exercitiis & Ludis, de Veſtitu, de Linguâ, de tribus

bus Ordinibus, de Religione *Scotorum*, de Academiis & Collegiis, de Epiſcopatibus, de Menſuris & Ponderibus; De Nobilibus *Scotiæ*, eorum Ordinibus; omnes enumerantur, Regii quoque Burgi enumerantur.

De Republicâ *Scotica* agitur: ubi explicantur Regis Prærogativa, ad Regnum Succeſſio; Dominium, Reditus, Poteſtas Regia: De Miniſtris Regni & Coronæ agitur. De Clero etiam *Scoticano* agitur, de Archiepiſcopis, Epiſcopis, Decanis, Archidecanis, Presbyteris. De Baronibus agitur, de Ordine Equeſtri: de Plebe quoque ejuſque variis Ordinibus.

De Regni Comitiorum Conſtitutione, de Parliamento & Conventu Ordinum. De Senatu Regio dicto Concilio privato; de Conventu Juridico vulgò *the Seſſion* dicto, ubi de Legibus *Scotiæ;* de Conventu pro rebus Capitalibus; quem vocant *the Juſtice Court*; de Conventu pro Regis Reditibus, Scaccario ſcilicet, vulgò *the* Exchequer dicto; De Curiâ Maritimarum Controverſiarum. De Curiâ Magni Conſtabularii, de Curiâ Regalitatis dictâ Curiâ Vice-comitis. De Curiâ (ut vocant) Commiſſariatûs; De Curiis *Seneſcalli* et Balivi; De Curiâ Leonis ſive Regis Armorum; de Burgorum Regiorum Curiis; de Conventu Burgorum generali. De Conſtitutione Burgorum Regiorum, Regalitatis & Baroniæ. De Irenarchis.

De *Militiâ Scoticanâ* ejuſque Regimine. De Monetâ *Scoticanâ*, ubi de Officio pro Monetis cudendis. De Regimine Eccleſiaſtico, ubi de Curiâ infimâ *the Seſſion* dictâ, de Presbyteriis quæ enumerantur; de Synodo Provinciali. de Synodo Generali *Convocatione* dictâ. De harum Curiarum Conſtitutione, de numero Parœciarum in *Scotiâ*.

Atquæ hæc in Generali Deſcriptione,

Quæ Partem Primam Deſcriptionis *Scotiæ Modernæ* conſtituit.

SCOTIÆ MODERNÆ ILLUSTRATÆ

PARS SECUNDA,

In quâ agitur

De SCOTIÆ *Regionibus & Inſulis ſpeciatim.*

Scotia dividitur in *Continentem* & *Inſulas.*

Continens aptiſſimè, ad naturæ mentem, per tres Iſthmos in tres Peninſulas dividitur, que tres partes Auſtralem, Mediam et Borealem Conſtituit.

Auſtralis pars (quâ Angliam Attingit) ea verſus Auſtrum ab Anglià dividitur fluvio *Tweda*, & quâ is deficit, Lineâ inter *Tweedam* et Æſtuarium *Solvæum* vulgò *Solway-Firth* ductâ; & Adverſâ parte verſus *Boream* a reliquo *Continente* Æſtuario et fluvio *Forthæ* et brevi lineâ à *Forthæ* fontibus ad *Glottam* ductâ, per quam et ejus Æſtuarium a parte *Scotiæ* verſus Occaſum Æſtivum dividitur, unâ Tabulâ nova exhibetur. In eâ autem Regiones hæ ſunt, quarum Tabulæ exhibentur.

Marcia.	*Orientalis,*	*Evia & Eſcia.*
Lauderia.		*Anandia.*
Lothiana.	*Media,*	*Nithia.*
Tuedia.	*Occidentalis.*	*Gallovidia tota.*
Teviotia.		*Ejus Præfectura Victonienſis.*
Lidalia.		*Regio inter Deam & Cream Fluvios.*
		Ejus Seneſcallatus Kircubrienſis.
Caritta	*Meridionalis,*	*Inferior Glottiana & Baronia Glaſcoenſis.*
	Borealis.	*Superior Glottiana.*
Coila.		*Renfroana.*
Cunigamia.		*Stir linenſis Præfectura.*

Pars media *Continentis* habet verſus Auſtrum Æſtuarium & Fluvium *Forthæ* & lineam ab eâ ductam ad Fluvium & Æſtuarium *Glottæ*: verſus occidentem & Orientem mare; & verſus *Boream* à reliqua Scotiæ *Continente* dividitur per Fluvium & lacum *Lochtoum* in *Abriâ* & lineam ab eo lacu per brevem *Iſthmum* ad lacum *Neſſum* & Fluvium *Neſſum* ductam. Pars hæc *Media* Tabulâ quoque novâ per ſe exhibetur. In eâ ſunt Regiones hæ, quarum Tabulæ exhibentur, *viz.*

Fifa univerſa.
Ejus Pars { Occidentalis, Orientalis.
Anguſia.
Præfecturæ *Perthenſis* Pars Meridionalis, ubi *Strathierna*, *Bequhidria*, *Strathalana* & *Taichia.*
—— Pars Borealis, *Braid-Albina*, *Atholia*, *Rannocha*, *Gorea* ſuperior & inferior.
Clacmanana.
Levinia.
Præfectura *Argathelienſis*; ſeu *Cnapdalia*, *Cantiera*, *Covalia*, *Lorna.*

Cnapdalia.
Lorna.
Cantiera.
Abredonia & Bamfia.
Braid-Albina, *Atholia*, *Marria* ſuperior; *Badenacha*,
Speia & *Abria.*
Abria.
Mernia.
Moravia.

Pars Borealis continet extimam *Scotiæ* Oram ultra *Iſthmum* inter Neſſum & *Lochtoum* lacus ſitam. Habet *autem verſus Auſtrum* Fluvium & lacum *Lochtoum* & lineam ab eo ductam ad Lacum & Fluvium *Neſſum*; verſus Occidentem & Orientem & verſus *Boream* habet mare. Ea exhibetur in Tabulâ, cui Titulus, *Extima Scotiæ Septentrionalis Ora.* Continet autem has Regiones, quæ ſequuntur, *Abriæ* partem ultra *Lochtoum Edirchilis* & *Aſſin* &
Roſſiam, ſcil. quæ in Tabulâ propriâ habetur, ſicut reliquæ,
Sutherlandia,
Stranavernia,
Cathaneſia.

Præter has ſunt Tabulæ hæ,

Fluvii *Forthæ* & ejus Æſtuarii Tabula Hydrographica.
Fluvii *Tai* & *Jernæ* Tabula, cui adjecta eſt Ichnographia Caſtri *Romani* apud *Airdoch.*
Fluvii *Glottæ* Tabula Hydrographica.
Inſulæ *Scotiæ* vel ſunt Occidentales, quæ *Æbudæ*;
Vel *Boreales*, quæ Orcades & *Hethlandicæ*;
Vel Orientales, quæ in *Forthæ* Æſtuario ſunt:
Orientales adjectæ ſunt in Tabulâ *Forthæ.*
Occidentalium autem, ſive *Æbudarum* hæ Tabulæ ſunt

Æbudæ Inſulæ.	*Skia.*
Arania.	*Leogus* & *Haraia.*
Bota Inſula.	*Leogus*, *Haraia* & *Skia* ſimul.
Ila Inſula.	*Mulla* Inſula.
Jura Inſula.	Inſulæ minores *Rum*, *Canna*,
Viſtus.	*Muck*, *Egga.*

Inſu-

Insularum Borealium *Tabulæ sunt.*

Orcadum & *Shetlandiæ* Tabula.
Nova *Orcadum* Tabula cum Stationibus & Portubus.
Alia nova accuratissima Domini *Wallisii* Pastoris in *Kirkwâ*.
Nova *Shetlandiæ* Tabula.
His adjecta Tabula Hydrographica Maritimam *Scotiæ* Oram ab Insulâ *Cocket* ad *Orcadas* exhibens.

SCOTIÆ
MODERNÆ ILLUSTRATÆ
PARS SECUNDA.

IN parte autem secundâ, quæ singularum Regionum, Præfecturarum & Insularum Descriptiones tradit; explicatur Regionis natura, & ejus Producta enumerantur; Sylvæ, Nemora, Vivaria, Fontes, Amnes, Lacus, cum variis eorum proprietatibus, apponuntur. Animalia singularia, Mineralia & Metalla, & substantiæ è Mari ejectæ traduntur.

Quod Fluvios autem spectat, eorum Origines & Ostia explicantur. In Mari autem adjacente Navium stationes, Sinus & Portus, cum eorum Descriptione, Scopuli, Brevia juxta Oram Maritimam notantur; Lunæ tempus, quod Æstum efficit, observatur.

Veteraedam Monumenta, Munimenta & Castra Antiqua, Inscriptiones; Saxa figuris signata, aut literis sculpta; singularia, quæ jam ibi sint, vel aliquando reperta fuerint, enarrantur.

Monasteria, Ecclesiæ Cathedrales, Templa tam vetusta quàm nova, Academiæ & Scholæ Publicæ.

Loca, quæ cuivis Nobili Titulum dederint, & quæ illic Nobilium Sedes conspiciuntur.

Urbes in câ Regione insigniores, præsertim Municipia; Burgi Regii, Regalitatis et Baroniæ; Eorum Magistratus; Urbium Delegati ad Regni Comitia, earum Commercia, Ædificia publica, Antiqua præsertim; qualis sit Urbium Jurisdictio, exponuntur.

In quâ Diœcesi Regio sit; Quis Præfectus Juridicus, Vicecomes sive Senescallus, aut Balivus. Quis Militiæ præpositus sit. Quas Arces, Munitiones, Sylvas; Quæ Vivaria, Nemora Regia Majestas ibi habeat: Regionis Regimen, sive Præfectura sit, sive Senescalli aut Balivi Jurisdictio.

Ritus et mores Incolarum cujusque Regionis, et quo ingenio sint, ubi eorum Artificia notantur.

Insignia Prælia ibi commissa, et memorabile quodvis factum et eventum enarrantur.

Ad Operis quoque illustrationem Nobilium Dignitates et Privilegia, et Familiarum Origines demonstrantur.

Regiorum Burgorum Constitutiones, eorum Jurisdictio et Privilegia, Longitudo et Latitudo Urbium exponuntur.

Academiarum quoque Constitutio, Privilegia, Fundationes, Bibliothecæ et Instrumenta rariora enarrantur.

Et quæcunque ex his enumeratis in Insulis occurrunt, eadem quoque in earum Descriptione traduntur.

Atque hæc secundam Partem absolvunt.

Catalogus Manuſcriptorum *quæ undique conquiſivi, ut* Atlantem Scoticum *meliùs concinnarem.*

MANUSCRIPTA LATINA.

1. VIndiciæ *Buchanani* contra *Cambdenum*, per D. H.
2. De Unione Inſulæ *Britanniæ* Tractatus ſecundus per *Davidem Humium.*
3. Epiſcopi *S. Andreæ* à tempore *Kennethi* ſecundi filii *Alpini Scotorum* Monarchæ, qui *Pictos* ejecit.
4. Collectanea quædam de Regiſtro Prioratus S. *Andreæ*, ubi, præter alia multa eſt Catalogus Regum *Scotorum* à *Fergu ſio* primo ad *Alexandrum* tertium; ubi etiam nomina ſunt ſexaginta Regum *Pictorum*, cum annis per quos regnârunt.
5. Excerpta varia è Fordoni *Scoto-Chronico.*
6. *Chronicon Melroſenſe* incipiens ubi *Beda* deſinit: anno ſcil. 735. et continuatum ad annum 1270.
7. Relationes quædam *Arnaldi Blair* Monachi de *Dunfermeline* & Cappellani D. *Willielmi Wallas* Militis ad annum 1307.
8. Cancellarii *Scotiæ.*
9. Clavis in *Buchananum*, *h.e.* Nominum propriorum aliorumque Elucidatio.
10. Rerum *Scoticarum* Compendium per *Alexandrum Humium.*
11. Catalogus Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, Præpoſiturarum, Abbatiarum, Prioratuum et Cellarum, Monaſteriorum, Religioſorum, Clauſtrorum Monialium et Collegiorum Regni *Scotiæ*, una cum Provinciis ubi ſint, eorum Ordinibus, omniumque eorum Fundatoribus.
12. Nomina Monaſteriorum, cum Prioratibus et Cellis, Monialium Clauſtris; Præpoſituris et Monachorum Ordinibus in Regno *Scotiæ*, unà cum Provinciis ubi ſita ſunt, et eorum Fundatoribus.
13. De Antiquitate Gentis *Scotorum* Manuſcriptum tradens Originem *Scotorum*, Religionem et Mores, Antiquitates et Regni Conſtitutionem, uſque ad tempora *Malcolmi Canmore.*
14. Analecta *Scoto-Britannica* ex optimis quibuſque Hiſtoricis tam *Græcis* quàm *Latinis*, *Italis*, *Gallis* & *Anglis* per me collecta.
15. De Origine Familiæ *Hayorum* Carmen.
16. Literæ directæ ad Dominum ſummum Pontificem per Communitatem *Scotiæ*, datæ an. 1320.
17. Tractatus explicans modum, quo Reformatio Religionis in *Scotiâ* peracta.
18. Libri Nigri Paſletenſis, dicti, Compendium.

Manuſcripta Anglica.

1. DEſcriptio Montanarum Regionum *Scotiæ.*
2. Nuncius *Scoto-Britannus*, ſive Fragmentum D. *Gulielmi Drummundi* de *Hawthornden*, quo *Scotiæ* Hiſtoriam vindicat à Cambdeni Calumniis.
3. Recenſio maximè vetuſtarum & inſignium Familiarum in *Scotiâ.*
4. Genealogia nobiliſſimæ & antiquiſſimæ Drummundorum Familiæ.
5. Familiarum Generoſorum in *Scotiâ* Inſignia deſcripta, cum Figuris.
6. Relatio Inſignium, quibus Nobilium in *Scotiâ* Familiæ antiquiſſimæ dignoſcuntur.
7. Nobiliores *Angliæ* Familiæ à Regno ſubacto, cum earum Inſignibus, ſub quibus floruerint *Regibus*, unà cum ipſarum Collateralibus Proſapiis; Opus collectum per inclytum Fecialem *Robertum Cook*, alias Clarentium Armorum Regem, cum Figuris graphicè deſcriptis, unde variarum Familiarum ortus in *Scotiâ* elucidatur.
8. Hiſtoria *Scotiæ* Manuſcripta ad Religionis reformatæ tempus.
9. Hiſtoria *Scotiæ* Manuſcripta incipiens à *Scotis* in *Hiberniâ*, eamque deducens ad *Robertum Stuartorum* primum, quæ Hiſtoria videtur conſcripta olim fuiſſe in Monaſterio aliquo.
10. *Lindeſii* de *Pitſcotty* Hiſtoria *Scotiæ* incipiens à *Jacobo* ſecundo et deducta ad *Jacobum* ſextum.
11. Adverſaria commemorantia Donationes, quibus Sigillum Magnum appenſum eſt, ab anno 1623 ad annum 1635.
12. Relatio de Metallis in *Scotiâ*, quibus locis reperta; quomodo et à quibus effoſſa. Auctore *D. Atkinſono*, qui ibidem Auri et Argenti Conflator fuit.

13. Ob-

13. Obſervationes in nuperos *Scotiæ* tumultus; Auctore M. *Henrico Guthræo Caledoniorum* Epiſcopo nuper defuncto.

14. Alia *Scotiæ* Hiſtoria Manuſcripta à primâ Gentis Origine ad annum 1611.

15. Catalogus Provinciarum, Abbatiarum et Nobilium *Scotiæ*, cum iis qui Proreges fuere.

16. Deſcriptio *Scotiæ* & Inſularum Septentrionalium & Occidentalium.

17. Recenſio vetuſtiſſimorum Nominum Familiarum in *Scotiâ*.

18. Status Regni *Scotiæ* per *Marcum Alexandrum Bodium*. Manuſcriptum Gallicum.

19. Relatio de *Caſſiliſſæ* Familiâ & de *Kennedis*..

20. Relatio de iis quæ maximè notatu digna contigerunt ab anno 1588. ad annum 1641.

21. Adverſaria Prœliorum aliorumque facinorum quæ notatu digna ſunt, tempore indicato quo contigerant.

Narrationes exhibitæ quæ Operi ſtruendo inſerviant.

1. NArratio de *Scotiæ* Regimine et Legibus per D. *Georgium Mackenzium* Advocatum *Regium*.

2 Narratio de *Ronâ* et *Hirtâ* per D. *Georgium Mackenzium* publicorum Archivorum Cuſtodem.

3. Obſervationes per eundem Virum præſtantiſſimum.

4. Narratio de Metallis & Mineralibus in *Scotiâ* per D. *Borthwicum* Tribunum Militum.

5. Honores & Privilegia Celſi *Scotiæ* Conſtabularii.

6. Reſponſa ad Quæſita generalia de *Cathaneſiâ* exhibita per M. *Gulielmum Dundaſs* de *Weſter Kincavil* Cauſidicum.

7. Narratio quædam de *Sutherlandiâ* & de Comitis *Sutherlandiæ* Familiâ, exhibita per D. *Duglaſſium*.

8. Narratio de rebus præcipuâ obſervatione dignis in *Orcadibus*, per M. *Matthæum Mackaile*, qui aliquot annis ibi commoratus eſt.

9. Narratio de Currentibus Æſtuum apud eas Inſulas, per eundem.

10. Obſervationes de variis rebus in *Cathaneſiâ* notatu dignis, per eundem.

11. Memoriale de Mineralibus in *Scotiâ*, denotans loca in quibus reperiuntur, per D. *Borthwicum* Tribunum Militum.

12. Deſcriptio *Hethlandiæ*, et de ingenti apud eam piſcatu, per *Jo. Smithium*, qui annum integrum ibi commoratus eſt.

13. Narratio de Burgo Regio *Hadingæ* exhibita per ejuſdem Urbis Magiſtratus.

14 Narratio de miraculoſâ furioſorum ſanatione ad Fontem S. *Iſacidæ* in *Jerniâ*, Extracta de Inquiſitione ſuper eâ re habitâ per Presbyterium *Sterlinenſe*.

15. Deſcriptio ejus Partis Præfecturæ *Abredonienſis*, quæ verſus Orientem Æſtivum eſt, per Illuſtriſſimam Heroinam *Magni Conſtabularii Scotiæ* Conjugem, *Erollii* Comitiſſam & Nobiliſſimi Comitis *Perthenſis* Sororem.

16. Relatio de Æſtu Anomolo in Flumine *Forthâ*, per Reverendum Dominum *Wright* apud *Alloam* Paſtorem.

Scriptorum Opera in lucem edita, quæ Scotiæ *Hiſtoriam illuſtrant, & quæ ad manus meas pervenerunt.*

1. NAvigatio *Jacobi* ejus nominis quinti, *Scotorum* Regis, circa Regnum ſuum et Inſulas *Hebridas* et *Orcadas*, navem gubernante *Alexandro Lindeſio* Navarcho *Scoto* eximio. Tractatus *Gallicâ* linguâ conſcriptus.

2. Theatrum *Scotiæ*, Auctore doctiſſimo illo Viro *Roberto Gordonio* de *Straloch*. Tractatus Latinâ linguâ compoſitus.

3. *Edinburgi* Deſcriptio, Auctore ejuſdem clariſſimi Viri Filio Eccleſiæ *Rothumaienſis* Rectore, quæ *Anglicâ* linguâ compoſita eſt.

4 Deſcriptio Regni *Scotiæ* et Inſularum adjacentium, Auctore *Petruccio Ubaldini*. Tractatus *Italicâ* linguâ compoſitus.

5. *Hectoris Boëthii* Historia *Scotorum.*
6. *Joannis Majoris* de Gestis *Scotorum* Libri.
7. *Gildas Britannus* de calamitate, excidio et Conquæstu *Britanniæ.*
8. Commentarioli *Britannicæ* Descriptionis Fragmentum, Auctore *Humfredo Lhuyd Cambro-Britanno.*
9. Historiæ *Britannicæ* Defensio, *Joanne Prisco* Equestris Ordinis *Britanno* Auctore.
10. De Origine, Moribus et rebus gestis *Scotorum* Libri, Auctore *Joanne Lesæo Scoto, Episcopo Rossensi*
11. *Georgii Conæi* de duplici statu Religionis apud *Scotos* Libri duo.
12. Apparatus ad Historiam *Scoticam Lib.* 2. Auctore *Thomâ Dempstero.*
— Ejusdem Martyrologium *Scoticum*,
— Et Scriptorum *Scotorum* Nomenclatura.
13. Historia Ecclesiæ *Scoticanæ*, Auctore *Ioanne Spotswodo* Fani *Andreæ Archiepiscopo.* Tractatus *Anglicâ* linguâ scriptus.
14. *David Camerarius* de *Scotorum* fortitudine, doctrinâ et pietate.
15. *Ioannis Ionstoni* Heroës *Scoti.*
16. *Danielis Langhornii* Elenchus Antiquitatum *Albionensium.*
— Ejusdem Introductio ad Historiam *Angliæ*, *Anglicè* scripta.
17. *Scotia Gallica.* Tractatus *Gallicus.*
18. Historia Bellorum *Scotiæ*, Auctore *Joanne de Beaugué* Nobili *Gallo.* Tractatus *Gallicâ* linguâ compositus.
19. Rerum *Scoticarum* Historiâ, Auctore *Georgio Buchanano.*
20. *Cambdeni Britannia.*
21. *Sammesii Britannia* Antiqua illustrata. Tractatus *Anglicus.*
22. *Burtoni* Commentarius in Itinerarium *Antonini*, quatenus *Britanniam* spectat. Tractatus *Anglicus.*
23. Historia *Angliæ*, *Scotiæ* & *Hiberniæ*, Auctore *du Chesne.* Tractatus *Gallicus.*
24. Respublica, sive status Regni *Scotiæ.*
25. Chronicorum *Scotorum* Epitome. Tractatus *Scoticus.*
26. Catalogus Nobilium *Scotiæ.* Tractatus *Scoticus.*
27. Appendix Historiæ Ecclesiæ *Scoticanæ* Tractatus *Scoticus.*
28. Historia Familiæ *Duglassiorum*, Auctore *Davide Humio* Theagrio. Tractatus *Scoticus.*
29. Historiæ *Scoticæ* Nomenclatura Latino-vernacula, quam concinnavit *Christophorus Irvinus.*
30. Venerabilis *Bedæ* Historia Ecclesiastica Gentis Anglorum.
31. De Præcedentiâ & Jure Feciali Tractatus *Anglicâ* linguâ conscriptus, Auctore D. *Georgio Mackenzio* Advocato *Regio.*
32. Glossarium ad Scriptores Mediæ & Infimæ Latinitatis, Auctore *Carolo du Fresne* Domino *du Cange.*
33. *Andreæ Melvini* Gathelus.
— Ejusdem Topographia *Scotiæ.*
34. *Davidis Humii* de Unione Insulæ *Britannicæ* Tractatus primus.
35. *Petri Bertii* Theatrum *Geographiæ* Veteris, ubi sunt
Claudii Ptolomæi Alexandrini de *Geographiâ* libri octo Græco-latini,
Tabularum *Ptolemaïcarum* Delineatio,
Gerardi Mercatoris Notæ in Tabulas *Ptolomaïcas*,
Itineraria duo *Antonini Pii*,
Provinciarum *Romanarum* Libellus,
Tabula *Peutingeriana*,
Abrahami Ortelii Veteris *Geographiæ* aliquot Tabulæ.
36. Idem *Claudius Ptolemæus* Edition. *Magini* in Quarto, &
— Edit. *Basilienſi* in Folio.
37. *Hornii* Introductio in *Geographiam* Veterem &
— Veteris *Geographiæ* Tabulæ.
38. *Strabonis* Libri *Geographici* 17. Græco-Latini ex Editione *Is. Casauboni.*
39. *Dionysius Alexandrinus* de Situ Orbis Græco-Latin. cum Commentariis.

40. *Pom-*

40. *Pomponius Mela* de Situ Orbis cum Notis *Isaaci Vossii.*
41. *Stephani* Byzantini de Urbibus & Populis Fragmenta.
42. *Bernardi Varenii* Geographia Generalis.
43. *Philippi Ferrarii* Novum Lexicon Geographicum, in quo Universi Orbis Oppida, Urbes, Regiones, Provinciæ, Regna, Emporia, Academiæ, Metropoles, Flumina, Maria, antiquis & recentibus Nominibus appellata suisque distantiis circumscripta recensentur. Ex Recensione *Antonii Baudrand* & Dominici *Magii.*
44. *Hannis Carthaginiensium* Regis Periplus.
45. *Philippi Cluverii* Introductio in universam Geographiam tam Veterem quàm Novam, cum Tabulis æneis.
46. *Gerardi Mercatoris Atlas* minor ex Recensione *I. Hondii.*
47. *P. Bertii* Tabularum Geographicarum contractarum Lib. 7.
48. Parallela Geographiæ Veteris & Novæ, Auctore *Philippo Brietio.*
49. *Io. Magini* universi Orbis Terreni, secundum recentiorem nostri temporis rationem, Descriptio.
50. *Io. Janssonii Atlas* contractior, in quo totum Universum quàm exactissimis Tabulis ante oculos ponitur, additisque Regionum omnium Descriptionibus illustratur.
51. Parallela Geographiæ Veteris ac Novæ, Auctore *du Val.* Tractatus *Gallicus.*
52. Orbis Terrarum Synoptica Epitome, unà cum Geographiâ Poëticâ *P. B. Cestii* operâ concinnata.
53. Descriptio omnium Insularum Mundi cum Tabulis, Auctore *Thomaso Porcacchi.* Tractatus *Italicus.*
54 *Samuelis Bocharti* Geographia Sacra cum Tabulis.
55. *Jo. Bleau Hibernia* cum Tabulis.
56. Relationes Universales, Auctore *Giovanni Botero.* Tractatus Italicus.
57. *C. Plinii* secundi Naturalis Historia cum Notis variorum.
58. *C. Julii Solini* Polyhistor Edit. Salmasii
59. *Cl. Salmasii Pliniani* Exercitationes in Solinum.
60. *Josephi Scalgeri Jul. Cæsaris Fil.* Opus de Emendatione Temporum.
-- Ejusdem Thesaurus Temporum Eusebii Pamphili.
Chronicorum, Canonum Omnimodæ Historiæ Libri duo Interprete *Hieronymo* & Auctores omnes derelicta ab *Eusebio* & *Hieronymo* continuantes.
Item Chronicorum Reliquiæ Græcæ.
Notæ & Castigationes & Isagogicorum Chronologiæ Canonum Libri tres.
61. *Isaaci Vossii* de septuaginta Interpretum Translatione & Chronologiâ Dissertationes
62. *Io. Seldenus* de Dîs *Syris.*
Ejusdem Analecta *Anglo-Britannica.*
63. *Elias Schedias* de Dîs Germanis, sive veteri *Gallorum, Germanorum, Britannorum, Vandalorum* Religione.
64. Philippi *Cluverii Germania* Antiqua.
65. Iacobi *Usserii Episcopi Armachani Britannicarum* Ecclesiarum Antiquitates.
Ejusdem Annales veteris & Novi Testamenti & Chronologia Sacra & Dissertatio de *Macedonum* & *Asianorum* Anno Solari.
66. Dionysii *Petavii* Rationarium Temporum.
Ejusdem Tabulæ Chronologicæ.

Libri Impressi & Manuscripti, quos nondum mihi contigit videre. Quocirca omnes penes quos sunt, rogatos velim, ut eos ad me mittere non cunctentur: Nam, postquam ex iis collegero quantum huic operi inservire potest, eos restituendos curabo.

1. NAvigatio *Iacobi* quinti *Regis circa* Regnum suum, cum Tabulis Geographicis; quocunque sermone tradita sit, & sive sit Libellus Manuscriptus sive Impressus.
2. *Cornelius Hibernicus.*
3. *Veremundus.*
4. Ioannes à *Campo bello* seu *Campbell.*
5. *Turgot.*

6. Liber *Sconæ.*
7. Liber *Paſletenſis.*
8. Tractatus de Antiquitatibus *Scoticis*, Auctore *Gulielmo Elphinſtonio* Epiſcopo *Abredonienſi.*
9. Hiſtoria Scotiæ, Auctore *Dempſtero*, cujus ille mentionem fecit in ſuo ad *Hiſtoriam Scoticam Apparatu.*
10. *Anderſonus* de *Sanctis Scotis.*
11. Hiſtoria Familiæ *Gordoniorum.*
12. *Scotiæ* Regimen, Auctore *Roberto Gordonio de Straloch.*
13. Obſervationes à quodam factæ, qui plurimas ex *Æbudis* peragravit.
14. Nova *Hethlandiæ* Tabula cum accuratâ ejuſdem Deſcriptione.

Et ſi quos alios apud ſe libros habeant (ſive Manuſcripti illi ſint, ſive impreſſi) qui aliquo modo conducere potuerunt ad hoc Opus promovendum & exornandum, eorum uſum modico temporis ſpatio nobis concedi obnixè rogamus; atque honorifica recognitio de iis fiet, a quibus hoc beneficium in nos conferetur. Interim bonâ fide ſpondemus nos ſuos cuique libros reddituros. Cumque publicum ſit hoc Opus, & non exiguum honorem Genti noſtræ allaturum, ſperamus cunctos ingenio præditos contributuros neceſsarias ſuas Informationes, reſpondentes Generalibus Queſitis, quæ ſequentibus Propoſitis adjuncta ſunt; atque hoc facientibus merita quibuſque laus in Opere tribuetur.

ADMONITIO.

Quum Sacroſancta Regia Majeſtas Diplomate ſuo conſtituerit D. Robertum Sibbaldum *Equitem auratum, unum ex Medicis ſuis Ordinariis, Geographum ſuum pro* Scotiæ *Regno, & jubeat præcipiatque, ut edat* Scotiæ *Antiquæ & Scotiæ Modernæ Deſcriptionem, & Hiſtoriam Naturalem Productorum Antiqui ſui* Scotiæ *Regni: Hiſce obnixè rogantur omnes, quicunque illi ſint, ut dignentur Reſponſa ſua ad ſequentes has Quæſtiones, vel quaslibet ex iis, liberè communicare, Ea inſcribentes eidem* D. Roberto Sibbaldo, *qui* Edinburgi *habitat in propriis ſuis Ædibus; aut* M. Jacobo Bruno *commoranti in domo ſuâ conductâ, in Vico cui nomen eſt* Bells-Winde, *Delegato ab eodem* D. Roberto Sibbaldo, *ut ea recipiat & in Commentarios referat; aut* Roberto Mean *ibidem* τῶν γραμματοφορῶν *Magiſtro; quæ Reſponſa ad quemvis ex ſuprà nominatis mitti poſſunt. Simul etiam deſignent ipſorum Literæ locum ubi habitant, ut ad eos, ſi res poſtulet, reſcribatur. Et honorifica de iis mentio in Opere illo fiet, pro eorum momento, de quibus inſtruunt.*

Quæſtiones communes, ad quas petuntur Reſponſa.

I. QUæ ſit Comitatus & loci natura? Aut quæ ſint præcipua ejus Producta?

II. Quæ Plantæ, Animalia, Metalla, Subſtantiæ à Mari ejectæ ſint loco illi peculiaria, & quomodò diſponantur?

III. Quæ Sylvæ, Nemora, Vivaria? Qui Fontes, Amnes, Lacus, cum variis eorum proprietatibus, & an Medico uſui conferant?

Quibus Piſcibus repleti ſint? Rapidi ne ſint, an placido Curſu? &c. Amnium Origines & Oſtia?

IV. Quæ Navium ſtationes. Qui Sinus & Portus, cum eorum Deſcriptione. Quæ Luna Maris Æſtum efficiat. Qui ſcopuli, quæ Brevia juxta Oram ipſorum Maritimam.

V. Quæ vetera Monumenta, Inſcriptiones, ſculpta aut figurata Saxa, Munimenta & Caſtra antiqua? Et quæ Artificia ſingularia nunc ſint, vel ibi aliquando reperta fuerint?

VI. Quæ inſignia Prælia ibi commiſſa fuerint, ſive ullum aliud memorabile factum aut eventum?

VII. Quos Ritus & Mores ſibi peculiares habeant cujuſque comitatus aut urbis Incolæ, quove ingenio ſint?

VIII. Quæ Monaſteria, Eccleſiæ Cathedrales, ſive ulla alia Templa illic fuerint, & quomodo nuncupata?

IX. Quæ

IX. Quæ loca cuivis Nobili Titulum dent; vel antehac dederint?
Item, Quæ antiquæ Nobilium Familiarum ſedes conſpiciendæ occurunt?
X. Quodnam ſit Comitatus Regimen? Præfecturane, an Seneſcalli aut Balivi Juriſdictio?
XI. Quæ urbes inſigniores in eo Comitatu, præſertim Municipia? Urbium nomina tam antiquiora quàm recentiora? Sintne Burgi Regii, Regalitatis, an Baroniæ? Municipiorum Magiſtratus, & quando illa in Municipiorum numerum aſcripta? A quibus Urbes illæ Municipales conditæ? Quot Delegatos ad Regni Comitia mittant? Urbium commercia, quibus illæ Incolis repletæ ſint, & quam habeant Ædificiorum formam? Quæ publica aut antiqua Ædificia? Qualis ſit earum Juriſdictio?
XII. In quo Epiſcopatu ſinguli comitatus ſint, aut quælibet eorum pars? Quis præfectus Juridicus, Seneſcallus, aut Balivus? Quis Militiæ iſtius loci præſit? Quas Arces, Munitiones, Sylvas; quæ Vivaria, Nemora Majeſtas Regia ibi habeat?

Quæſtiones ſpeciales propoſitæ.

1.
Nobilium Ordini.

Quas Præfecturas, Balivorum aut ſeneſcallorum Juriſdictiones, Regalitates, Baronias ſibi ſubditas habeant, & quos Burgos? Quod Militiæ Regimen? Quonam veſtiti ſint ſpeciali Privilegio, Dignitate & Hæreditario Regimine? Unde Familia Originem traxerit, quamdiu duraverit, & quæ aliæ Familiæ ex eâ germinârint? Quæ ſint illis Sylvæ, Nemora, Vivaria, Lacus, Fluvii, Mineræ, Lapidicinæ? Qui Piſcatus, &c. Qui Portus? Quos habeant Titulos? Quæ memoranda facinora ipſorum Familias erexerint, aut auxerint?

2.
Sacricolarum Ordini.

Quæ ſint ipſorum privilegia & Dignitates? Epiſcopatuum Inſtitutio? Diœceſeos limites? capitulum? paræciarum in Diæceſi numerus? Eorum Juriſdictio & Fundationes ad publicos & pios uſus, unà cum eorum Reditibus? Quæ prædia fide clientelari ex iis pendeant? Eorum Ædes?

3.
Ordini Equeſtri.

Cui Familia Originem ſuam debeat? Quæ ſint eorum privilegia & Dignitates? Quas Baronias ſibi ſubjectas habeant, aut quos Burgos? Qui ſint ipſis Portus? Quæ Sylvæ, Nemora, Vivaria? Ipſorum Ædes, earum deſcriptio et nomina? Quis ſit ex eo Nomine præcipuæ Dignitatis, et quæ aliæ Familiæ inde deſcenderint? quæ memoratu digna ab ijs geſta ſint, et qui viri ejus Nominis illuſtriores? Eorum Hæreditaria præfectura et Juriſdictio?

4.
Regiis Burgis.

Quamdiu ſteterint? Regiminis conſtitutio? Eorum privilegià, Juriſdictio, et quàm latè pateat? publicæ ipſorum Ædes, Templa, Munimenta, Monumenta, Academiæ, Collegia, Scholæ Gerontocomia, Pædotrophia, Ptochodochia, Noſocomia, Opificia, portus? quam Latitndinem et longitudinem habeant?

5.
Academiis & Collegiis.

Quamdiu ſteterint? Eorum privilegia, Juriſdictio, et quàm latè pateat Eorum conſtitutio? profeſſorum numerus, nomina, et quid doceant? Fundationes et Fundatores? Eorum Dependentiæ? Eorum Ædes, Templa, Sacella, Ædificia et Monumenta? Eorum Bibliothecæ, Inſtrumenta rara? Celebriorum virorum recenſio, qui in ipſis educati, aut Præceptores fuerint? quæ ſint à præceptoribus et ſtudioſis obſervata, quæ huic operi Lumen et Ornatum afferre poſſunt?

Reſponſa ad præcedentes haſce queſtiones in commentarios referenda ſunt et propriis quæque locis inſerenda. Hæc itaque Reſponſa etiam atque etiam petuntur, nequis injuriam ſibi factam putet, ſi quid fortè omittatur, quod inſeri ipſorum intereſt: Auctori enim deliberatum eſt nihil præterire, de cujus veritate et certitudine conſtabit.

F I N I S.

CATALOGUS

Tabularum Geographicarum, quæ delineatæ ſunt, præter eas, quæ exhibentur in Atlante J. Bleau.

Accuratiſſimè delineatæ ſunt hæ ſequentes Tabulæ, locis priùs diligenter luſtratis & metatis, Auctore Johanne Adair.

Tabula Geographica *Lothianæ Orientalis.*
Tabula Geographica *Lothianæ Mediæ,*
Tabula Geographica *Lothianæ Occidentalis.*
Tabula Geographica *Prefecturæ Claemananæ.*
Tabula Geographica *Strathiernæ, Goreæ & Stormontiæ.*
Tabula Hydrographica Æſtuarii *Forthæ.*
Tabula Geographica *Orcadum*, Auctore D. *Jacobo Vallâ* Eccleſiaſte *Cracoviacenſi.*
Alia Tabula Geographica *Orcadum*, unà cum Navium Stationibus & Portubus depictis.
Tabula Geographica *Orcadum & Hethlandiæ.*
Tabula *Scotiæ* Generalis non abſoluta, Auctore *Gordonio* de *Straloch.*
Tabula Geographica *Atholiæ* & Regionis Perthenſis Superioris ab eodem Auctore.
Tabula Geographica Partis *Merniæ*, Auctore *Timotheo Pont.*
Tabula Geographica *Abriæ.*
Tabula Geographica Præfecturæ de *Selkirk*, ſive Etrick-Forreſt.
The Waggoner, ſive Auriga Oræ *Scotie* Orientalis à mendis purgatus.
Tabula Geographica *Leviniæ & Argatheliæ.*
Tabula Geographica *Covaliæ*, Lornæ & de *Lochaw.*
Tabula Geographica de *Loch-Lung & Loch-Dowick:*
Tabula Geographica de *Lochaw*, cum Regione circumjacente.
Tabula Geographica de *Mamoir* in *Abriâ*, cum Regione adjacente.
Tabula Geographica *Lacûs Lominii* & Inſularum ejuſdem.
Tabulæ *Anguſtiæ* variæ.
Glottiana exhibita in unicâ Tabulâ.
Tabula Fluvii de *Charron*; qui influit in Æſtuarium de *Tayn.*
Tabula Geographica *Sutherlandiæ*, de *Strath-Okel & Strath-Charron*
Tabula Geographica de *Coygach & Loch-Bryon.*
Tabula Geographica de *Aſſin.*
Tabula Geographica de *Ederacheulis.*
Tabula *Lacûs Neſſi*, cum Agris ad ejus Originem ſitis.
Tabula Hydrographica *Æſtuarii Tai.*
Tabula Hydrographica oræ Maritimæ inter oppidum *Dundee* et oppidum *Monroſs.*

ICHNOGRAPHIÆ.

Ichnographia Caſtrorum *Romanorum* apud *Airdoch.*
Ichnographia Valli *Romani* cum ejuſdem Munimentis.
Ichnographia Altaris *Romani.*
Ichnographia quorundam Monumentorum, cum Inſcriptionibus & variis Figuris in iis ſculptis.
Variæ Inſcriptiones ex Saxis deſumptæ.
Perplurima collecta ſunt vetera Manuſcripta, quæ multum inſerviant Deſcriptionibus illuſtrandis

PARS PRIMA

PRODROMI

NATURALIS HISTORIÆ SCOTIÆ

DE

Aere Aquis, Locis & Incolis SCOTIÆ

DE

Morbis in Scotiâ graſſantibus

DE

METHODO MEDENDI ET

DE

MEDICINA INDIGENA.

IN

EXIMIUM HOC OPUS

Clariſſimi Viri,

D. ROBERTI SIBBALDI Equitis Aurati,

Medici & Geographi Regii.

CUncti huc adeſte, qui ſtudetis *Patriæ*,
Audite Dotes, queis manu haud parcâ *Deus*
Ditavit hanc benignus, & ſimul Parens
Natura, quò poſſitis os occludere
Hoſti maligno, Dente Famam livido
Qui *Scotiæ* rodit, feracem illam negans
Ullius eſſe Mercis aut Fructûs boni.
Nam doctus hic *Sibbaldus* has Calumnias
Abſtergit omnes, dum Stylo compto gravi,
Dilucido Concivibus monſtrat ſuis,
Non indigere *Scotiam* ullis Commodis
Queis Incolarum vita fulciri queat:
Ut non neceſſe ſit Maria tranſcurrere
Gentes ad exteras, domi cùm ſuppetat
Satis ſuperque, quo ſibimet conſulant.
Qualis ſit Aër *Scotiæ*, quales Aquæ,
Venti Locaque ſint, qualis & ſit Incola,
Sermone puro pingit, imò melleo.
Locum *Dionis* pandit, obſurum priùs,
In quo *Britannos* fertur antiquos dies
Famem ſitimque ſuſtinere plurimos
Quiviſſe, ſumptâ portione parvulâ
Cibi, probatque hunc eſſe Plantam *Scotiæ*
Radice dulci, parva cujus Tubera
Famem ſitimque comprimunt his Incolis,
Qui confragoſa poſſident Regni loca.
Morbos recenſet, qui ſolent faceſſere
Popularibus perplurimum negotii;
Promptamque tradit his medendi formulam
Ex Pharmacis natis domi, haud Exoticis
Plantas in Agris ſponte naſcentes refert,
Et quas in Hortis nos vigentes cernimus,
Quas unaquæque poſſidet Vires doceſis.
Quæcunque *Terras*, *Aëra* ac *Aquas* colunt,
Et quicquid abditus parit *Veſtæ* ſinus,
Felix recludit, omnibus communicans,
Quod difficulter & labore maximo
Opus peregit, & ſuis impendiis,
Bis bina luſtra hos dum labores pertulit.
Is promovere publicum ſtudens bonum,
Et Patriæ decus, ſibi non proſpicit,
Sed calcat aliis non probatum tramitem.
Laudem merentur illa certè duplicem,
Quæ Scripta proſunt & voluptatem movent.
Sibbaldus ille noſter hanc laudem feret
Ubique Scriptis hæc ſuis interſerens.
Non tempus ullum Nomen illud obruet,
Struxiſſe quod videtur hoc Præludio.
Aſt ille longè grandiora cogitat,
Deo favente, cujus unius manu
Opem ferente ponit hæc fundamina.
Hæc interim dum tractat, & Vires notat,
Quas ſingula inſitas habent, attollere
Nos à caducis tentat ad cœleſtia;
Deique ſummam prædicat potentiam,
Qui Fons perennis ſolus eſt omnis Boni,
Et nos benignè nutrit ex ſuo Penu.

J. BRUNUS.

INDEX

INDEX

Capitum Partis Primæ Prodromi Naturalis Historiæ SCOTIÆ.

LIBER PRIMUS.

De Aere, Aquis, Locis & Incolis Scotiæ.

CAPUT I. pag.

De Britanniâ *in Genere*, 1

CAPUT II.

De Scotiæ *ſitu & poſitu*, 4

CAPUT III.

De Igne, 6

CAPUT IV.

De Aere, 7

CAPUT V.

De Ventis, 10

CAPUT VI.

De Anni Tempeſtatibus, ubi agitur de Ventorum affectionibus, 13

CAPUT VII.

De Aquâ in genere, 14

CAPUT VIII.

De Mari Scotico, 15

CAPUT IX.

De Aquâ dulci, ubi de Fontibus, Fluminibus & Lacubus, 20

CAPUT X.

De Aquis Medicatis, 24

CAPUT XI.

De Meteoris Aqueïs, 26

CAPUT XII.

De Locis Scotiæ: *& primò de Montibus*, 27

CAPUT XIII.

De Deſertis, Sylvis, Fodinis & Cryptis, 30

CAPUT XIV.

De Terrâ Agriculturæ propriâ, ubi de Granis Scotiæ, 32

CAPUT XV.

De Incolis: ac primò de Moribus in genere, quòd Corporis Temperamenta ſequantur; illa autem Regionis naturam & proprietatem, 34

CAPUT XVI.

De Moribus & Victu priſcorum Scotorum, 35

CAPUT XVII.

De Cibo, quo parvâ quantitate ſumpto dicit Dion *veteres* Britannos *famem et ſitim per plures dies toleraſſe*, pag. 38

CAPUT XVIII.

Ubi varia enumerantur, quæ exiguo guſtu famem ſitimque ſedent, 39

CAPUT XIX.

Ubi accuratiùs expenditur Locus Dionis, *noſtræque de Cibo illo Conjecturæ traduntur*, 41

CAPUT XX.

De Modernorum Scotorum *Moribus*, 43

CAPUT ULTIMUM.

De Αὐτάρκειᾳ Scotiæ, *ſeu de ejus Fœcunditate in iis producendis, quæ ad vitæ uſus neceſſaria ſunt*, 45

LIBER SECUNDUS.

Ubi de Morbis in Scotiâ *graſſantibus, de Methodo Medendi & de* Medicinâ *Indigenâ.*

SECTIO PRIMA.

De Morbis in Scotiâ.

CAPUT I.

De Morbis in genere, 49

CAPUT II.

Ubi varii enumerantur Morbi, *qui in* Scotiâ *maximè graſſantur*, 51

CAPUT III.

Accuratior Morborum *in* Scotiâ *graſſantium expoſitio*, 52

CAPUT IV.

De Cauſis Morborum *in genere*, ibid.

CAPUT V.

Obſervationes quædam rariores de Morbis, *& primò de Febribus, quæ in Scotiâ graſſari ſolent*, 53

CAPUT VI.

De miris quibusdam Affectibus Spasmodicis, 55

CAPUT VII. pag.

Observatio de Dolore Rheumatico in Dorso periodicè cum Paroxysmo Febrili recurrente, & in Tabem Lethalem desinente, 56

CAPUT VIII.

Observatio de Pyloro Concretione Cartilagineâ obturato, 59

CAPUT IX.

Relatio de Muliere Cornutâ, 60

CAPUT X.

Observatio de Venæ sectione ante Variolarum eruptionem, ibid.

CAPUT XI.

De immani sanguinis vomitu, & ejusdem per insolitas vias rejectione, 61

CAPUT XII.

De Hydrope Tubæ Uteri; ibid.

CAPUT XIII.

De Impotentiâ ad Rem Veneream humoris è Gutture ad Testes translationem sequentè, Medicamentis feliciter curatâ, 62

CAPUT XIV.

De Epilepsiâ in provectæ ætatis Muliere curatâ, 64

CAPUT XV.

De Lithiasi seu Calculo, ibid.

SECTIO SECUNDA.

De Methodo Medendi Morbis, qui apud nos grassantur.

CAPUT I.

De Methodo Medendi in genere, 66

CAPUT II.

De Diætâ, 67

CAPUT III.

De usu Aquæ in Morborum curâ, 68

CAPUT IV.

De usu Lactis in Morbis curandis, 69

CAPUT V.

De Venæ sectione, 70

CAPUT VI.

De Purgatione, ibid.

CAPUT ULTIMUM.

De Alterantibus Medicamentis; ibid.

SECTIO TERTIA. pag.

De Medicinâ Indigenâ in genere.

CAPUT I.

Quod antiquissima fuerit Medicina Indigena, 71

CAPUT II.

Cujusque Regionis [illegible] adstruitur; 74

CAPUT III.

Quænam Medicina in usu fuerit apud antiquissimos et celeberrimos omnis ævi Medicos, exquiritur, 77

CAPUT IV.

Ostenditur quod posteriores Medici Latini, Græci, & Arabes *etiam Medicamentis Indigenis usi sint, in Morbis etiam difficillimis*, 81

CAPUT V.

Afferuntur Argumenta pro Medicinâ *Indigenâ*, 83

CAPUT VI.

Probatur Sufficientia Medicamenta Alterantia ex Indigenis dari, 86

CAPUT VII.

De Cardiacis & Alexipharmacis Indigenis, 89

CAPUT VIII.

Tabulam exhibens in quâ, è regione Exoticorum, ex Indigenis ponuntur, quæ consimiles vires habent, 91

CAPUT IX.

De Medicamentis Indigenis Evacuantibus; 93

CAPUT X.

De Evacuantibus per Vomitum, Sudorem aliasque vias, 95

CAPUT XI.

Probatur Mel, Butyrum & Hordei Spiritum commodissimè pro Saccharo, Oleo & Vino substitui, 96

CAPUT XII.

Quòd pro novis Morbis nova possint excogitari Remedia: ubi Methodus Simplicium Medicamentorum facultates deprehendendi traditur, 98

CAPUT ULTIMUM.

Primæ Partis Epilogus, 101.


Jacobus Dux
Albaniæ et Eboracj
HONI SOIT QVI MAL Y PENSE
Geo: Mare fecit

Celsissimo & Invictissimo Principi

JACOBO ALBANIÆ & EBORACI

Duci, Serenissimi REGIS MAGNÆ BRITANNIÆ Fratri unico, in Antiquissimo SCOTIÆ Regno Legato Regio, Archithalasso & Polemarcho strenuissimo.

GRatitudinis jure *Scotia*, Optime Princeps, post præstitum Serenissimo Regi officium, Se suasque Opes nativas Tibi Patrono & Fautori suo offert: Per Te pristinæ Gloriæ restituta Pietatem erga Deum, Obsequium erga Regem publicè testatur, & a Religionis & Imperii Hostibus liberata Pacis Artes secnrè colit.

——— Tuque ô Pelagi cui major aperti
Fama, Caledonius postquam tua Carbasa vexit
Oceanus, Phrygios prius indignatus Jules.

Tuis Auspiciis promotæ Scientiæ & Artes, repressa publicorum morum Luxuria, & Regni Successio, quâ per bis mille annos in unâ Majorum vestrorum Lineâ inviolatâ maximè gloriatur *Scotia*, à publico Ordinum Conventu confirmata, ut nunc cum ipso Mundo duraturum Augustissimi Stemmatis vestri in hisce Regnis Imperium, cum omnibus Legitimi & Optimi Moderaminis Bonis, sibi suisque ipsamet auguretur.

Ut Celsitudinem Tuam Regiam diu in Orbis Britannici Decus & Tutelam conservet Deus Opt. Max. Votis quàm ardentissimis precabitur.

Celsitudinis Vestræ Regiæ

Humillimus Servus

ROBERTUS SIBBALDUS.

DIPLOMA REGIUM PRO OFFICIO GEOGRAPHI REGII CONCESSO

D^o. ROBERTO SIBBALDO

Equiti aurato Medico Regis ordinario, cum Privilegiis infrà Scriptis.

CAROLUS *Dei gratiâ Magnæ* Britanniæ, Franciæ & Hiberniæ *Rex, Fidei Defensor, Universis & singulis Ligeis & Subditis nostris quos spectat, & ad quorum notitiam præsentes hæ Literæ perventuræ sunt, Salutem. Cum nos Regiâ nostrâ consideratione animadvertentes, Esse in antiquo nostro* Scotiæ *Regno abundantiam eximiarum & utilium Plantarum, Animalium, Quadrupedum, Volatilium, Piscium & Insectorum; Et Miveralium, Metallorum & Substantiarum repertarum in & ejectarum à Mari: Quæ si nota essent, & eorum naturâ, virtutes & usus, Plurimum conducerent ad variarum Artium & Artificiorum profectum, & Medicinæ ac Naturalis Historiæ Scientias multum promovere possent, quæ adeò necessariæ sunt ad Ligeorum nostrorum conservationem. Animadvertentes etiam futurum, ut progressu temporis tenderet ad dictum nostrum Regnum ditandum, conservando in eo pecuniam quæ fòràs emittitur (cùm maximam partem eorum* Simplicium, *quæ usurpantur, domi reperire liceat) Et conducendo operam variorum ex nostris Subditis in iis indagandis & præparandis, cùm tanta sit eorum copia (Mineralium præsertim, Metallorum & Animalium) ut his finibus optimè responderi possit; Eademque etiam multò vilioribus pretijs venundari possent, quàm importari queant. Nosque expendentes, optimum medium ad eorum detectionem & profectum in eos fines esse, ut Naturalis illorum Historiâ edatur, quæ rationem reddat locorum in quibus invenienda sunt, & viam aperiat quâ detegantur, modum ostendat quo præparentur, & eorum naturam, vires & usus explicet. Et nos quoque animadvertentes, in honorem nostrum & gloriam cessurum, ac magno usui dicto Regno nostro futurum, si justa & plena Descriptio detur veterum dicti Regni nostri Monumentorum, & Præfecturarum nostrarum, Regiorum Burgorum, Urbium, Fluminum, Fretorum, Sinuum, Portuum, Stationum, Lacuum, & Castellorum ac Munimentorum nostrorum, Ædium ad Nobiles & Generosos pertinentium, & quicquid aliud observatu dignum est in dicto Regno nostro. Et nos certiores facti de Integritate, Fidelitate, Eruditione & Qualitatibus fidelis & dilecti nostri* D. Roberti Sibbaldi *Equitis aurati Medicinæ Doctoris ad Opus illud suscipiendum idoneis, Et de Fidelitate & Perpessionibus Patris ipsius, aliorumque sanguine ipsi conjunctorum, eò quòd constanter permanserint in obsequio & observantiâ suâ erga Regium nostrum Patrem: Et quòd, postquam se meliorâsset Studijs suis in celeberrimis* Academiis *tam domi quàm peregrè, Et diversorum annorum peregrinatione in locis* Europæ *maximè celebratis ob Eruditionem & Artes Liberales, Nunc ille, ex studio nobis inserviendi, per viginti annos elapsos suum effecerit negotium, se instruere de omnibus quæ ad Naturalem Historiam spectant dicti Regni nostri, Et de*

rebus

rebus antiquis & curiosis in eo observabilibus ; Et multo labore & experientiâ fundamenta jecerit Naturalis Historiæ ejusdem, & Descriptionum cum Scotiæ *Antiquæ tum* Scotiæ *Modernæ, Ubi vetera Monumenta, Inscriptiones & Ichnographiæ Castrorum describuntur, & variæ Provinciarum Tabulæ Geographicæ nunquam antea designatæ accuratè delineantur, earum Sinus & Portus distinctè notantur : Similiter designandas & incidendas curaverit in æneïs Tabulis Figuras ejusmodi Subjectorum Naturalis Historiæ, quæ vel nunquam antea, vel non rectè factæ fuerant ; justasque & plenas eorum Descriptiones formaverit ; Et naturam, vires & usus explicet omnium* Simplicium *in* Scotiâ *inventorum, unâ cum modis quibus adhiberi possunt ad augmentum Scientiarum, Artium & Artificiorum, & ad utilitatem & commodum Ligeorum nostrorum. Sciatis igitur, Nos proprio nostro impulsu & inclinatione, & ex nostrâ curâ & tenero illo affectu quo felicitati dicti nostri Regni Studemus, & Regio amore quo prosequimur omne Eruditionis genus, & potissimum Medicinæ & Naturalis Historiæ Studium, ex quo tanta Emolumenta Nobis & Subditis nostris accrescere possunt, Nominâsse, constituisse & ordinâsse, Sicut & Nos per has præsentes Literas nominamus, constituimus & ordinamus dictum* D. Robertum Sibbaldum *Equitem auratum Medicinæ Doctorem, ut sit Geographus noster pro dicto Regno nostro, durantibus omnibus diebus vitæ suæ ;* Dando, *concedendo & largiendo illi dictum Geographi Officium ab ipso possidendum & fruendum, plenè & liberè in omnibus respectibus & conditionibus, cum omnibus commodis, Beneficiis, Privilegiis, Libertatibus, immunitatibus, & cunctis adventitiis bonis quibuscunque dicto Officio debitis, Aut quæ posthac comperta erunt ad illud pertinere vel spectare, Cum plenâ potestate & auctoritate condendi Tabulas Geographicas & Descriptiones Provinciarum Regni nostri, & Regni nostri generatim, Fretorum, Sinuum & Fluminum ejusdem, Et Regiorum nostrorum Burgorum, Urbium, Castellorum ac Munimentorum, Ædiumque ad nostros Nobiles & Generosos pertinentium, Monumentorum, & aliorum quæcunque in eo observabilia sunt ; Et scribendi Naturalem Historiam & Descriptionem omnium Naturalium Productorum dicti Regni nostri, eorum naturam, virtutes & usus, & obeundi omnia munia pertinentia ad nostrum Geographum, & fruendi omnibus honoribus illi debitis in eâ Relatione. Et speciatim Imperantes & ordinantes, ut dictus* D. Robertus Sibbaldus *Eques auratus edat dictas suas Descriptiones tam* Scotiæ *Antiquæ quam* Scotiæ *Modernæ, & Naturalem Historiam dicti nostri Regni* Scotiæ, *Cum plenâ Libertate & Privilegio dicto* D. Roberto Sibbaldo *Equiti aurato ea imprimendi in Latinâ vel Anglicâ Linguâ, vel utraque, & in quâ formâ sibi visum fuerit, sive universum Opus, sive ejus Prodromum, sive quamlibet eorum partem ; Et adhibendi quemcunque vel quoscunque Typographos voluerit. Prohibentes hisce omnes alios Typographos in nostris* Scotiæ *Dominiis, sub pœnis usitatis, imprimere, per decem annorum spatium ab his datis, in quâcunque formâ vel lingua, Omnia, sive quamlibet eorum partem, absque consensu & approbatione dicti* D. Roberti Sibbaldi *Equitis aurati Datum sub Sigillo nostro Privato in Palatio nostro de* Whitehall, *tricesimo die* Septembris, *anno Millesimo, sexcentesimo, octogesimo secundo, & Regni nostri anno tricesimo quarto,*

Per Signaturam Manu S. D. N. Regis suprà Scriptam.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

MIrari satis non possum, quòd, cùm plurimi Historiam rerum gestarum suæ gentis scripserint, tam pauci sint, qui naturalem cujusvis regionis Historiam aggrediantur; ut in omni antiquitate ne unus quidem ad manus nostras pervenerit, qui eandem tractârit: ac nostro quoque seculo unus tantum & alter regionis alicujus *Europeæ* Historiam Naturalem de industriâ tradiderint. Pauci quidem *Americæ*, *Mexicæ*, *Brasileæ*, Insularum Caribearum, Indiarum Orientalium Historiam Naturalem accuratè satis scripserunt. Atque hæc nostra est vanitas, ut peregrinis & exoticis supra modum capiamur; quæ verò ad manus & sub pedibus sunt, omnino negligamus. Nec sufficit, quòd aliqui ex veteribus & modernis Historiam Naturalem Universalem construxerint: Laudandi quidem hi sunt ob nobiles conatus; sed, quod opus suis humeris impar aggressi sint, in eo defeciſſe videntur: Historia siquidem naturæ universæ iisdem, quibus hoc Universum, terminis circumscribitur. Et cùm olim Florentissimorum etiam Imperiorum curiositas Mundi tunc cogniti limites indagine suâ non attigerit, quantò minùs nostrâ rerum omnium naturalium comprehensio speranda? Nam ad ea pervenimus tempora, de quibus verè olim vaticinatus est *Seneca* Tragœdus; In *Medæa.*

-------- Venient annis
Secula seris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat Tellus, Tiphysque novos
Detegat Orbes.

Quantula autem, & quam impar ad tanta molimina hominis est conditio, quæ tam fragilis & tam limitata est, ut inter illam & naturam rerum nulla proportio intercedat? Brevis enim & incertæ vitæ sumus, &, ut plurimum, certis terrarum plagis alligati; &, si totum tempus nostrum in peregrinatione insumeremus, ne Mundo quidem peragrando, nedum rebus omnibus naturalibus comprehendendis, sufficere poterimus. Plurima mare gremio suo involvit; multa Tellus suis visceribus abscondit; varia inaccessibiles Sylvarum recessus tenent; nonnulla sensus nostros præ tenuitate effugiunt, & nulla nobis ad harum rerum intellectum, nisi per sensus, via. Ut meritò dixerit sapientissimus Ecclesiastes, Hanc gravem occupationem dedit Deus filiis hominum, ut affligantur in eâ. Et infra, Unumquodque fecit pulchrum tempore suo: mundum etiam posuit in animo eorum, adeo ut non inveniat homo opus quod operatus est Deus ab initio usque ad finem. Quod de studio naturalis Philosophiæ interpretatur celeberrimus *Vallesius*, qui hinc infert, Studium Philosophiæ naturalis, & desiderium cognoscendi rerum causas insitum esse naturaliter hominibus, neque fluere ex aliquo vitioso affectu, ut multas rerum pravarum appetitiones, sed ab ipso Deo rerum omnium & Naturæ Parente & Auctore illis esse tributum; ut optimè *Seneca*, Curiosum nobis ingenium natura dedit; & artis sibi ac pulchritudinis suæ conscia spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida, & non uno genere formosa, solitudini ostenderet. Propterea, ut idem, non erexit tantummodo hominem, sed etiam ad contemplationem factum, ut ab ortu sidera in occasum labentia prosequi posset; & vultum suum circumferre cum toto, sublime fecit illi caput; & collo flexibili imposuit.

Eccl. 1:13. Cap. 3:11. Lib. de Sacra. Philosophiâ. De otio Sapientis, cap. 32. Id. ibid.

Sanè, si vel rei dignitatem & usum spectes, vel impositum nobis officium à DEO optimo maximo perpendas, præferenda multis parasangis est Historia naturalis ei, quæ res gestas tractat. In hac hominum virtutes & vitia notamus; in illâ autem Dei celebramus opera, quæ, ut rei naturâ præcellunt; ita præstantiores multò usus nobis exhibent. Hinc enim Dei cognitio, animæ nostræ notitia, magna intellectus nostri perfectio, animorum confirmatio, multa in genus humanum beneficia, sinceraque & nunquam pœnitenda ex divinorum operum contemplatione voluptas, hauriuntur.

Humana certè mens corporeis hisce vinculis irretita nequit altam illam Divinitatis Lucem inspicere; sed nostræ imbecillitatis misertus DEUS *Opt. Max.* (faciem cùm videre, & vivere non liceat) posteriora ostendit. Quæ profectò nihil aliud esse videntur, quàm pulcherrimum hujus mundi, hominisque Microcosmi Theatrum: Illic enim, ex ipsâ rerum magnitudine, motu, dispositione, constantiâ, utilitate, pulchritudine, temperatione, ea conspicere est Divinitatis suæ argumenta, quæ menti nostræ cognitionem ejus affundant, & in optimi & sapientissimi Parentis nostri amorem accendant, ut canit divinus Psaltes, Exod. 33:18. ad finem cap. Psal. 19. Paraphraste *Buchanano.*

Tot luce flammarum coruscum
Cerne oculis animoque cœlum.
Hinc disce, prudens quam fuit artifex
Qui Templa Olympi fornice Flammeo
Suspendit, & Terræ capacem
Et Pelagi sinuavit arcum.

Quod verò ad animæ noſtræ notitiam attinet, vide quid de eâ ſenſerit *Plato*, qui cum *Socrate* ſuo maximè in ejus naturam ex omnibus Philoſophis penetravit, ψυχῆς φύσιν ἀξίως λόγε καταυοῆσαι ἐκεὶ δυνατὸν εἶναι ἄνευ τ τᾶ ὅλε φύσεως; Animæ naturam abſque totius naturâ ſufficienter & dignè cognoſci poſſe exiſtimas? Ut enim gradum reliquis animalibus ſuperiorem ſortitus eſt homo; ita non niſi horum & hiſce inferiorum entium ſeriâ collatione nobilis humanæ animæ natura in lucem erui poteſt, quæ, explicatis reliquarum facultatibus, tum demum diviniorem ſuam naturam per ſublimiores propriaſque ſibi operationes exerit.

Exhort. ad bonas Artes. Salluſt.

Quàm verò turpe eſt hanc ipſam rationis vim, quæ nobis cum Diis communis ineſt (ut *Galeni* verbis utar) caducarum rerum Studio teneri, aut vitam ſilentio tranſigere, veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit? Talibus profectò anima pro ſale tantummodo eſt, contraque naturam corpus voluptati, anima oneri eſt. Quin potius homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animantibus, ſummâ ope niti decet, ut hanc divinæ particulam auræ (quantum in hâc vitâ poſſibile eſt) exornent & perficiant: Quod ſanè, ſive cognitionem & ſcientiam, ſive firmitudinem & conſtantiam, ſive denique voluptatem & tranquillitatem ejus ſpectes, nullo meliùs quàm naturæ ſtudio perficitur; Ut cum *Senecâ* arguam, Quid anhelo? Quid ſudo? Nec multo opus eſt, nec diu. Ad hoc proderit nobis inſpicere rerum naturam. Primò diſcedemus à ſordidis, deinde animum ipſum, quo magno ſummoque opus eſt, ſeducemus à corpore. Deinde in occultis exercitata ſubtilitas, non erit in aperto deterior.

Natural. Quæſt. lib. 3.

Nec ſpernenda beneficia, quæ quis ex rerum naturalium ſtudio patriæ, imo generi humano præſtare poſſit, cum vel latentes quorundam *Simplicium* facultates detegere queat, vel etiam *Simplicia* nonnulla invenire contingat, quæ patriæ morbis remedium, vel artibus incrementum contribuant, ipſumque mundum novo gloriæ additamento condecorent.

Nec tantùm in Medicinæ Indigenæ materiam ceſſuræ ſunt res naturales, artiumque incrementum non ſpernendum allaturæ, ſed & utilem & gratam materiam Diſquiſitionibus Philoſophicis Academiarum noſtrarum ſuppeditaturæ. Quantò enim meliùs inſtitueretur Iuventus in naturali Hiſtoriâ Patriæ ſuæ verſandâ, unde multa in vitam communem profutura ediſcat, quàm in ſpinoſis Quæſtionibus diſcendis, quæ nulli quidem Diſciplinæ inſerviant, nec ullum in vitâ uſum habeant; quin & præjudiciis mentem offuſcant; multumque ad Scientias aſpirantibus impedimento ſunt? Ab hac autem naturali Patriæ ſuæ Hiſtoriâ, in clarâ luce, & utiliſſimâ divinorum operum contemplatione, ſtatui poſſet. Quis enim eas naturæ res aſpicere poteſt, quin ad Dei, in quo vivunt & moventur, intuitum, ſenſus ſuos protinus convertat? Cùm cunctis manifeſtum ſit, eas, quibus pollent, dotes; eum, quo reguntur, ordinem; artificioſam denique ipſarum conformationem nequaquam ab ipſis eſſe, ſed ab eo, qui αὐτὸς ἐστὶ τὸ πᾶν, ipſe eſt omnia, cujus benevolentiâ tam egregia in nos ubertim deſtillant bona, ab iiſque benignitatis ſuæ rivulis grati & alacres ad fontem deducimur.

Et ideo certè hominem inter tot ſenſu motuque prædita animalia cæleſti altiùs emicantem aurâ in medio Univerſi poſuiſſe videtur DEUS *Opt. Max.* ut ad cuncta mundi ambitu concluſa aciem oculorum convertens variam illam œconomiam, quam quæque mundi partes exercent, diligenti indagine ſcrutaretur, atque ita ſingularem Numinis ejus potentiam, ſapientiam ac bonitatem certis æterniſque argumentis agnoſcens, ſe ἐ μόνον αὐτᾶ καὶ τ ἔργων αὐτᾶ θεατὴν, ἀλλὰ & ἐξηγητὴν. Non ſolum ſui atque operum ſuorum contemplatorem, ſed & enarratorem exhiberet.

Epict. in Diſſert.

Pſ. 19.

Sic tota concors fabrica perſonat
DEI *tuentis cuncta potentiam, &c.*

Hinc nobiliores & oculatiores ab omni ævo Philoſophi in DEI operibus inveſtigandis, eorumque naturâ & uſu enarrandis, hoc, quodcunque vitæ eſt, ſummo animi oblectamento inſumpſere; & inde pulcherrima de DEO ratiocinia, inde utiliſſima generi humano inventa protulere. Ab illâ certè naturæ contemplatione & naturalis Religio, & tot egregiæ pro naturâ humanâ ſublevandâ & ornandâ artes originem traxere, ut ex *Cicerone*, *Lucretio*, *Senecâ*, *Plinio* abundè conſtat; ut *Galenum* noſtrum taceam, qui Libros ſuos de *uſu partium*, *Hymnum* in *Creatoris Laudes* appellavit, & in partium ſingularum ſtructurâ & uſu potentiam, ſapientiam & bonitatem Numinis agnoſcit. Quis eſt, qui vel minimum operum DEI examinare velit, quin eam videbit omnium partium fabricam, eam harum inter ſe diſpoſitionem, eum hiſce conſentaneum uſum, quæ vel invitum in Conditoris laudem rapiant, qui vilem materiam tàm artificioſè elaboraverit, & benigniſſimè in tot varios uſus aptaverit? Ita quodlibet animal, foſſile quodvis, imo

Præſentem monſtrat quælibet herba Deum.

Et cum nos quoque in hoc Mundi Theatro, tanquam Perſonæ, noſtras mirabilis illius Scenici operis partes peracturi, propterea immiſſi ſimus, ut DEO quidem in operibus ſuis enarrandis laudem debitam, hominibus verò in utilitate operum ejus explicandâ charitatem & amorem præſtemus, ſeriò perpendebam mecum, quo potiſſimum modo id officii commodiſſimè abſolvere poſſem. Variæ autem animum meum ſubibant rationes, id Patriæ meæ rerum naturalium Hiſtoriam ſcribendo optimè perfici poſſe.

Primò enim è re literariæ reipublicæ magis fore putarem, ſi ii quibus ejuſmodi genium Deus indiderit, operam ſuam impenderent in naturali Hiſtoriâ Patriæ ſuæ adornandâ, quod ibi magis ex rei naturâ, quàm aliorum relatu cuncta expendi, plurima quoque latentia in lucem erui poterint: Patriæ quoque (cui poſt Deum & parentes maxima debemus) debita officia præſtari, & obiter non ſpernenda auxilia pro univerſali Hiſtoriâ conſtruendâ conferri, quæ tum certis firmiſque fundamentis ex particulari Hiſtoriâ jactis in perfectiorem longè fabricam poterit erigi. Nec eſt, quod indignetur quis ſe arctiori ſpatio incluſum, cùm rerum naturalium cujuſvis regionis ſcrutinium inſtituenti apparebit, eam adeſſe copiam, quæ ingeniis multorum virorum, etiam in plura ſecula, exercendis ſufficiat.

Me, ut Patriæ meæ Hiſtoriam ſcriberem, varia ſuadebant argumenta: ea enim, ſiqua alia rerum geſtarum ſuæ gentis Scriptoribus illuſtris, neminem tamen hactenus habuit, qui vel plantas in eâ naſcentes, vel

ani-

animalia, aut fossilia, quidvisve quòd ad Naturalem Historiam spectaret; de composito scriptis tradiderit. Nec hoc præ rerum ejuscemodi naturalium inopiâ accidit (nulli enim, quod sciam, regioni in ejusmodi rerum affluentiâ cedit, ut postea constabit) sed nostrorum potius hominum fastidio & incuriâ: plerosque enim tantus luxus & rerum nostrarum despectus tenet, ut nec Remedia placeant, nisi quæ ab extremis Indis petantur, abjectâque Simplici Medicinâ (quæ paribus viribus morbum ejusque causam aggreditur) pomposæ tantum Medicamentorum moles in pretio sint; perinde ac si morbi non contrariis, sed numero superarentur, aut eâdem, quâ nos, luxuriâ capti solis peregrinis & exoticis colla darent.

Hoc ergo officium à me petit cum Patriæ dignitas, tum Christiana pietas. Cum enim non paucis morbis invadatur patria, iis tamen præsidiis, quę in aliis regionibus pro tenuioris fortunæ hominibus provisa sunt, plane caret: nam, quod haud facilè quis credat, in antiquissimo Regno, in quo tam ampla Regio vix suo populo sufficiat, ne unum (proh dolor!) Nosocomium est; in quo ægri publicis impensis curentur. Et quotidie multi pereunt, qui, præ rei familiaris tenuitate, officinalia medicamenta ex exoticis, quod magno pretio væneant, comparare sibi non possint. Cùmque Regio nostra pars Insulæ sit à reliquo Orbe non parvo sævientis maris intervallo divisa, sæpeque cum exteris (propter suborta cum vicinis bella) commercium liberum non habeamus, divites quoque (nisi inveniantur indigena) remediorum inopiâ periclitabuntur.

Sed & morbi nonnulli apud nostrates grassantur, qui exotica illa medicamenta respuunt, indigenisque facilè curantur.

Et hæ quidem me movebant rationes, ut rerum naturalium patriæ meæ per viginti annos elapsos scrutinium, quantâ potui animi contentione, instituerem, & nullis laboribus aut sumptibus parcerem, donec, favente honestis meis conatibus Numine, eam ejusmodi rerum copiam deprehenderim, quæ patriæ nostræ dignitatem sustinerent, & Medicinæ Indigenæ sufficientiam abundè demonstrarent.

Sed cùm earum, pro dignitate suâ, Historia arduum opus sit, quod magnos sumptus, & plurium auxiliatrices manus requirat, ea in longius tempus differenda est. Interim, ut postulatis clarissimorum aliquorum virorum satisfaciam, Prodromum ejus primò in publicam lucem emitto; In quo prima quasi lineamenta totius Operis ac tegmen duco, colores & subtegmen postea (si Deus dederit) inducturus. Ipsum autem in duas Partes partitus sum. In primæ Partis Libro primo agetur de Aere, Aquis & Locis *Scotiæ*. In secundo Libro de Morbis, iisque medendi Methodo, & de Medicinâ Indigenâ. In secundæ Partis Libro primo agetur de Plantis *Scotiæ* Indigenis; ubi rariorum Descriptiones, quarundam figuras, & nonnullarum singulares vires à nostratibus observatas apponemus. In secundo Libro agetur de Plantis *Scotiæ* Hortensibus quæ Medici usus sint. In tertio Libro agetur de Animalibus *Scotiæ* tâm feris, quàm domesticis. In quarto Libro agetur de Mineralibus, Metallis, & de Marinis. Operis dispositio.

Tu verò, Lector benevole, mecum summi Numinis Majestatem & benignitatem, quâ decet venerantia & humilitate, adorato, & huic Hymno, quem ego in ejus laudes compono, mente voceque adesto, dum tibi exposuero, quæ sit ejus sapientia, quæ potentia, quæ bonitas. Quòd enim Insulam ad ultimos Septentriones remotam conveniente cultu exornare, nullamque ejus partem beneficiis suis privatam esse voluerit; & quòd omnia ad vitæ usus necessaria suppeditaverit; id perfectissimæ bonitatis specimen esse statuo. Hoc autem omne invenisse, quo pacto quæque potissimum adornarentur, summæ sapientiæ est; effecisse verò omnia quæ voluit, immensæ virtutis est & Insuperabilis.

Sed cùm per loca devia & solitudinem nullis calcatam vestigiis peragrem sine Duce & Præmonstratore, & in multis primus glaciem frangam; difficile admodum erit ἀνθρωπον ὄντα μὴ ἁμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δ' ἀμελέστερον γράψαντα Proinde tenuitatis meæ conscius obnixè rogabo, ut, quâ ego erga alios Scriptores moderatione & ἐπιεικείᾳ usus sum, tu eâdem erga me utaris. Ignoscas autem velim, si Stylus neque tàm politus, neque tàm æqualis, neque tam uber ac copiosus est quàm decet. A me enim vitam activam agente, & alternis fere septimanis per varia loca excurrente non expectandum est Opus ad Scholæ ἀκρίβειαν accuratum & exactum. Conabor autem, ut stylus materiæ congruens eam clarè exprimens & facilè intelligibilis quibusvis Lectoribus sit. *Vale.*

Gulielmus Laudorus.

PARS PRIMA

PRODROMI

NATURALIS HISTORIÆ *SCOTIÆ*, In quâ

De

Aere, Aquis & Locis, deque Incolis agitur, & de Morbis in Scotiâ *grassantibus & eorum Medecinâ Indigenâ.*

LIBER PRIMUS.

De Aere, Aquis, Locis & Incolis Scotiæ.

CAPUT. I.

De BRITANNIA in Genere.

CUm *Scotia* noſtra *Britanniæ* Magnæ pars Borealis ſit, & quædam cum reliquâ Inſulâ communia habeat: priuſquam de *Scotiâ* agamus, quædam de *Britanniâ* prælibanda ſunt.

Britannia magna (ad differentiam ab alterâ, quæ in *Galliis* eſt, dicta) generalius ſumpta omnes Inſulas ſuo nomine complectitur, quæ inter *Hiſpanias* & *Germaniam* magno terrarum ſpatio *Galliæ* prætenduntur. Ita *Albionem* & *Hiberniam* cum vicinis omnibus Inſulis comprehendit, quæ *Ariſtoteli* Νῆσοι Βρεττανικαὶ, tàm majores Albion & Jerna, quàm exiguæ περὶ τὰς Βρεττανικὰς, & Iberiam, quæ quaſi Coronâ hunc Orbem cingunt.

Britanniæ magna generalius ſumpta quid complectitur.

De Mundo Cap. 3.

Britanniæ autem nomen antiquiſſimum *Albion* fuit, quod *Plinius* confirmat; *Albion* ipſi nomen fuit, cum *Britanniæ* vocarentur omnes. Id quoque nomen majori Inſulæ ab *Ariſtotele* conceſſum loco citato, genuinum fuiſſe nomen ab ipſis Incolis uſurpatum, vel inde conſtat, quod *Scoti* Montani, qui priſcorum linguam & mores conſervant, communi Sermone ſe *Albanich*, ſuamque Regionem adhuc *Albin* vocant. Hinc, ad hunc uſque diem, *Braid-Albin* & *Drum-Albin* Regionis in Præfecturâ *Perthenſi* nomen eſt.

Hiſt. Nat. Lib. 4. cap. 16.

Britanniæ antiquiſſimum nomen *Albion.*

Britannia clara Græcis, clara Latinis monumentis, inter *Europam* & *Americam* formâ oblongâ jacet, *Belgio* & *Galliæ* vicina: à Mari Atlantico cingitur, & à toto reliquo Orbe dividitur, ut meritò Poëta dixerit,

Et penitus toto diviſos orbe Britannos.

Virgil. Eclog. 1.

Eam *Cluverius* magni nominis Geographus ita deſcribit, Ipſa formâ triquetrâ in tres angulos ſe cuneat, quorum unus Septentriones proſpicit, nullis contra terris, vaſto atque aperto mari; Alter *Belgas* & *Rheni* oſtia; Tertius *Hiſpaniam.* Unum latus in orien-

Britanniæ deſcriptio ſecundum Cluverium.

orientem *Germaniæ* (intellige veteri, cujus pars *Norvegia*) obtenditur; alterum in meridiem, *Galliæ*; tertium in occidentem, *Hiberniæ*. Occano undequaque alluitur, ab Occasu, *Hibernico*; à Septentrionibus, *Caledonio;* ab *Ortu*, *Germanico;* à Meridie, *Britannico.*

Britanniæ longitudo & latitudo.

Secundum eundem, Porrigitur Insula in longum à *Tarvidio*, seu *Orcade* Promontorio (vulgò nunc *Dunsby-head*) ad *Dubrim* portum (vulgò *Dover*) milliaria *Germanica* circiter CL. Latitudo maxima patet inter *Dubrim* ac *Bolerium* Promontorium (vulgò the *Lands-end*) milliaria *Germanica* LXX. Sed à Scriptoribus Anglicis major extensio tàm in longum quàm in latum Insulæ tribuitur. A *Tarvidio* enim (sive *Dunsby-head*) ad *Dubrum*, *Sammesius* ponit milliaria DC & aliquot milliaria *Anglica*, quæ Longitudo Insulæ; & à *Dubri* ad *Bolerii* extremitatem (vulgò *Lands-end*) CCLXXX, quæ Latitudo ejus. Alii verò sic computant: A loco dicto *Lizard-point* in *Cornubiâ* (qui Latitudinis est L graduum & minutorum VI) ad *Stratium* Promontorium in *Scotiâ*, vulgò *Straithy-head* (quod Latitudinis est LX graduum, & minutorum XXX) in longum extenditur milliaria DCXXIV; & à loco *Lands-end* in *Cornubiâ* (qui Longitudinis XIV graduum & XXXVII minutorum) ad Insulam *Thanet* in orientali parte *Cantii* (quæ graduum XXII & XXX minutorum) in Latitudinem porrigitur CCCXL milliaria. Recentiores, qui cæli spatia terræ tractibus accuratius compararunt, partes Insulæ magis Australes ponunt in Latitudine L graduum & minutorum VI, in initio Paralleli XVI & octavi Climatis; partes autem maximè Boreales in Latitudine LX graduum & XXX minutorum, Parallelo vicesimo sexto & Climate decimo tertio. Ita ut dies longissimus in Australi parte sit horarum XVI, in Boreali XVIII cum semisse. Versus Boream & Austrum, in Oceanum dirigitur; versus Occidentem, *Hiberniam* habet; versus Orientem, ejusdem est Latitudinis cum parte *Galliæ*, *Flandriæ*, *Zelandiæ*, *Hollandiæ*, *Saxoniæ* Inferioris & *Daniæ*, adeo ut illic per Continentem mensurari ejus extensio possit.

Quid veteres de *Britanniâ* censebant.

Insularum certè omnium, quæ *Europæ* adjacent, quasque *Romana* notitia complexa est, communi Doctorum censu maxima, veteribus amplitudine suâ nomen alterius Orbis mereri visa est: *Cæsar* namque alium se terrarum Orbem reperisse scripsit, & *Solinus* de eâ tradit, Finis erat Orbis ora *Gallici* littoris, nisi *Britannia* Insula non qualibet amplitudine nomen penè Orbis alterius mereretur. Et hinc *Græcis* κατ' ἐξοχὴν, ob magnitudinem, μεγάλη νῆσος, Insula magna dicta.

Figura *Britanniæ.*

Quod ad Figuram *Britanniæ* attinet, in eo conveniunt antiqui & moderni, quod formæ sit oblongæ. Ita enim *Tacitus*, Formam totius *Britanniæ Livius* veterum, *Fabius Rusticus* recentium, eloquentissimi auctores, oblongæ scutulæ vel bipenni assimilavere. Et est ea facies citra *Caledoniam*, unde & in universum fama est transgressa: sed immensum & enorme spatium procurrentium extremo jam littore terrarum, velut in cuneum tenuatur. Recentiores autem, ut *Europam* magno *Draconi*, ita & *Britanniam* Angui magno comparavere. Et quidem, licet multis malè cesserint hujusmodi similitudinum commenta, inspicienti accuratius figuram illius, magni propemodum Anguis reclinati, capite nonnihil elevato, ventre prominulo, & caudâ adductâ, effigiem habere videtur; cujus caput *Scotia* patulo & hiante ore versus *Norvegiam* & *Daniæ* partem, cauda versus Occasum & *Indiam* Occidentalem torquetur.

In vitâ *Juliæ Agricolæ.*

Sheringam, de Orig. *Angl.* p. 3.

Sammes Antiquitates p. 3.

Situs *Britanniæ* commodissimus commercii opportunitate.

Situs *Britanniæ* eam, commercii opportunitate, cælo, solo, & rerum naturalium affluentiâ, fortunatissimam definit. A Regionibus enim circumjacentibus commodo undique intervallo disjuncta, & tanquam ad juvandos mortales avidè in mare omni ex parte se projiciens, patentibus gremiis pro universi Orbis commercio commodissime disposita est.

Cambden in *Brit.*

Britanniæ cœlum mite & temperatum.

Cœlo quidem felici & miti est, *Cæsari* etiam *Gallico* temperatiori: æstates enim minus fervidæ, auris perennibus calores mitigantibus, quæ cum terræ nascentia recreant, tum homini pecorique saluberrimè & jucundissimè adblandiuntur. Hyemes quoque non ita penetrabili frigore sævientes: frigoris enim vim frequentes & sedatæ pluviæ ita retundunt, & mare circunfusum ita moderato tepore terram fovet, ut multò remissius sit apud nos Frigus, quàm in nonnullis *Galliæ*, *Italiæ* & *Belgii* Regionibus. In hujus autem temperati aeris ratione reddendâ, est quod cum *Minutio Felice* summam Dei Providentiam agnoscamus, quòd non Universitati solummodo, sed & partibus consulat. Si enim, propter Septentrionalem ejus situm à Solis orbitâ remotum, *Britannia* (ut ille) Sole deficitur, *h. e.* tam directos radios non accipit: at propterea quod in medio mari longè à terris sita diutius ejus radiis exponatur, nec aliæ terræ interpositæ ejus influxum intercipiant: & quod pro situ suo inter veterem & novum Orbem, tanquam Hemisphærii Centrum, inæquali terrarum suarum superficie à mari versus Insulæ meditullium assurgente, tanquam

In *Octavio.*

quam Vitri urentis gibboſâ et convexâ ſuperficie radios ſolis aliorumque Planetarum et Aſtrorum colligat, benigniſſimo et clementiſſimo cæli influxui ſubjicitur. Et hinc, ſiqua ab Arctoi Poli viciniâ frigoris ſævitia incurrat, eadem (ut ait ille) circunfluentis maris tepore recreatur et temperatur. Accedit, quod (ut ait *Strabo*) aër imbribus magis eſt, quàm nubibus, obnoxius; ac ſereno eriam cælo caligo quædam multum temporis obtinet, unde frigoris vis multùm obtunditur.

Britanniæ ſolum.

In loco ſupra citato. Solum verò ſertiliſſimum, etiam *Cornelii Taciti* tempore, præter *oleam vitemque*; et cætera calidioribus terris oriri ſueta, patiens frugum, fœcundum: Ita ut *Cereris* ſedem fuiſſe dixerit *Orpheus*, & (referente *Zozimo*) Occidentalis Imperii quaſi horreum & cella penuaria fuerit, unde Nongentis navibus, quæ lembis majores erant, magnum frumenti numerum in *Germaniam* ad limitaneos exercitus alendos exportaverint Romani, ut notat *Virdungus*. Et hodie quoque fruges tantâ ubertate profert, ut & Incolis ſufficiant, & magnâ quantitate exportentur ad exteros. Non enim ſolùm adeſt *Britanniæ* materia frugum ex humoris abundantiâ, ſed & ſufficiens calor ad eas maturandas, modò debito tempore ſementem faciant.

Notis in *Tacit.*

Panegyric. *Conſtantino* Conſtantii filio dictus.

Britanniæ encomium ex Panegyricis.

Pro *Britanniæ* encomio duo tantum teſtimonia ex Panegyricis adducemus. Primum eſt hoc, O fortunata, & nunc omnibus beatior terris *Britannia*! Meritò te omnibus cæli ac ſoli bonis natura donavit, in quâ nec rigor eſt nimius hyemis, nec ardor æſtatis; in quâ ſegetum tanta fœcunditas, ut muneribus utriuſque ſufficiat & *Cereris* & *Liberi*; In quâ nemora ſine immanibus beſtiis, terra ſine ſerpentibus noxiis; Contra, pecorum mitium innumerabilis multitudo lacte diſtenta & onuſta velleribus &c. Alterum eſt hoc, Et ſanè non ſicut *Britanniæ* nomen unum, ita mediocris erat jacturæ Reipublicæ, terra tanto frugum ubere, tanto læta numero paſcuorum, tot metallorum fluens rivis, tot vectigalibus quæſtuoſa, tot accincta portubus, tanto immenſa circuitu. Atque hinc, per illam frugum pecorumque redundantiam, factum eſt, ut ex cibo, corio, vellere, velut exundantis terræ muneribus, populus in ocio, & plerumque oblivione laboris diteſcat. Et meritò quidem habita eſt *Britannia* velut alter Orbis extra Orbem conſtitutus: magni enim Orbis compendium eſt, & parva quaſi imago, in quâ omnibus ſuis donis ornandâ eximium bonitatis, ſapientiæ & potentiæ ſuæ ſpecimen præbere voluit Magnificus rerum Parens *Deus Opt. Max.* Quæ enim ſtupenda ſua opera per magnum Orbem latius diffuderat, ea cuncta in hâc Inſulâ pulcherrimè contraxit. Nec mirum, cùm activa Elementa (ex quorum variâ miſtione cuncta ſublunaria proveniunt) Calor à Sole & ambientis maris tepidô vapore, Frigus ab Arctoi Poli viciniâ, hìc æquis ferè viribus in ſe agant, cœlique benignus & liber influxus in hâc Inſulâ, in vaſti maris inter veterem & novum Orbem interfuſi ſinu ſitâ, tanquam in Centro colligatur. Quæcunque ſingula aliàs ſub ſingulis tantum cœli Cardinibus reperiuntur, ea quidem univerſa ſimul hic reperire eſt.

Panegyr. Maximiano Aug. dictus.

Barclaius Icon Animorum.

Britanniæ dives Metallis, & aliis præſtantiſſimi uſus.

Et, pro innatâ quidem aëris clementiâ, *Britannicus* ager utriuſque Orbis ſemina facilè concipit & ſervat; quæque ſoli felicitas eſt, quæ aliæ gentes ultimo Occidenti, Orienti, Meridiei, aut Septentrioni invident, in fertili *Britanniæ* gremio inveniuntur Aurum, Argentum, Ferrum, Stannum, Plumbum, Æs, Cuprum, Hydrargyrum, Antimonium, Plumbum nigrum, Sulphur, Auripigmentum rubrum & flavum, Cinnabarum naturale, Alumen, Vitriolum, Minium, Bitumen, Chryſocolla, Lapis mineralis ex quo conficitur Petroleum, Lithanthrax, Nitrum, Sal, Soda. Ut Plantas taceam, Fontes habet medicatos Thermaſque; In mari Corallia, Ambram-griſeam; in littore Succinum, Sperma ceti; in mari utriuſque Orbis piſces, inter quas claræ olim Balenæ *Britannicæ*. In Inſulas & Rupes marinas omnis generis Aves aquaticæ ex reliquo Orbe convolant: Quadrupeda & Inſecta, mitiora & vitæ utilia ferè omnia habet; pauciſſima ex perniciosis; In fluviis Margaritas, etiam olim celebres. Ut verbo dicam, Incolis non ſolum cibum & amictum, ſed & quæ Igni, Architecturæ, quæ Commerciis, quæ Bello, Voluptati denique Lucrove inſerviunt, omnia ſuppeditat. Quin & Regionum ſub diverſis cœli Cardinibus variam quodammodo naturam imitatur ejus terra: Illìc enim perpetuis ferè nivibus obducta riget, hìc Lacus nunquam congelaſcit; alibi ſolum bituminoſis plenum lapidibus ardet; hîc optimarum frugum ferax, & paſcuorum viriditate amœna; illic ſaxo ſterili & lacubus horrida ſolam eri-

Variarum Regionum naturam imitatur.

Barc. Icon animorum. cam producit. Denique *Britannia* per tot ſpatia diffuſa, tam diverſis pulſata fluctibus, tamen magis ad magnitudinis ſuæ fidem poteſt varios civium mores, quàm tantorum littorum ſinus & nomina proferre. Tanquam alium in Oceano Orbem faceret, omnis animi genera Incolis inſevit. In eâ enim cernere licet populos linguâ, moribus, inſtitutis, vivendi genere, habitu diverſiſſimos: In Meridionali parte An-

Populos diverſiſſimos intra ſe continet, &c.

glos, *Wallos*; In Boreali parte *Scotos* humilioris plagæ, & *Montanos Hibernos-Scotos* dictos; omnes sub uno *Britanniæ* Rege in obsequium & commercium amicè conspirantes. Ex his multos videre licet viros optimâ corporis constitutione, maximis animis, summis ingeniis, commodissimis moribus, tàm Marte quàm Mercurio, domi forisque claros.

Multos egregios viros produxit.

Britanniæ divisio.

Britannia φυσικῶς dividitur commodissimè per Flumina & Montes in *Vallíam*, *Angliam* & *Scotiam*. *Vallia* triplex regionibus distincta includitur *Devâ* & *Sabrinâ* Fluminibus in Mare Hibernicum decurrentibus. *Anglia*, quicquid terrarum â *Sabrinâ* & *Devâ* interjacet Mare inter & *Scotiam*, comprehendit. *Scotia* autem ab *Angliâ* dirimitur *Tuedâ* fluvio, *Zeviotâ* monte altissimo, &, quâ mons deficit, Vallo, ac deinde *Escâ* & *Solvæo* fluminibus. Ab illo Limite, quicquid *Britanniæ Boream* versus excurrit, *Scotia* est.

Valliam & *Angliam* Scriptores Angli fusè descripserunt; & in iis repertas res naturales abundè explicârunt. Restat, ut nos, pro viribus, quam nacti sumus Spartam, *Scotiam* scilicet, ornemus.

CAPUT II.

De SCOTIÆ situ & positu.

Scotiæ vetustissimum nomen *Albánia*.

SEptentrionalis *Britanniæ* pars *Scotia* dicitur, *Tacito Caledonia*; sed vetustissimum nomen fuit *Albania*; quorum nominum rationes, propitio Numine, in *Scotiâ* Antiqua dabimus.

Scotiæ limites.

Angliam ab Austro habet; ab Occasu Mare *Hibernicum*, versus Boream Mare *Deucaledonium*, versus Ortum Mare *Germanicum*; Adeò ut, quâ *Angliam* attingit solùm, libera mari, reliquâ ex parte Oceano cingatur: Ea tàm longè se in Mare *Germanicum* diffundit, ut, quæ in Australi parte LIII Latitudinis gradui subest; remotissimam in Septentrione Insulam *Hethlandiam* (quorundam *Thulen*) sub gradu LXIII habeat. Continentis autem suæ (secundum quosdam) extimam partem sub gradûs LIX & XL scrupulorum distantiâ ab Æquatore. Civitatis *Edinburgenæ* (quæ *Scotiæ* Metropolis est) Latitudo, secundum *Varenium*, LVI graduum, X minutorum; ejusdem Longitudo XIX graduum. Ast Urbis *Edinburgenæ*, secundum quosdam Astronomos nostrates, Latitudo est LVI graduum, IV minutorum; Longitudo verò XXI graduum, L minutorum.

Ejusdem Latitudo & Longitudo.

Edinburgi Latitudo & Longitudo.

Scotiæ figura.

Figura *Scotiæ* oblonga est, ad ovalem quodammodo accedens, sed inæqualis admodum. Latior extremitas versus *Angliam*; Latus Occidentale versus Mare *Hibernicum*, Orientale versus Mare *Germanicum*; Extremitas arctior versus Mare *Deucaledonium*, nonnihil in Ortum versus Mare *Germanicum* deflexa.

Variis in locis, mari quasi intersecta, sæpe in altum excurrens, & quasi in totidem fimbrias ab intercurrente mari discissa; in medio latissima; quâ in Septentrionem vergit, in arctius spatium constringitur, & in Mare *Deucaledonium* & *Germanicum* procurrit.

Continentis *Scotiæ* mensura.

Continentis *Scotiæ* Longitudo est à Meridie in Septentriones, *i.e.* à Promontorio, quod Accolis *the Mule of Galloway*, quâ Hiberniam spectat, ad Promontorium *Dunsby-head*, quod ab Orcadibus Insulis conspicitur. Longa est, secundum *Bertium*, milliaria Germanica LXVII, lata LII. At, secundum recentiores, qui accuratius observârunt; longa est milliaria Anglica CCCLXXX; lata ab Occasu in Ortum, *h.e.* à *Navantum* Promontorio (nunc *Ardermouth-head*) prope *Mulam* Insulam, ad *Buchaniæ* Promontorium, vulgò *Buchan-ness* CXC milliaria *Anglica*. Aliàs Oceani Æstuariis ita intersecta est, ut nulla ferè domus in eâ sit, quæ ab aquâ marinâ ultra viginti Leucas distet. Tab. Geogr. p. 121.

Longissimus dies, & brevissima nox.

Longissimus dies XVIII horarum, & XXV scrupulorum; brevissima nox V horarum, & scrupulorum XLV.

Æbudæ Insulæ.

Ab *Hiberniâ* longè in Mari quoque *Deucaledonio*, Lateri *Scotiæ* Occidentali prætenduntur *Hebrides* Insulæ (ut appellant) vel *Æbudæ*, vulgò *Occidentales* Insulæ.

Versus Septentrionem, partim in *Deucaledonio*, partim in *Germanico* mari, jacent *Orcades*

Orcades Insulæ; & ultra has, versus Septentrionem, sitæ sunt Insulæ *Hethlandicæ*. Apud *Orcades* dies horarum XIX. *Orcades & Hethlandicæ* Insulæ.

Lesleus in Hist. *Scot.* In totâ *Scotiâ*, ad duos ferè menses, Radii solares totâ nocte conspiciuntur, & quidem apud *Orcades*, *Cathanesiam* & *Rossiam* tantâ claritate, ut horum beneficio scribi, legique haud difficile possit. Imo in montibus quibusdam *Hojæ*, quæ *Orcadum* una est qui tantæ sublimitatis sunt, ut navigantibus à terrâ longissimè distantibus cursum quò dirigantur rectà *Phari* quasi præstantissimi speciem & vicem præbeant) circa Solstitium æstivale consistentibus in apice horum montium hominibus ipsissimum corpus Solis, obscurius tamen paulò quasi nebulâ obductum, à mediâ nempe horâ undecimâ noctis ad mediam primam diei subsequuturi supra Horizontem conspicitur; resumptàque Statim suâ luce Radios suos fulgentissimos per totum hoc Hemisphærium diffundit. Adeo ut de *Scotiâ* & Borealibus suis Insulis intelligendum veniat illud Panegyrici, Certè, quod propter vitam diligitur, longissimæ dies, & nullæ sine aliquâ luce noctes, dum illa littorum extrema planities non attollit umbras, noctisque metam cœli & syderum transit aspectus, ut sol ipse, qui nobis videtur occidere, ibi appareat præterire. Quod & Juvenalem movebat ut diceret, Lucidissimæ noctes circa Solstitium æstivum.

Atlas novus *Bleau* Part. 5. p. 139.

Panegyr. *Constantino Constantii* filio dict.

Sat. 2.

Minimâ contentos nocte Britannos.

Ad quod vetus *Scholiastes*, Circa Solstitium in *Britanniâ* propè nox nulla est; hâc scilicet causâ, quia vicinus occasus & ortus ibidem Solis: ex obliquo enim terræ margine lux redundat & proximam sibi Insulam & noctibus & diebus illustrem reddit.

Nobis in Australi parte *Scotiæ* viventibus (*Edinburgi* scilicet) brevissimus dies octo aut novem horarum; longissima nox sedecim aut quindecim horarum. In extimâ Boreali parte haud dubiè dies multo brevior & nox longior. Dierum & noctium spatium in Australi parte.

Scotia cum vicinis Insulis ei adjacentibus jacet in Zonâ temperatâ Septentrionali. Climati undecimo, duodecimo & decimo tertio subest. *Hethlandia* verò, quæ extima est Insula, decimo sexto subjacet. *Scotia* ipsa inclusa est Parallelis vicesimo secundo & vicesimo sexto: *Hethlandia* verò Parallelis tricesimo secundo & tricesimo tertio. *Zona*, Clima, Paralleli.

Propter alluentis maris planitiem, & quod terræ longè remotæ sint, serenâ tempestate, multa idque clare videntur sydera, ea præsertim quæ magis Septentrionalia sunt.

Incolæ *Scotiæ Antipodes* sunt terræ Australi prope Fretum *Magellanicum*. Sunt etiam *Heteroscii*, quod umbra Meridiana in plagam tendat Septentrionalem omnibus anni diebus. Quibus *Scoti Antipodes*. Sunt *Heteroscii*.

Scotiam mediam intersecat Mons *Grampius* Romanorum scriptis nobilitatus. Hic in *Marriæ* atque *Merniæ* confinibus exoritur, non procul à Littore apud *Abredonios*, excurrens per Mediterraneas Regiones; nunc latior, nunc constrictior ad Mare occiduum, usque ad *Brittannodunum* & *Argatheliam*. Per *Taum* fluvium communiter dividitur *Scotia* in Australem, cis *Taum*; & Borealem partem trans *Taum*. Sed mihi magis secundum Naturæ mentem videtur illa divisio, quâ per tres Isthmos in tres Peninsulas dividitur. Primus est inter *Tuedam* & *Solvæum* fluvios; Secundus inter *Cludam* & *Fortham*; Tertius inter *Lochtoum* lacum & *Nessum* lacum. Quæ primum & secundum Isthmos interjacet Regio partem *Scotiæ* Australem constituit: & in eâ insigniores Provinciæ seu Præfecturæ sunt *Teviotia*, *Marcia*, *Evia*, *Lidalia*, *Escia*, *Annandia*, *Nithia*, *Tuedia*, *Lauderia*, *Lothiana*, *Gallovidia*, *Carrictia*, *Coila*, *Cunigamia*, *Glottiana*, *Levinia*, *Sterlinensis* Præfectura. Mons *Grampius*. *Scotiæ* divisio. Insigniores Provinciæ in *Scotiâ* Australi.

Regio, quæ jacet inter secundum & tertium Isthmos, mediam illa *Scotiæ* partem constituit: & in eâ Præfecturæ sunt *Argathelia*, *Cantiera*, *Lorna*, Præfectura *Perthensis*, *Fifa*, *Angusia*, *Mernia*, *Marria*, *Buchania*, *Badenachiæ* & *Abriæ* pars, *Boina*, *Ainia* & *Moravia*. Media & Boreali.

Ultra tertium Isthmum est Borealis *Scotiæ* pars, quam in unâ *Tabulâ* exhibet *Gordonius* de *Stralogh*, sub titulo Extimæ & Septentrionalis *Scotiæ oræ*. In eâ Præfecturæ sunt *Rossia*, *Sutherlandia*, *Stranavernia* & *Cathanesia*.

CAPUT. III.

De IGNE.

Totius Compoſiti Partes integrantes.

TOtum hoc, quo continemur, unum licet ſit, ex quatuor tamen Membris ſive Partibus integrantibus componitur, Igne viz. Aëre Aquâ & Terrâ. Et ſic quidem Ignis cum Cœleſtis à Sole, tum Subterraneus in Terræ viſceribus natus conſiderandus venit. Aër etiam, ſubtile illud Corpus, quod inter Cœlum & Terram diffunditur, Anni Tempeſtates & Ventos comprehendit. Aqua Mare, Fontes, Fluvios, Lacus Aquaſque Medicatas includit. Terra notat ſicciorem & ſolidiorem Naturæ partem: adeoque Montes, Valles, Deſerta; et in iis mineralia & Metalla ſub ſe continet.

Regionis ergo alicujus rerumque in eâ Naturalium Hiſtoriæ neceſſariò præmittenda eſt horum conſideratio, illi præſertim, qui Morbos illius Regionis & illorum curam ſcripto traditurus eſt.

Lib. de Aere, Aquis & Locis Sect. 57.

Nam cùm (ut *Hippocrates* Medicorum Princeps aſſerit) Temporum varietates potiſſimæ ſint, quæ Naturam ipſam permutant; deinde etiam Regio in quâ quis nutritur; poſtremùm autem Aquæ: invenias enim fere ſemper & formas hominum & mores Regionis naturæ compares. Quicunque igitur Artem Medicam integrè adſequi velit, primùm quidem temporum anni rationem habere debet, quantum potentiâ quodlibet eorum valeat: non enim ſimile quicquam in illis exiſtit, verùm differunt invicem propter varias, quæ in iis fiunt, mutationes: deinde Ventorum Calidorumque & frigidorum, maximè, qui ex his omnibus hominibus ſunt communes, & mox qui in unaquâque Regione ſunt indigenæ & proprii. Neque verò negligentiorem ſe, circa Aquarum facultates cognoſcendas, exhibere convenit: Quemadmodum enim guſtu differunt, & pondere & Statione; ſic quoque virtute aliæ aliis longè præſtant. Et infrà paulò; Terra etiam ipſa conſideranda, nudane ſit & aquis carens, aut denſa & aquoſa; & an concava ſit et æſtuoſa, vel alta & frigida. Hominum inſuper diæta perquirenda, quâ maximè capiantur, an bibuli ſunt et lurcones, et otio dediti; aut exercitiis variis utentes, et tolerantes laborum, ciborumque plus appetentes quàm poculorum: ex his enim ſingula ſunt inveſtiganda. Nam qui hæc omnia probè cognoverit, aut horum plurima, eum non latere poſſunt neque Morbi Regioni peculiares & patrii, neque communis Regionis natura, quæcunque tandem ea fuerit, ut non poſſit in cognoſcendis Morbis diutius hærere, aut errare, ſicubi ad Morborum medicationem adhibeatur: quæ ambo illis evenire ſolent, qui non prius providè hæc diligenter cognoverunt.

Id ibid. Sect. 1.

Nos itaque tanti Præceptoris veſtigiis inſiſtentes, de Igne, Aere, Aquâ et Terrâ, de Regionis naturâ, de Incolarum victu et moribus, ea ſcripturi, Auſpice DEO ſumus, quæ magis neceſſaria ſunt ad complementum præſentis *Prodromi* Operis (in quo de Rebus *Scotiæ* Naturalibus tractatur, et Morborum illic graſſantium per indigena curatio traditur) ab Igne incipientes.

Ignis præcipuum Naturæ Organum et maximè actuoſum, *Hippocratis* (ut mihi videtur) τὸ ἔμφυτον, ſeu impetum faciens, primum et perpetuum Mobile, et ſubtilis illa materia, quæ partium ſuarum ſubtilitate et perniciſſimo motu omnia penetrat, exagitat et movet, Duplex eſt; Innatus, et aliunde fluens.

Ignis duplex.

Lib. 1. de Victus ratione.

Innatus,

Prior omnibus rebus congenitus eſt, magis aut minus pro earum naturâ: in Animalibus maximè conſpicuus eſt. Ut enim ait magnus *Hippocrates*, Omnia Animantia, tum Homo ipſe, ex duobus facultate quidem diverſis, uſu verò conſentientibus conſtant, Igne et Aquâ. Ubi per Aquam quatuor Humorum invicem permixtorum et ſimul attemperatorum maſſam intelligit; per Ignem verò intelligit Ignem in corde, qui circulari jugique motu, quem habet, per totum corpus diſtribuitur.

Quæſt. nat. Lib. 3. cap. 15.

Ignis aliunde fluens duplex eſt; Cœleſtis à Sole, et Subterraneus in terræ viſceribus natus.

Externus, qui & duplex.

Cœleſtis,

Et quidem, ſi, cum *Senecâ*, placeat naturâ regi mundum, ad noſtrorum corporum exemplar, Sol princeps Mundi Sidus, naturæ miraculum, totius caloris et luminis fons et origo, Macrocoſmi Cor eſt, quod æthereo ſuo calore motuque perpetuo vigorem et fœcunditatem omnibus corporibus ſuppeditat. Verùm et naturale Ignis Elementum, cujus Radii, tanquam totidem Rivuli, ſalutares ejus vires undiquaque diffundunt. Et cùm *Britannia* noſtra in Oceani ſinu inter Novum et Veterem Orbem

bem ſita ſit, Eam Sol lætiſſimis, quàm diutiſſimè poteſt oculis, intuetur, ac Radiis non magis illuſtrat, quàm fœcundam facit: Æſtate enim longiſſimè producit diem, qui (ut ſuprà dictum eſt) in *Scotiâ* noſtrâ octodecim horarum et viginti quinque ſcrupulorum eſt; et per totam noctem, per duos menſes, in quibuſdam locis Radii ejus conſpiciuntur. Hyeme verò, cùm alter ei luſtrandus eſt Orbis, quaſi invitus avertens currum, ſeptem horarum, cum breviſſimus eſt dies, moram facit.

Sed præter hunc Cœleſtem Ignem alius eſt Subterraneus in Terræ viſceribus accenſus. Subterraneus.

Kirch. Lib. 4. Mundi Subter. Eſt autem Ignis Subterraneus portio Ignis Elementaris, non puri, ſed variâ combuſtibilium rerum miſcellâ infecti intra terræ cavernas â *Deo Opt. Max.* ab ipſo mundi exordio ad Sublunaris Naturæ tutelam, conſervationem et omnium proventum concluſa. Fingitur autem variè hic ignis, pro diverſa fomitis naturâ. Si Sulphuri puro jungatur, candicat; ſi Bitumini, fuſcâ flammâ mæret; ſi Bitumini unà cum Ærugine, viret; rubet, ſi Minio aut ſimilibus rubri coloribus Mineralibus jungatur; ſi Arſenico, Ochræ, Sandaracæ, flavet; ſi Uliginoſæ materiæ, pingui et oleaginoſæ applicetur, omni ferè luce deſtituitur, fumo tantum indolem ſuam prodens. Hic ſi violentus erumpat, tranſmutat quodcunque occurrit in ſui ſubſtantiam, et terras, imò ipſa ſaxa monteſque in ſuum pabulum convertit.

Montes ignivomi in *Scotiâ* nulli ſunt; ſed reperiuntur *Campi Phlegræi*, ex quibus per diem erumpunt fumi: per noctem verò flammæ, quales adſunt in *Lothianâ* Orientali, propè prædium de *Elphinſton*, et in Provinciâ *Fifenſi* paulò ſupra Oppidum *Dyſart*; Utrobique planities larga, flammis perpetuis exhauſta, foraminibus permultis cavernoſa eſt, ex quibus paſſim fumi erumpunt. Quæ propè *Dyſertum* oppidum planities eſt, mari vicina eſt, à quo milliare Scoticum vix diſtat; Ibi mihi à Pagi vicini Incolis relatum eſt, Ventorum tempeſtatibus ingruentibus, audiri illic magnos fragores et tremendos ſonitus ardentis ignis, et flammas hinc inde erumpere. *Campi Phlegræi in Scotiâ.*

Ab Igne Subterraneo originem trahunt Igneæ Impreſſiones Fulmen, Fulgetrum, Coruſcationes, Caumata, Ignes Fatui, ſimiliaque.

Fulgura et Tonitrua nec ita frequentia, nec ita periculoſa apud nos ſunt ac in aliis Regionibus, quæ tamen quandoque ſummas feriunt Turres, eaſque tum impetu, tum flammis demoliuntur. Fulmen & Fulgur.

In Aquilonari parte *Scotiæ* obſervantur per noctem *Capræ ſaltantes.*

Sæpiſſimè autem accidit in Mineris Carbonum, quæ in *Scotiâ* frequentes ſunt, Carbonarios Operas ab Igne Subterraneo aduri et inſigniter *vulnerari.* Perniciſſimus autem (ut mihi à Præfectis relatum) cum magno fragore, eſt hujus flammæ motus. Atque hæc de Igne ſufficiunt: de Aere nunc agendum. Ignis Subterraneus in Mineris Carbonum.

CAPUT IV.

De Aëre.

MAteria illa fluida et ſubtilis; quæ immenſo ſpatio inter cœlum terramque diffunditur, *Aër* dicitur. Pars ejus ſuperior et ordinatior et propinqua Syderibus (quæ, Æther.

Lib. 3. de Irâ Sect. 6. ut ait *Seneca*, nec in nubem cogitur, nec in tempeſtatem impellitur, nec verſatur in turbinem, & omni tumultu caret, utpote à terrâ remota, puriſſima, et à miaſmate quovis terreſti immunis) *Æther* appellatur. Altera, quæ Terræ propinqua incumbit, et quæ Vaporibus et Exhalationibus oppletur, *Atmoſphæra* nuncupatur, Fulminum et Tempeſtatum ſedes. Ex hâc omnis inconſtantia tumultuſque eſt. Atmoſphæra.

Lib. 2. Quæſt. Nat. Sect. 4. Ex Senecâ, Mundi pars eſt Aër, et quidem neceſſaria: hic eſt enim qui cœlum terramque connectit, qui ima ac ſumma ſic ſeparat, ut tamen jungat. Separat, qua medius intervenit: jungit, quia utrique per hunc inter ſe conſenſus eſt. Supra ſe dat, quicquid accipit a terris. Rurſus vim ſiderum in terrena transfundit. Et cœlo enim et terris cohæret, et utrique innatus eſt.

Permeat ab Æthere lucidiſſimo Aër in terram uſque diffuſus, agilior quidem, tenuiorque et altior Terris, nec minus Aquis: cæterùm Æthere ſpiſſior graviorque, frigidus per ſe et obſcurus. Lumen illi colorque aliunde ſunt, adeò ut in ipſo ſit corpus quoddam Aër ex ſpiritu & corpore conſtat.

quoddam et materia, aqua fortè expansa et dilatata, et anima sive spiritus Dicebatur enim in ipso Creationis initio Spiritus Dei moveri super Aquis; &, homine creato dicitur *Deus* inspirâsse in faciem ejus spiraculum vitæ: & *Hippocrati* Aër πνεῦμα sive Spiritus dicitur. Gen. 1. 2. & 2. 7. Lib. 2. Nat. Quæst. Sect. 10.

Aeris partes tres ex *Senecâ*.

Aër per omne spatium sui similis non est, mutatur enim à proximis. Summa pars ejus siccissima calidissimaque; ob hoc etiam tenuissima, propter viciniam æternorum ignium & illos tot Siderum motus assiduumque cœli circumactum.

Pars ima & vicina terris densa & caliginosa est, quia terrenas Exhalationes receptat. Media pars temperatior, si summis imisque conferas, quantum ad siccitatem tenuitatemque pertinet, cæterùm utrâque parte frigidior: nam superiora ejus calorem vicinorum Siderum sentiunt, inferiora quoque tepent, primùm Terrarum halitu, qui multum secum calidi affert; deinde, quia Radii Solis replicantur, & quousque redire potuerunt, duplicato calore benigniùs fovent. Deinde etiam illo spiritu, qui omnibus animalibus, arbustisque ac satis calidus est: Nihil enim viveret sine calore. Adjice nunc ignes manu factos & certos, sed opertos terris: quorum aliqui eruperunt, innumerabiles in abscondito flagrant & obscuro semper. Etiamnum tot partes ejus fertiles rerum, habent aliquid teporis: quoniam sterile est frigidum, calor autem gignit. Media ergo pars Aëris ab his submota in frigore suo manet, ejusque natura gelida est.

Aër, quem spiramus, *Mixtum* imperfectum est: cæruleus enim ejus color procedit à reflectione seu refractione Radiorum, quæ fit in admixtis corpusculis heterogenëis. Et cùm quorundam Tractuum Aër crassior, aliorum tenuior, necesse est aliquid admistum esse halituum, qui ex *Sphærâ Terraqueâ* perenni effluvio sursum avolant.

Aër hyeme frigidior est, æstate calidior, quia æstate plures sunt Ignis particulæ admixtæ: plures enim majoris vi æstus è Terrestri Globo tunc educuntur. Hyeme verò frigidior, tum quia præfatæ particulæ Ignis absunt, tum quia major purioris Humoris vis admista est, quæ certè maximum frigus conciliat.

Aër optimus quis.

Aër optimus est, qui nec plus æquo calidus, nec plus æquo frigidus est, ut in illis Terrarum Tractibus, qui nec summos Montium vertices adæquant, nec ad imas Vallium profunditates deprimuntur, nec Fodinas Metallicas habent, nec Sulphure constant nec Bitumine, nec Subterraneas Specus tegunt, nec altas Rupes imminentes timent, nec pinguius solum vel aridius habent, nec Stagnantes aquas continent. Quibuscunque situs est in Collis radice, Soli meridiano & purioribus Ventis expositus, ii Incolæ salubri Aëre fruuntur.

Purior Hyeme quàm Æstate.

Aër Hyeme purior est quàm Æstate, quia ille Aër purior est, qui à permistione seu contagione aliorum Elementorum liberior. Arqui Hyeme liberior est Aër: Æstate enim major vis æstus solum urget, ac proinde majorem halituum vim educit, quæ Aëri admista ipsum impurum reddit. Porrò halitus ex particulis Humoris, Ignis & Terræ constat, plùs minùs, pro diversâ illius qualitate vel ratione. Hinc Brumali nocte plures Stellas in Cœlo videmus, quàm Æstate, quia, scilicet, Aër defæcatior radios Stellularum facile in nos transmittit, quibus impurior liberum transitum intercludit. Hyeme quoque *Hydrargyrus* in *Barometro*, etiam durante strictissimo gelu, altiùs multò quam Æstate assurgit, ut mihi verisimile videtur, propterea quòd liberior ab omni alio corpore Aër partes suas magis unitas sibi invicem habeat: adeoque fortior est vis ejus elastica, quæ *Hydraggyrum* sursum pellit.

Aër quanto usui sit mortalibus.

In *Atmosphærâ* Animantia Terrestria cujuscunque generis versantur, nec ultra ejus limites possunt subsistere, non magis quàm Aquatilia extra Aquas. Aëri tantum certè ab *Hippocrate* tributum est, ut mortalibus vitæ, morborum autem ægrotis auctorem esse pronunciârit: imò etiam membris & motum & sapientiam præstare credidit. Sic enim habet ille, Qui verò ad venas pervenit Aër, confert ad Ventriculos ingressus ad Cerebrum, atque sic sapientiam & motum membris exhibet. Ingenii certè operationes Organum supponunt debito modo dispositum, quod Aër purus præstat: Hic enim inspiratus, substantiam Cerebri pervadendo; haud dubiè plurimum facit ad hoc, ut fibræ Cerebri magis flexibiles, ductiles, sensibiles ac dociles sint, motibusque proinde excipiendis, imprimendis & traducendis aptiores. Hinc facilior memoria, acutior inventio, paratior ac prudentior dispositio; etiam vis sanguinis vegetior, & motus appetitûs liberior est. Quamobrem vitæ valetudinisque nostræ summoperè interest, ut optimo, *i.e.* temperamentis nostris maximè conducibili Aëre perfruamur. Tanta enim omnibus spiritus (ita Aër *Hippocrati* dicitur) necessitas existit, ut, si quidem Lib. 2. de Morbo Sacro. Lib. de Flatibus n. 6.

quidem omnibus aliis abſtineat homo, neque cibum ſumat neque potum, poſſit tamen dies duos, vel tres & plures ducere: Si vero ſpiritûs viæ in corpus intercipiantur, brevi parte unius diei interit. Meritò proinde dicit *Hippocrates*, Μίγιστον ἐστὶ τὸ ἀπάντων τῶν συμπλωμάτων δυσάρης. Nec aliunde unquam veriſimile eſt morbos evenire, quàm inde, ſi is aut plus minùs cumulatior, aut morbidis ſordibus inquinatior in corpus ſe ingerat. Quocirca Aër per ſe Animantibus eſt neceſſarius ad vitam conſervandum, & non infectus ad ſalutem.

Aëris mutationes unde.

Si enim Aër temperatus eſt, confert ad vitam conſervandam & ad ſalutem. Verùm, cum temperamentum excedit, evadit calidior quàm opus eſt, vel frigidior, vel ſiccior, vel humidior. Haſque accipit facultates, aut à corporibus continentibus, à corporibus cæleſtibus, & ab Elementari Igne; aut a contentis, quemadmodum ab Aquâ & Terrâ. Ab his quidem cauſis alteratur Aër: ſiquidem à calido fit æſtuoſus, ac ab eodem & ſicco fit ſqualidus, ut & à frigido. Ab humido & frigido fit caliginoſus, nebuloſus atque obſcurus: nam in Aëre Exhalationes ac Vapores non condenſantur niſi à frigore, & per accidens à calore. Hæ profectò Exhalationes, ſi à cauſis inferioribus corruptis aut putrefactis proficiſcuntur, inficitur Aër ac ſordibus inquinatur. Idem quoque corrumpitur à corporibus cæleſtibus, ſed per accidens, ſi, viz. corpora eorum, ut *Hippocratis* eſt ſententia, Aërem nimiùm alterent.

Lib. de Præcept. n. 11.

Quomodo factæ, & quales.

Lib. de Morbo Sacro, n. 18. De Morbis vulgaribus in principio Com. 3.

Atque hæ alterationes ſive mutationes vel ſunt paulatim factæ, vel repentè: & utræque vel fortes, vel vehementes, vel debiles. Fortes nimirum ac repentinæ cavendæ ſunt; ut vult *Hippocrates*. Nunc verò, ſi Aër mutetur, continens corpora Animalium, & ipſa alterabuntur: Continens enim gerit vicem *Formæ*, ratione habitâ ad Contentum. Nam (ut *Galenus*) ſi continens nos Aër immoderatius calefiat, vel frigeſcat, corporum ſymmetriam (quæ ſanitas eſt) confundit, interturbat, ac corrumpit. Si nimiùm eſt calidus, trahit in partem extrinſecam; ſi valdè frigidus, conſtipat & obſtruit; & alia efficit, ſi humidus aut ſiccus.

Ex quibus partibus conſtant Atmoſphæræ Vapores.

Conſtant *Atmoſpheræ* Vapores partibus Sulphureis, Nitro-ſalinis & Aqueïs; quorum duæ priores aptæ ſunt in ſe invicem agere & efferveſcentias producere, niſi ab Aqueïs temperarentur. Et hinc eſt quòd, licet *Scotia* noſtra multas bituminoſas & Sulphureas Evaporationes ex ſe emittat, propter *Arctoi* quoque *Poli* viciniam cum Ventis Aquilonaribus plurimæ particulæ nitroſæ ad eam deferantur, & ex circumjecto Mari cum Ventis multæ quoque particulæ Salinæ advehantur. neque tamen vel Solis calore torretur, vel frigore extinguitur, propter copioſos Vapores Aqueos à Mari, Lacubus & Fluviis emanantes. Hi enim, cùm ſulphureos & bituminoſos halitus attemperant, tum & aculeata nitroſorum & ſalinorum copuſcula obtundunt, &, ne altiùs penetrent, impediunt.

Duæ Atmoſphæræ Regiones.

Cap. 38. v. 22. Pſ. 135. v. 7.

Duæ ſunt hujus *Atmoſphæræ* Regiones, in quarum ſuperiori Vaporum & Exhalationum *Apothecas*, ſeu (ut ſummus ille Philoſophus *Jobus* exprimit) Theſauros Divina Sapientia condidit; unde, quoties libet, Nubium, Fulminum & Ventorum materiam depromit. Hinc *Regius Pſaltes*, *Qui educit Ventos de Theſauris ſuis.* In inferiore autem Focum ſeminibus rerum fovendis idonëum, & eorum in vitam productorum conſervationi aptum conſtituit.

Aëris nomina quid innuunt.

Univerſus Aër Hebræis *RAKIANG Firmamentum* ac *Expanſum* dicitur. Quæ duæ voces inſignes ejus proprietates innuunt: propter raritatem enim expanſiblis eſt, *h. e.* facilè expanditur; & propter unitatem & continuitatem firmus & fortis eſt. Quapropter valdè expanſus ſe denuò comprimit, & in priſtinam unitatem reſtituit: atque hæc expanſio & compreſſio nomine *Virtutis Elaſticæ* communiter exprimitur, quam innuiſſe videtur Locus *Jobi*, *Num extendiſti cum eo cœlos, qui ſunt fortes, ſicut ſpeculum fuſum?* Quamvis enim, rarus, fluidus & tenuis Aër ſit: ob unitatem tamen & continuitatem impetus ejus commoti prævalidus eſt, ut ex horrendo Tonitrus ſtrepitu & violento ejus impulſu abundè conſtat.

Cap. 37. v. 18.

Virtus Aëris Elaſtica.

Virtutis Elaſticæ Aëris cauſa.

Et licet cauſa hujus Elaſticitatis non ita facilè eruatur, veriſimile tamen eſt, eam profluere à ſpiritu Aeris in Nitroſalinam ejus partem agente. Nitrum enim (ut conſtat) violento motu concitatum, cùm robur & pondus ei à fixo quodam Sale accedit, vehementem impulſum cum ſonitu magno producit. Atque hinc eſt, quod *Hippocrates* vult, Aërem externum motum præbere membris, & cum innatis ſpiritibus miſtum eſſe cauſam motus. A vitali certè aurâ Aëris, cum Igne innato & ſpiritibus noſtris commixti, tum primus cordis motus, tum omnes reliqui in corpore proveniunt: Vitalis enim Aër, quâ pollet vi ἐνορμῶσῃ & Elaſticâ, cordi vim, quâ ſe dilatat & contrahit, & in ſpiritibus vim inſitam exſuſcitat, & novas iis vires, novumque ſan-

guini vigorem affundit, quod apprimè convenit cum eo quod prius notavimus, DEUM poſt formatum corpus hominis inſpirâſſe in nares ejus ſpiraculum vitæ.

Obſervatum eſt à Clariſſimo Viro *Dom. Gardeno*, Aſſurgente Mercurio in *Barometro* in Augmento Gravitatis *Atmoſphæræ*, opaciſſimum & quaſi fumoſum fuiſſe Horizontem, objectaque remota undulantia apparuiſſe, Vaporeſque copioſos ab Aquis & Stagnis elevatos fuiſſe; Solem verò rubicundum & facilè inſpiciendum longè ante Occaſum: Mercurio verò depreſſo, exiſtente *Atmoſphæræ* Gravitate minore, nulla ex his viſa fuiſſe: Sed è contrà Montes remoti conſpicui, nullaque obſervabilis in Aëre undulatio, nec ab Aquis Vapores. Conſtanti obſervatione quoque deſcendunt Vapores in Montium cacumina, & caliginoſum cœlum eſt, pluviæque ſuccedunt vel nives, ſubſidente Mercurio, minore, ſcilicet exiſtente tùm Aëris gravitate.

Ex Obſervatione *Georgii Sinclari* Mathematici noſtratis, In vertice illius Montis, cui nomen vulgò *Arthuri* ſedes, ob id imprimis celebris, quod Civitati *Edinburgi* ob vicinitatem immineat, Mercurialis Cylindri Altitudo reperta eſt 28 digitorum cum Quadrante; apud Radices autem Montis, 29.

Atque hæc de Aëre; nunc de Vento agamus.

CAPUT V.

De Ventis.

VEntus magno *Hippocrati* ἀὴρ ῥεῦμα ἢ χεῦμα *Ariſtoteli*, ἀὴρ σεισθεὶς, Aeris impulſus. Utrumque conciliat *Seneca*, dum ait, Quid enim eſt ventus, niſi aër fluens impetu, aut curſus Aëris concitatior? Quæ Definitio etiam Neotericis placet, ut Ventus ſit Motus & agitatio Aëris ab Exhalationibus & Vaporibus producta; Et Vulgo ſanè quivis ſenſibilis Aëris motus Ventus dicitur. Ut autem Aër placidus & compoſitus Stagno aut Lacui comparatur, ita & violenter agitatus & motus Torrenti aut Fluvio ſimilis eſt: unde Ventum *Hippocrates* χεῦμα appellavit. Et (ut ait *Seneca*) hoc intereſt inter Aëra & Ventum, quod inter Lacum & Flumen. Et Ventus certè ipſius Aëris fluctus & unda eſt. Et ſiquis ad Analogiæ Leges mentis oculum rectà defixerit, is idem quod in Aquæ Elementaris motu, id & in Ventorum concitatione fieri comperiet. Quemadmodum enim Maria varias à Sole, Lunâ atque Igne Subterraneo alterationes ſubeunt, ita et Venti. Mare Subterraneis Exhalationibus fœtum intumeſcit, varioſque tumultus in extimâ ſuperficie concitat. Hinc ab Ortu in Occaſum, ad Siderum ductum, curſum ſuum perficit; jam Currentibus innumeris agitatum, & ad varia terrenæ Regionis Littora et Promontoria illiſum Circulos affectat; modò contrariis Fluctibus exacerbatum Turbines et Vortices agit. Pari prorſus modo, Halitus in Aëream Regionem, Siderum, aut Ignis Subterranei virtute ſublimati, dum rarefacti majorem locum requirunt, ſummâ violentiâ circundatum Aërem, nunc in hanc, nunc in illam Aëris partem magno impetu diſpellunt, et Ventos, Procellas et Turbines excitant.

Lib. de Flatu, n. 5.

Nat. Quæſt. Lib. 5. c. 1.

Ibid. cap. 8.

Kirch. Mun. Subt. lib. 4. Sect. 2.

Ventorum Apothecæ.

De Matrice, unde Venti prodeant, non ita conſtat. Ut enim Sacroſanctus Salvator noſter, Spiritus, inquit, ubi vult, ſpirat: ſed neſcis unde venit, aut quò vadit. Eſſe tamen Ἀεροφυλάκια quædam, vel ex loco Regii Vatis apparet, *Qui educit Ventos de theſauris ſuis*. Et duæ quidem videntur eſſe Ventorum Apothecæ. Una eſt in ſuperiori Atmoſphæræ Regione; alia eſt in interiori Terrarum receſſu. De primâ non eſt dubitandum, cùm Radii à Sole primario Motus Inſtrumento perpetuò emanantes, & per Æthera ad Aëra tranſmiſſi illas Exhalationes & Vapores, qui Nubes conſtituunt, in tranſitu neceſſariò moveant, adeóque motum in ipſo Aëre concitent, & Ventos producant. De poſteriore expreſſus eſt locus *Senecæ*, Non tota ſolido contextu terra in unum uſque fundatur, ſed multis partibus cava,

Iohan. 3. 8.

Pſal. 135. v. 7.

Nat. Quæſt. Lib. 5. cap. 14.

----- *Et cæcis ſuſpenſa latebris,*

Alicubi habet inania ſine humore. Ibi, etiamſi nulla lux diſcrimen Aëris monſtrat, dicam

dicam tamen nubes nebulasque in obscuro consistere. Flumina illic scias licet, nostris paria, sublabi: alia leviter ducta, alia confragosis locis præcipitando sonantia. Quid ergo? Non & illud dabis, esse aliquos & sub terrâ lacus, et quasdam aquas sine exitu stagnare? Quæ si ita sunt, necesse est & illud, Aëra onerari, oneratumque incumbere, et Ventum propulsu suo concitare. Ex illis ergo subterraneis Nubibus scimus nutriri inter obscura Flatus, qui, cùm tantum virium fecerint, quanto aut terræ obstantia auferant, aut aliquod apertum ad hos Efflatus iter occupent, tunc per hanc cavernam in nostras sedes efferantur.

Ventorum materia & vires.

Materia Ventorum est Aër, vel qualiscunque è Terrâ effluxus: videmus enim agitatum à velocibus et penetrantibus Solis Radiis Aëra, omnia conturbare infra se et circum se sita, eo impetu, turbine, tempestate et sonitu, ut fragore domos quatiat, arbores extirpet, sata convellat, susque deque convolvat converratque maria, et vastos ad cœlum tollat fluctus. Loca quoque, ubi magni Fluvii et multi Lacus, ubi multæ Mineralium et Metallorum Fodinæ (qualis nostra *Scotia* est) quòd plurimas de se fundant Evaporationes, Ventis maximè concitantur, propterea quod Aëris dilatatio et expansio, novæve materiæ accessio motus istos undulantes necessariò accersant. Quid enim aliud Ventus est quàm Atomorum agitatio, lucta et pugna, quâ perturbata locum et situm sibi commodum rursus obtineant.

Quæ loca Ventis maximè obnoxia.

Ventus quid.

Causa Ventorum est, quicquid *Atmosphæræ* Æquilibrium alterat, commodamque partium ejus ad se invicem positionem, adeò ut Aër in unâ parte densior sit quàm in alterâ. Ideoque in Stagnis vel Lacubus, ubi frigus Aërem magis condensat, Vaporesque majori copiâ attolluntur, perpetuò ferè perflat aura quædam.

Ventorum causæ.

Natur. Quæst. Lib. 5. Cap. 5.

Prima et maximè generalis Ventorum causa est Sol ipse (ut ait *Seneca*) fundens rigentem Aërem, et ex denso coactoque explicans. Hinc enim calore suo multos ex Aquâ & Terrâ Vapores & Halitus educit, sulphureos, salinos, præsertim nitrosos & aqueos, qui vicinum Aërem protrudunt & dilatant. Et sanè, siquis attentè consideret, quantum Aër dilatari possit, ita ut (demonstrante Clarissimo *Boylio*) in millecuplum & amplius spatium citra calorem in *Machinâ Pneumaticâ* dilatetur; is mirari desinet, si Aër Solis fervore adeò dilatatus tantam *Atmosphæræ* mutationem interdum afferat, ac tantus fiat impetus irruentis Aëris in locum penè vacuum. Vehemens quoque Aëris motus Ventum persæpe efficit Sic Nimbus cadens magnum Ventum excitat. Sæpe Ventus, instar Turbinis, pluviam impellit: & quandoque evenit, ut eam non antecedat, sed comitetur, &, cessante pluviâ, Ventus quoque subsidat. Cùm etiam Nubes se invicem comprimunt, Ventum de se protrudunt: & hinc Venti quidam violentiores pluviam immediatè præcedunt, quod Nubes pluviis gravidæ & nimium oneratæ magis tunc comprimant Aëra. Et ferè semper, cum incrassatur *Atmosphæra*, & ponderosius capitibus nostris incumbit, Ventum sentimus parùm indè distantem, qui, ingruente pluviâ, cessat. Virtus quoque Aëris Elastica, quâ pressus sese restituit, Ventos sæpius immediatè producit. Aër enim, sive à Vaporum aut Nivium incumbentium gravitate, sive ex materiæ redundantiâ, aut aliâ quâcunque causâ constrictus & oppressus subitò se expandit (instar Velleris lanei post compressionem) usque dum ad pristinam dimensionem suam accedat: & dilatatus, explicatus, & quasi remissus & relaxatus, necessariò debet corpora contigua agitare & propellere, quæ ipsum in eas redegerant angustias. Est autem Aër susceptibilis minimarum impressionum, ut patet ex propagatione Sonorum, cùm Campanarum aut Tormentorum majorum strepitus auditur: ea enim tempore imperceptibili Aërem per multa milliaria concutiunt, æquali præsertim existente Medio, per quod Sonus transferatur. Et hinc certè est, quòd Ventorum mutationes ex ascensu & descensu *Hydrargyri* in *Barometro* conjicere possumus, ut disertè explicat *D. Mariotte*, & *Dominus Garden* Theologiæ in Academiâ *Abredonensi* Professor, Amicus meus ingeniosissimus, rerum Naturalium Scrutator idem probat in eruditâ Epistolâ, quam scripsit ad Dominum *Scugall* in eâdem Academiâ Theologiæ quoque Professorem, de Observationibus suis circa insignes Aëris mutationes, scilicet pleraque circa Ventos Phænomena per Hydrargyri motus in Barometro explicari posse.

Tentamine de Aëre Epist. sua ad D. Scugall.

Vaporum dilatatio præcipua Ventorum causa.

Sed præcipua Ventorum causa est Vaporum dilatatio. Hinc Procellæ in Mari & crebriores sunt & magis pertinaces: nam maxima Vaporum copia de Mari erumpit, qui calore aut Solis aut subterraneo, penè ut in *Æolipylis*, cum impetu diffunduntur. His accedit, quòd *Seneca* meminit, Edi è specu Ventos, recessuq; interiore terrarum. Unde; qui in profundioribus laborant Fodinis, ex cœruleo candelæ accensæ colore, Vaporibus & aliis signis, futuras tempestates præsagiunt. Hinc spiritus flatulenti è succis Mineralibus prorumpunt; hinc sæpe, tranquillo Aëre, repentè intumescit Mare, et magno strepitu inclusus spiritus erumpit, ingentis Procellæ velut prænuncius. Nives quoque in Montibus &

Glacies exolutæ interdum Ventos generant: neque enim in ſolam Aquam diſſolvuntur. Sæpius accidit, ut Vapores in Ventos difflentur, antequam in Nubes coaleſcant; tumque eos Ventos tremulus foliorum. imò et arborum motus, Stellarum ſcintillatio, *Halo* ſeu *Corona* Lunam cingens imminentes præſagiunt. Interdum quoque evenit, ut flatulentæ Exhalationes in Nubes concreſcant. Hinc Nautæ, cùm Nubes conglomeratas circa Horizontem, eaſque latiores et minùs opacas, ſed paulò ſplendidiores contuentur, angurantur fore ut Ventus ex eâ parte, et plerumque vehemens, brevi oriatur: ſive hæc Nubes ſubjectum Aëra magis premat, ſive ex ea conſtet materiâ, quæ in Ventum facilè diſſolvitur.

Quando tranquillum eſt cælum.

Cùm fervet dies, plerumque tranquillum eſt cœlum, quòd nimiùm extenuati Halitus Ventum non creent: mediocris enim condenſatio ad Ventum requiritur. Hinc Auſtrales Venti ſæpius de nocte quàm de die ſpirant; quod frigore nocturno Halitus in fervidis Regionibus, unde prodeant, nimis extenuati, moderato noctis frigore denſentur: atque, eam ob rationem, Vere & Autumno Venti ſunt crebriores. Cùm nimium denſantur Vapores, in Pluviam abeunt; cùm nimis extenuantur, ſtagnat Aër. In celſiſſimis etiam Montibus noſtris Venti fiunt.

Ventorum differentiæ.

Apparet itaque Ventos conflari ex ſubtilibus ac tenuibus quibuſdam Vaporibus, qui è terrâ et aquis exhalantur, qui proinde ſine dubio tales erunt, qualia ſola et aquæ, ex quibus oriuntur; qualia item loca et regiones et unde efflabunt, et quò perflabunt. Quot igitur ſunt locorum differentiæ, tot et Ventorum: propter ſitum enim Regionum & locorum, per quæ Venti ad ſingulas Regiones accedunt, diverſi inter ſe fiunt, frigidiores, calidiores, humidiores, ſicciores, morboſiores, ſalubriores. Quoniam igitur Mundus in quatuor dividitur partes, & ab his partibus Venti exurgunt, eapropter quatuor erunt Ventorum ſpecies; ſcilicet Ventus Orientalis, Occidentalis, Auſtralis & Borealis: & quicunque inter hos medii exiſtunt, pro appropinquationis ad Cardinem gradu, naturam ſapiunt unius aut amborum.

Venti generales & certis locis affixi.

Sunt quoque Venti alii generales, alii certis locis affixi. Generalis eſt Ventus, qui magno Telluris Tractu per totum ferè annum in Mari ſpirat: quales in *Zonâ Torridâ*, qui plerumque ab Oriente ſpirant, qui Venti à Sole ſunt, qui eam viam inſiſtit: vegetior enim eſt de die quàm noctu. In noſtris autem Regionibus nulli penè ſunt conſtantes aut Anniverſarii Venti. Circa *Æquinoctium* utrumque crebriores ſunt Venti, quòd Halitus nec nimiùm extenuentur, ut in Æſtate; nec plus ſatis denſentur, ut in Hyeme; ſed mediocriter denſentur & frigeant. Tunc quoque Sol mediam *Zonæ Torridæ* viam inſiſtens utrinque Vapores magno impetu verſus *Polos* protrudat.

Scotiæ Regnum Ventorum, quo ſenſu dici poteſt.

Locus, quem percurrunt Venti, videtur eſſe ſpatium inter Nubes & Terram intermedium. Regiones ſingulæ, pro ſitu & figurâ, Lacuumque, Fluviorum & Maris Æſtuariorum copiâ aut paucitate, magis vel minùs Ventis agitantur. Et cùm *Scotia* noſtra in medio Mari ſita ſit, niſi quâ *Angliam* attingit, undique fluctibus circundata; multos quoque habeat Lacus, multos Fluvios, & Rivos; &, undique intercurrentibus Maris Æſtuariis, ſit veluti in Lacinias diſciſſa, *Regnum Ventorum* dici poteſt, in quo, per totum annum, imperium ſuum exerceant. Non quòd Turbines & Ventorum Tempeſtates in eâ frequentes ſint (vix enim in Hiſtoriâ traditum eſt, inſigne aliquod damnum Regioni accidiſſe à Ventis, niſi quòd intempeſtivi quandoque maturas fruges decutiant) ſed quòd eam Aëris tranquillitatem, quæ in aliis Regionibus per multos dies durat, nos vix per unam horam habeamus; quin vel lenis aura Aërem quaſi ventilet, vel violentior flatus ſtrepitum excitet horriſonum.

Venti in Macrocoſmo idem, quod Spiritus Animales & Vitales in Microcoſmo.

Quod autem Spiritus Animales & Vitales agunt in corpore humano, hoc in Macrocoſmo facit Ventorum ſpirituoſa natura. Et quemadmodùm, ſpiritibus labefactatis & languentibus, varios Morbos patitur homo; ita &, ſilentibus Ventis, putreſcit Aër & corrumpitur.

Aëris *Scotiæ* puritas.

Et quoniam, quæ Exhalationes *Anglis* in Pluvias vertuntur, nobis ſæpius in Ventos reſolvuntur, quòd nudior & aſperior noſtra Regio ſit, ex quâ ſicciores & puriores fiunt Exhalationes, quas frequentiſſimæ Auræ magis quidem exaltant et depurant: ea ratio mihi videtur, quòd raro ſæviat apud nos Peſtis præ vicinis Regionibus; et quòd Sudor Anglicus nunquam ad noſtrates pervaſerit, purioris et ſalubrioris Aëris non leve argumentum.

CAPUT

CAPUT VI.

De Anni Tempestatibus.

Ubi de Ventorum affectionibus agitur.

SCotia noſtra ad ultimos ferè Septentriones detruſa eſt, nec arcto Freto à Continente diviſa; ſed, niſi quâ *Angliam* attingit, undique ſævientis *Oceani* injuriis expoſita eſt. Montana Regio, ut plurimùm, eſt ſæpe in Valles ſubſidens, raro in Planitiem effuſa. Hinc non ita frequentes Pluviæ apud nos ut in *Angliâ*, quæ magis ad Planitiem vergit, longéque pluribus, iiſque grandioribus multò Fluviis ſcatet. Cœlum ideò nos ſerenius et minùs caligine denſâ obſcurum habemus; cœlum quoque, eaſdem ob cauſas, inclementius experimur, Hyememque et longiorem et aſperiorem, magiſque nivoſum, ut plurimùm, quàm pluvioſum.

Ne tamen arbitreris planè inclemens cœlum noſtrum eſſe: id enim, ſi non temperatum, tamen noſtris corporibus accommodatiſſimum ſentimus. Hic enim Activa Elementa (ex quorum variâ miſtione cuncta ſublunaria proveniunt) æquis ferè viribus in ſe mutuò agunt; ſcilicet Frigus ab *Arctoi Poli* viciniâ, & Calor à Sole & ambientis Maris tepido Vapore. Et, ob circumjecti Maris planam certè vaſtamque ſuperficiem, largiùs de Solis influxu participat. Et hinc in totâ *Scotiâ*, ad duos ferè menſes, Radii Solares totâ ferè nocte conſpiciuntur, magnâ apud *Orcades*, *Cathaneſiam* & *Roſſiam* claritate. Hinc Hyems mitior, nec ita penetrabile Frigus adurit, ut in vicinâ Continente, ubi præ frigoris violentiâ ipſa Maris Æſtuaria congelant.

Anni autem Tempeſtates tales, ut plurimùm, apud nos ſunt. Hyems, licet non ita ſæva, per quatuor menſes durat, à medio ſcilicet *Novembris* ad medium *Martii*. *Conſtitutionem* potius *Hyemalem* dicam. Per Hyemem flant maximè *Boreas*, qui Gelu, & *Euro-Boreas*, qui Nives nobis adducit. Illis autem flantibus, Hydrargyrus in Barometro artollitur; ſive quòd Aerem & graviorem & denſiorem efficiant, ſive quod in terram ex alto demiſſi Aërem inferiorem premant, & ejus Elaterium augeant. Et *Edinburgenſibus* quidem *Boreas* ſiccior Ventus eſt; dumque is penetrantrior eſt, obſervatum eſt Mercurium ad ſummitatem ferè Tabulæ æneæ in Barometro aſcendiſſe, longè ſupra altitudinem quam Æſtate, vel ſicciſſimâ Tempeſtate attingit

Anni Tempeſtates. Hyems.

Hyems noſtra, ut plurimùm, magis nivoſa quàm pluvioſa eſt, intermedio præſertim tempore, ſcilicet Menſibus *Decembri*, *Januario* & *Februarii* parte. Quandoque tardius cadunt Nives, & tunc per *Februarium* & *Martium* partemque *Aprilis* durant. Longâ autem obſervatione compertum eſt Hyemes aſperiores multa Nive & Gelu comitatas tum corporibus noſtris, tum ſolo maximè conducibiles eſſe: Contrà Pluvioſas mitioreſque (quas *Apertas* vocant) & ſolo, corporibuſque humanis pecorique valdè nocere. *Boreas* enim, qui tunc maximè flat in *Auſtrali* & *Mediterraneâ* parte *Scotiæ*, quibus per terram flat, purus, ſubtilis & ſalubris Ventus eſt, qui licet frigidior & aſperior ſit, corpora tamen obfirmare & corroborare cernitur: Rheumaticis autem & phthiſicis noxius eſt. *Euro-Boreas* et *Zephyro-Boreas* tunc quoque flant.

Qualis Hyems, & cujus durationis. Quæ Hyemes ſalubriores.

Ver Menſe *Martio* et per initium *Aprilis* ſæpe Hyemalem conſtitutionem redolet, nivoſum et aſperius quandoque, reliquo tempore temperatum eſt, niſi quòd tunc frequentius cadant Pluviæ, et Venti violentiores ſint. Venti *Eurus*, *Euro-Boreas* et *Euro-Notus* tunc maximè flant.

Ver.

Æſtas nobis temperatiſſima, à medio *Junii* uſque ad medium *Septembris*: neque enim brevior eſt Æſtas, quòd diſtantiam Solis à nobis longior ſuper Horizontem mora compenſet. Neque Solis calore torretur tunc terra, neque aquarum penuriâ reſiccatur: ſed rore multo, frequentibus imbribus et fontibus perennibus irrigatur. Et calor benignus eſt, et maturandis frugibus ſufficiens, quemque perennes auræ mitigant, et, ob magnam Aëris puritatem et ſubtilitatem, in Montanâ utpote Regione, eum homini pecorique, ut gratiſſimum, ita ſaluberrimum reddunt. Venti, qui tunc magis flant, ſunt *Zephyrus*, *Zepeyro-Boreas* et *Zephyro-Notus*.

Æſtas.

Zephyrus Orientali parti *Scotiæ* ad Mare *Germanicum* ſitæ, per terram ſcilicet flans, ſaluberrimus eſt. Occidentali parti *Scotiæ* Mari *Atlantico* obverſæ humidior et inſalubris eſt.

Autumnus nobis maximè inæqualis eſt, nunc perpetuis pluviis gravis, nunc cali-

Autumnus.

ginoso Aëre inamænus, nunc Ventorum Tempestatibus ferox; aliquando primis mensibus Æstatem sapit leni & temperato Aëre.

Hac Tempestate flant maximè *Auster*, *Euro-Notus* & *Auster*, qui humidiores Venti sunt, qui inferioris Aëris Elatérium imminuunt, unde Hydrargyrus in Barometro deprimitur, quod adventantis pluviæ indicium est: tùm enim Aër levior est, & minus comprimitur. Cumque Vaporibus sustinendis sit impar, superiores delabuntur in subjectos, & Nubes densant, quæ tandem in pluvias resolvuntur Mare enim pertranseunt hi Venti, adeoque multis Vaporibus sunt prægnantes, & citò in pluviam coguntur.

Hac Tempestate, ut & medio Vere, Morbi maximè erumpunt, atque per aliquod tempus grassantur: qui tamen nec ita frequentes, nec ita maligni hîc, ut in vicinis Regionibus sunt. Propterea enim, quod *Scotia* Montana Regio sit, Lacubusque tam marinis quàm aquæ dulcis abundet, frequentes idcirco sunt Venti, aut Auræ perpetuæ. Qui Venti cùm Aëris sint fluxus, & (ut magno Verulamio placet) *Aeris Scopæ* (eam enim, atque simul Aërem everrunt & emundant) purior multò & defæcatior, nec ita aptus est putrescere. Salubrior proinde, & minus morbidus est noster Aër.

Eurus. *Eurus* (ut dictum est) Vere per multas Septimanas sæpe flat. Hic Orientali parti *Scotiæ* marinus Ventus est, minusque salubet: intermittentes enim Febres aut progignit in dispositis ad eas, aut reducit. Is tamen Occidentali parti *Scotiæ*, quibus per terram flat, Ventus salubrior est.

Auster. *Auster* sæpe molestus est, caliginosus, ut plurimùm, & nimbosus, quique ingratum & gravem Aëris teporem inducit, quo Humores colliquantur, & homines κηρηβαιχοὶ fiunt. Malignæ quandoque Febres tunc grassantur; &, si diutius duraverit constitutio Austrina, Febres gignuntur Epidemicæ, ex quibus tamen plures convalescunt quàm moriuntur, & quæ *Scorbuticam* magis quàm *Pestilentialem* sapiunt naturam. Certè *Austro* flante, Aër Calore & Humore laxatur Putredinis Parentibus; Stupor & tristitia homines invadunt.

Aquilo. Sed rarò diu durat *Auster*, quin *Aquilo* supervenit, qui Poros adstringat, Calorem Nativum contineat, nec facilè eum expirare patiatur. Is vegetiores homines efficit; Humores à putredine, & corpora ab Epidmicis Morbis tuetur. Aliquando tamen destillationes acriores & pungentes dolores per corpus excitat, dum insensibilium perspirationem prohibet. Atque hæc de Anni Tempestatibus sufficiant.

CAPUT VII.

De Aquâ in genere.

Aquæ definitio. AQua est Substantia quædam corporea, quæ suâ natura fluida est, liquida & resolvi facilis. omnis liquationis causa in concretis; humida & humectans, & summè frigida.

Quid Aqua *Thaleti.* Aqua (ait *Thales*) valentissimum Elementum est, hoc fuisse primum, ex hoc surrexisse omnia putat. Ex terrestri certè substantiâ producta mundi corpora, sine aquâ, siccitatis suæ causâ, in pulverem converterentur, nisi illa, veluti mundi hujus gluten & vinculum indissolubile, eadem connecteret. Eadem aqua à Solis æstu suâ frigiditate & humiditate defendit, & ab ejus inexhaustis uberibus universa mundi machina necessarium sibi nutrimentum trahit; &, quod nimio perennium ignium æstu consumitur, aqueæ humiditatis submINistratione reficitur & instauratur. Quin & quidam opinantur, quòd cœleste illud infinitæ capacitatis Expansum æthereum (quod perenni motu cœlestes Astrorum Globi permeant) spatium nihil aliud est quàm tenuissimum, agillimum subtilissimumque Aqueæ Substantiæ effluvium, unde & Hebræi illud *SHAMMAJIM* (*i.e.* ibi Aquæ) indigitandum censuere. Ad quod facit, quòd divina sapientia ineffabili spiritus sui incubitu ante omnia Aquas fœcundaverit, & mox ad Chaoticæ Massæ divisionem perrexerit: Unde primùm Lux educta est, & dein produxit Deus Firmamentum in medio Aquarum. Specialius verò dixit Deus, *Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile super terram sub firmamento cœli.* Quod in omnibus animan-

Aqua quàm necessarium Elementum.

Kircher. Iter Extat. 2. Dialog. 1.

Gen. 1. 20.

Lib. 1. de Victus ratione. mantibus expreſſè tenet *Hippocrates*, dùm ait, *Omnia animantia, tum homo ipſe, ex duobus facultate quidem diverſis, uſu verò conſentientibus, conſtant, igne* (inquam) *& aquâ.*

Aqua Geocoſmi, ſive terreſtris Globi, non ſolum peripheriam, ſive externam ſuperficiem per Oceanum ambit, ſed & interiores penetralium ejus receſſus per ſubterraneos meatus permeat. Et, veluti Mundi Semen & Univerſi Menſtruum, deciduis ſingulorum, quæ perreptat, corporum qualitatibus & δυναμεσι (ut exprimit *Hippocrates*) potentiis fœta, ubicunque, pro locorum naturâ, diſpoſitam materiam reperit, eam nunc in Metallum, modò in quandam Mineralium ſubſtantiam laborioſâ, at nóbiliſſimâ, coagulatione tranſmutat.

Et inſigne quidem divina bonitatis, ſapientiæ & potentiæ ſpecimen præbet Aqua, dum vel univerſam Telluris ſuperficiem innumeris Fontium Rivorumque ſcatebris, veluti quibuſdam Geocoſmici Sanguinis Venarum Ductibus veſtit, ornat, rigat & nutrit. Aquæ ſunt veluti Telluris Venæ.

Sen Nat. Quæſt. Lib. 3. Sect. 15. Hanc autem Venarum appellationem auctoritate ſuâ ſancit inſignis *Philoſophi Latini* locus, *Placet naturâ regi terram, & quidem ad noſtrorum corporum exemplar; in quibus & venæ ſunt & arteriæ: illæ ſanguinis, hæ ſpiritus receptacula. In terrâ quoque ſunt alia itinera, per quæ aqua; & alia, per quæ ſpiritus currit: adeoque illam ad ſimilitudinem humanorum corporum natura formavit, ut Majores quoque noſtri Aquarum appellaverint Venas.*

Et quoniam in externâ Terræ ſuperficie illis Aquæ Fontibus & Rivis perpetuis rigatæ Plantæ creſcunt, Aquâque inde depromptâ animalia omnis generis nutriuntur, hinc Veteribus habita eſt Aqua rerum omnium principium, ſemen mundi, Menſtruum & Fermentum totius Naturæ. Aqua veteribus rerum omnium principium.

Aqua ſub amplitudine ſuâ (ut prius dictum) *Mare, Fontes & Fluvios, Lacus, Aquas Medicatas*, & quæ *Meteora* dicuntur *Aquea* comprehendit. In hocce ergò Naturalis Hiſtoriæ *Scotiæ Prodromo* de hiſce omnibus ordine agendum. A *Mari* autem incipiemus.

CAPUT VIII.

De Mari Scotico.

MAre quod & in Sacris Literis *TEHOM*, *i. e.* Abyſſus, dicitur; eſt Immenſa illa Aquarum congregatio & collectio, quam Deus tertio Creationis die fecit, Fluviorum & Aquarum per Terram ſparſarum receptaculum, imò penu quoddam & theſaurus, è quo poſteà emergunt & ſcaturiunt, ſecundum illud *Salomonis*, *Omnia flumina intrant in mare*, Eccleſiaſt. Cap. 1. v. 7. *& mare non redundat: ad locum unde exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant.* Mare quid.

Quamvis autem latum ſit Mare, & quadam expanſione (quæ vaga & effrænis eſſe videtur) effuſum; certos tamen Terminos habet, quos non egreditur neque ſuperat Job. 26. v. 10. Ut enim divinus *Jobus*, *Terminum præſtituit Aquis* (Deus ſcil.) *donec conſummarentur lux cum tenebris.* Quod quidam fieri putant propter incumbentes Mari Nebulas & Caliginem, quæ quaſi Faſciis illud comprimunt & coercent, ut longius Aqua effluere non poſſit, ſecundum illud *Iobi*, Job. 38. v. 8. ad 12. *Quis cohibuit mare valvis, cum erumperet ut egrederetur ex utero? Cum ponerem nubem veſtimentum ejus, & caligine illud quaſi pannis infantiæ ob volverem. Circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia. Et dixi, Hucuſque venies, & non procedes amplius: & hîc confringes tumentes fluctus tuos.* Alii Arenam ipſam, quæ eſt in Littore Maris, obſtare credunt, quò minùs Aqua, quanquam ſuâ naturâ fluida, longius vagetur & ſeſe diffundat. Illam enim Arenam, tanquam fortiſſimum obicem, à Deo oppoſitam eſſe Mari, & idcirco eam præſertim in littore ſparſam eſſe, ſecundum illud *Hieremiæ*, Cap. 5. v. 22. *Qui poſui arenam terminum mari, præceptum ſempiternum quod non præteribit: & commovebuntur, & non poterunt, & intumeſcent fluctus ejus, & non tranſibunt illud.* Mari Terminis à Deo conſtituti.

Mare hoc, quod & *Oceanus* dicitur, continuo tractu univerſam Tellurem parteſque Terreſtres ambit, neque ejus ſuperficies per interpoſitas terras omnino alicubi interrumpitur, ſed tantum latior continuitas & liber congreſſus impeditur. Oceanus.

Ejus aquæ ſpecies. Oceani aqua in tres quaſi ſpecies dividi poteſt, quæ ſint 1. *Oceanus particularis* ſive *Maria*. 2. *Sinus Maris*. 3. *Freta*.

Oceanus particularis. Sic *Oceanus particularis* ad *Scotiam* eſt *Oceanus Atlanticus*, *Deucaledonius*, *Germanicus*, *Vergivius*, *Hibernicus*.

Oceanus *Atlanticus*. *Oceanus Atlanticus* eſt ea pars Oceani, quæ inter Veteris Orbis Littus Occidentale & Novi Orbis Littus Orientale ſita eſt: quo ſitu fit, ut in Mari *Scotico* utriuſque Orbis Piſces & Aves marinæ reperiantur. Varen. Geograph. Lib. 1.

Sinus Maris. *Sinus Maris* dicitur pars Oceani ſive Aqua, quæ inter duas terras ex Oceano vel alio Sinu decurrit, donec ad aliquam terram ſiſtatur.

Fretum. *Fretum* dicitur pars Oceani vel Sinûs Oceani pars inter duas terras anguſto tractu decurrens, & duo Maria connectens, ſive ab utrâque extremitate cum Mari conjunctus: per quod ex uno Mari in alterum navigatur.

Oceani ſuperficies. Oceani atque omnium liquidorum ſuperficies eſt rotunda, ſphærica; ſive eſt pars ſuperficiei ſphæricæ, cujus Centrum idem eſt quod Telluris totius ſive Terræ.

Terra & Aqua ejuſdem ferè altitudinis. Oceanus non eſt majoris altitudinis quàm terræ littora; atque ideò Terra & Aqua ejuſdem ferè ſunt altitudinis ubique, exceptis Montibus altiſſimis.

Scotia ab Inundationibus & Aquarum Stagnatione maximè immunis. Hinc, quæ Dei erga nos ſumma benignitas eſt, *Scotia* noſtra ab Inundationibus Maris & Aquarum Stagnatione immuniſſima eſt, quòd ejus Terrarum altitudo â Littoribus verſus Mediterranea accreſcat, & in Meditullio per totam Inſulam, tanquam in Umbilicos aſſurgat. Hinc quoque neceſſarius Aquarum in depreſſiora loca defluxus, quæ ſuas rurſus in Mare, utpote Littori in Planitie æquum projiciunt. Unde pauciora ex noſtris Fluminibus navigabilia ſunt, quòd Aquæ ex alto defluæ tum velociter currant, tum Alveos minùs profundos habeant.

Salſedo Oceani. Salſedo Maris oritur ex Salis particulis in Aquâ ſolutis: Sal enim ex aquæ marinæ exhalatione concreſcit. Retulit mihi ſanè Nauclerus quidam, in ſummitate Rupis, quæ Mari pleno aquâ tegitur, Mari recedente detegitur, Sal egregium reperiri Rupi adhærens. Eſt autem ea Rupes in Æſtuario *Forthæ* ab Inſulâ *Kethâ* paulum verſus Ortum remota. Apud nos etiam in Ripis *Riveniis* è regione *Angliæ*, Incolæ coacervando, atque Arenam aquâ decoquendo Salem optimum conficiunt.

Illæ autem Salis particulæ Mari admiſtæ vel ſunt Mari ipſi coævæ, vel Fodinæ Salis ſunt in Mari diſſolutæ: nec dubitari poteſt, quin in Maris Alveo Montes Salini reperiantur. Aqua Oceani eò minùs ſalſa eſt, quò proprior eſt Polis: contrà eo magis ſalſa, quò Æquatori vel Zonæ Torridæ magis vicina exiſtit. Hinc præſtantius multò Sal conficitur ex aquâ Oceani *Hiſpanici*, Inſularum *Canariarum* et *Viridis Promontorii Africæ*, quàm ex aquâ Oceani *Germanici* et Septentrionalis. Noſtrum certe Sal, quod ex aquâ marinâ conficitur, licet ad uſum ordinarium in cibis ſatis aptum ſit, non tamen æquè valet ad Piſcium et Carnium conſervationem diutinam. Id, quale eſt, tantâ copia apud nos conficitur, ut etiam ampli reditus ex eo in vicinas Regiones tranſportato, ſint. Aqua marina non ita facile congelat, quàm aqua dulcis, idque propter Salem, qui congelationi reſiſtit. Nulla pars Maris *Scotici*, quod ſciam, congelat.

Motus Maris. Tandem, ut de Motibus Maris agamus, Aqua nullum habet Motum naturalem, præter unum, quo ex altiori loco ad depreſſiora loca movetur. Et ſi vicinus locus vel vicinum corpus ſit vel æqualis, vel majoris altitudinis quàm ſuperficies Aquæ, tunc Aqua naturaliter quieſcit, *h. e.* non movetur, niſi violentâ à cauſâ pellatur et protrudatur. Et tunc, cùm pars Oceani movetur, totus Oceanus movetur, ſive omnes reliquæ etiam partes moventur; ſed eò magis, quò parti motæ vicinior unaquæque fuerit. Motus Maris vel eſt directus, vel Vortex et Gurges, vel Concuſſio. Directus eſt, qui verſus plagam aliquam tendit. Vortex, cùm aqua in gyrum agitur, et alicubi abſorbetur et rejicitur. Motus Concuſſionis eſt, cùm tremit. Varen. Geograph. Lib. 1.

Motus directus vel eſt generalis, qui in omnibus ferè Oceani partibus deprehenditur, et quidem omni tempore; vel proprius et ſpecialis, quo tantùm quædam Oceani partes moventur. Iſque duplex eſt, perpetuus vel Anniverſarius: ille qui ſine mutatione vel ceſſatione perſiſtit, hic qui certis menſibus vel diebus in aliquo Mari deprehenditur. Eſt quoque Motus contingens, qui ſine certo ordine modò ceſſat, modò incipit, cujus cauſa Ventus eſt impellens Mare verſus plagam Vento oppoſitam. Generalis Motus Maris duplex eſt: unus continuus ab Oriente in Occidentem; alter compoſitus ex duobus contrariis Motibus, qui dicitur *Fluxus* et *Refluxus* Maris, quo Mare certis horis fluit ad Littora et certis horis refluit a Littoribus. Quidam *Acceſſum*, & *Receſſum*; alii *Intumeſcentiam* & *Detumeſcentiam* Maris dicunt.

Motus reflexus eſt vel ex Motu generali, quo Mare ad oppoſitarum Regionum Littora

tora appellitur, vel Maris ad oppoſita Littorà vi Ventorum refluxione in aliam partem factâ, quos *Currentes* vocant.

Motûs univerſalis ex Oriente in Occidentem cauſa eſt Solis ex Oriente in Occidentem motus, quòd in Zonâ Torridâ fortior & ſenſibilior ſit hic motus: huic enim Zonæ maxima Oceani pars ſubjicitur, & Sol perpetuò ferè hanc Plagam alicubi normaliter Radiis ſuis ferit, atque adeò ingentem Aquarum molem quotidie Radiis ſuis attractam, attenuataraque vel in Aërem, vel in Vapores Nubeſque convertit. Hinc neceſſe eſt, ut, in conſumptarum attractarumque Aquarum locum, aliæ ab Ortu aut ab utroque latere ſubſtituantur. Cùm verò hæc Aquarum attractio ſemper continuetur, effectum hunc Fluxus Maris in Occidentem pariter duraturum videre eſt. Magnam autem Aquarum copiam Solis virtute ex Oceano attrahi, quotidianæ & copioſiſſimæ pluviæ iis in Regionibus, quibus Sol Verticalis eſt, abundè teſtantur.

Hunc Motum Maris generalem Venti ſæpe immutant, imprimis ſtati illi, quos *Motiones* appellari dicemus. Quoniam enim hi ſpirant plerique ab Auſtro & Boreâ, vel ab horum Collateralibus, inde fit, ut Mare, quod propter generalem Motum tendit Verſus Occidentem, moveatur verſus Plagas Collaterales Occidentis, nempe verſus Zephyro-Boream, vel Zephyro-Auſtrum. Imò generalis Ventus, cùm rarò ab ipſo Oriente, plerumque à Collateralibus Plagis Orientis ſpiret, immutat hunc generalem Maris Motum. Multò magis faciunt id Venti Septentrionales in Mari Septentrionali, ubi generalis Motus in paucis Oceani partibus eſt ſenſibilis.

Secundus Maris Motus generalis eſt Maris Fluxus & Refluxus, quo Mare intervallo duodecim horarum cum dimidiâ circiter ad Littora pleraque fluere & ab iis refluere animadvertitur: affluere quidem, cùm Luna accedit ad Meridianum ſupremum vel imum; refluere, quando Luna recedit à Meridiano verſus Occaſum et verſus Ortum.

Duplex hic Motus eſt: unus Diurnus, quo Motus Maris Motum Lunæ diurnum ſequitur ex Ortu in Occaſum, uſque ad eum à quo mota fuit locum, ſpatio ferè viginti quinque horarum; Alter Menſtruus, quo defluxus et affluxus Maris ſequitur Motum Lunæ proprium contra Signorum ſucceſſionem, integro Menſe Lunari, quo Mare bis paulatim creſcendo, ad ſummum incrementum circiter octo dierum ſpatio pervenit, et bis Decrementum totidem diebus patitur. Tempore enim Novilunii Mare omnium maximè tumet fervetque uſque ad quartum ferè ætatis Lunaris diem incluſivè: nam a quarto uſque ad ſeptimum notabiliter Aquæ incipiunt decreſcere, ita ut circiter die à Novilunio octavo ſint humillimæ uſque ad undecimum, et ab hoc uſque ad decimum ſeptimum incrementum reſumunt; à decimo ſeptimo verò uſque ad vigeſimum ſecundum decreſcunt, uſque ad vigeſimum quintum; et hinc uſque ad Conjunctionis tempus continua incrementa denuò ſuſcipiunt, durante perpetuò alternâ hac incrementorum decrementorumque viciſſitudine.

Exiſtimandum autem eſt, Æſtum hunc reciprocum, ſeu Fluxum et Refluxum Maris, Quo mare duodecim fere horarum ſpatio ad eadem littora fluit et refluit, ex priore Motu ab Oriente in Occidentem ſic pendere, ut nihil ſit niſi ejus affectio aut modus. Nam et in eaſdem partes, nimirum ab Ortu in Occaſum Oceanus movetur, & Æſtus ille eſt tantùm intumeſcentia et detumeſcentia Maris. Cùm Aqua ad certum locum majore copiâ fluit, tum *Fluxus* nominatur; deinde cùm ille impetus remittit ſeſe, ac minus Aquæ advehitur, tum *Refluxus* vocatur. Atque hæc intumeſcentia et detumeſcentia in patenti et libero Oceano ſpectari debet, non tantum in ipſis Littoribus: nam in quamcunque partem moveatur Mare, cùm in loca decliviora Aqua profluat, ſemper ad Littora fertur, neque ex ſitu locorum, qui varius eſt et multiplex, judicare poſſumus in quam partem Oceanus moveatur. Verùm illud eſt vero proximum, in Fluxu Mare ab Oriente in Occidentem ferri: nam in Zonâ Torridâ longè à Littoribus non alius Oceani motus obſervatur. In Fretis etiam, quæ ab Oriente in Occidentem diriguntur, Mare intumeſcit ſex horarum ſpatio: Tum aliquantulùm in eodem ſtatu permanet, nimirum per duodecim unius horæ minuta; Deinde eodem temporis ſpatio detumeſcit. Sed continenter ab Oriente in Occidentem delabitur per Freti orificium, nunquam remeat in contrarias partes.

Jam, quæ ſit cauſa hujus intumeſcentiæ aut detumeſcentiæ Maris, et cur certis temporibus aut locis ita ſit adſtricta, ut ferè intra viginti quinque horas Mare ad idem Littus bis accedat, et ab eo bis recedat; Cur in Noviluniis et Pleniluniis longè ſit major aut minor, quàm in Quadraturis; Cur Lunæ motum adeò religioſè conſequatur; Hæc ſanè ab ipſâ Naturâ omnino videntur involuta. Illud tamen omnes penè fatentur, hunc motum à Lunâ pendere, cum tanta ſit inter Lunæ et Oceani motum connexio. Cauſa intumeſcentiæ & detumeſcentiæ Maris.

connexio. Cum enim Luna ad Meridianum noſtrum non redeat, niſi poſt viginti quatuor horas & quinquaginta ferè minuta. Eodem prorſus temporis ſpatio æſtus redit, adeò ut, ſi hodie Æſtus horâ ſextâ incipiat, cras poſt ſextam horam, & quinquaginta minuta revertatur. Vix autem tanta inter res naturales occurrit neceſſitudo, quin una alterius ſit cauſa, Cùm videmus Umbras ad motum Solis loca commutare, illas à Sole projici non dubitamus. Cum igitur Æſtus Maris reciprocus cum Lunari motu adeò ſit colligatus, vix negare poſſumus, quin Luna eum motum moderetur, quanquam id nos fugiat, quâ ratione Luna eum Maris motum temperet. Mirandam certè Dei Providentiam venerari decet, quæ tam regulariter Maris Fluctus excitat & excurrere jubet, & eoſdem intumeſcentes rurſus coërcet, & in ſuum Alveum revocat, tamque fero Elemento potentiſſimè imperat.

Libro dicto *Philoſophia vetus & nova.*

Miranda Dei providentia.

Quandò hæc intumeſcentia major ſit.

Tempore Æquinoctii Verni & Autumnalis, ſive in Vere & Autumno intumeſcentia major & vehementior eſt, quàm aliis Anni temporibus; in Solſtitiis minima.

In quibus locis nondum deprehenſus ſit hic Maris Fluxus & Refluxus.

In Mari Septentrionali ad *Norvegiam*, & *Groenlandiam* nondum deprehenſus eſt Fluxus & Refluxus, ſicut neque in *Pacifici* Maris Boreali littore. Cauſa nondum ſatis cognita, niſi dicas illam eſſe, quòd à Lunæ viâ longè remota ſint illa Maria, & ſimul quod ab Occidente in Orientem & Septentrionem extendantur, præterea multæ Inſulæ & procurrentes Terræ impediant.

Magnum eſt hoc Aquæ incrementum & decrementum in Mari *Scotico*.

In Mari verò *Scotico* magnum eſt incrementum & decrementum Aquæ in *Fluxu* & *Refluxu*, imò ſenſibilis eſt defluxus. An id ob ſitum Inſulæ declivem eveniat, an quòd Inſula ab Occidente verſus Septentrionem & Ortum magis porrigatur?

Affluxus Maris eſt violentus nempe impulſus; ſed Refluxus eſt naturalis Aquæ motus, utpote à loco altiori ad depreſſiorem.

Qualis Motus ſit Fluxus & Refluxus.

Mirum eſt quod de arctis Faucibus refertur, ubi *Cantiera* (*Argathelienſis* Præfecturæ pars) *Cnapdaliæ* conjungitur, quæ vix mille paſſus explent. Idque ſpatium nihil aliud quàm Arena eſt adeò humilis, ut per eam Naviculis traductis Nautæ plerumque navigandi compendium quærant. Illic enim, uno eodemque tempore, ex uno latere Mare fluit, ſeu accedit; ex oppoſito autem latere recedit & defluit: ſuſpiciendo certè divinæ potentiæ ſpectaculo, quæ Maris impotentiæ fræna imponit, ne adverſi ejus Fluctus tam brevem humilemque Iſthmum perrumpant.

Mirum quoddam de Faucibus ubi Cantiera Cnapdaliæ conjungitur.

Maris motus multos uſus præſtat in Univerſo. Per eum enim Oceanus, continuâ ſcilicet agitatione, ab omni putredinis pernicie expurgatur; & concitatus Oceanus, & magnâ Aquarum mole aggravatus illiſuſque in obviam terreſtrium Regionum ſtructuram, perque meatuum ſubterraneorum epiſtomia tranſiens perpetuam Aquarum per Univerſum circulationem efficit, ſemenque, quod in Aquis latet, per motum potentius ad omnium quæ in Terræ meditullio fiunt generationem excitat, ac ſingulis mixtis ad innumerabilem rerum in Geocoſmo varietatem producendam aptè committit. Quin Maris motus vicem ſupplet Reſpirationis in Univerſo: Sicut enim in corporibus noſtris *Commercia* ſunt *Spiritualia*; ita quoque in profundis vaſti Oceani, Nares quaſi Mundi conſtituræ, per quas, remiſſi Anhelitus & reducti modo, efflent Maria cum impetu Aquas, quo modo effœtæ Univerſi vires reſtaurantur & exuſcitantur; unde ejus Accolæ imprimis non parùm afficiuntur.

Inſignes uſus quos præſtat Maris Motus.

Specialis Motus Maris varietas.

Specialis ſeu proprii motus Maris, quo nempe una aliqua Oceani pars vel perpetuò & continuò, vel certis menſibus movetur, magna eſt varietas. Nos aliquot ejuſmodi ſingulares motus in *Scotiâ* & Inſulis *Scoticis* commemorabimus. Et imprimis enarranda venit exotica Æſtus marini conſtitutio in *Æbudibus* à D. Roberto *Moravio* Equite aurato, & olim *Regiæ Societatis Londinenſis* Præſide obſervata, & ipſius quidem verbis:

Miri Maris Motus in Inſulis Scotiæ.

Rei, inquit, *Nauticæ perutile eſſet, hiſtoriam juſtam Maris Æſtus & motus omnes tam regulares quàm anomalos ubivis occurrentes fusè explicantem condere. Quicquid hucuſque de hac re videre contigit, mancum puto, &c. Miræ ſunt in quibuſdam locis Fluxus & Refluxus alternationes. Ego hic narrabo quod in Inſulis Hebridum partim propriis oculis obſervavi, partim ab Incolis fide dignis didici. Eſt locus in Freto Inſulis minuſculis, Rupibus & Syrtibus frequentibus conſperſo inter majores, vulgò* Euſt & Herres *Inſulas ſito. Æſtus maximi*, i. e. *tempore Conjunctionis Solis & Lunæ, quo plemmyra fit horâ ſextâ, ordinatè procedunt: Fluxus ab oriente in occidentem, ſex horarum ſpatio, ſicuti & refluxus ab occidente in orientem perficitur. Hoc duobus diebus ante Plenilunium ejusque oppoſitum, ac totidem poſtea, ſemper ſic ſe habet. Tertio autem die & deinceps longe aliter: toto enim tempore diurno, ſive fluat, ſive refluat curſus Aquæ ſemper occidentem verſus dirigitur; nocte verò in orien-*

tem

tem vergit. Hoc ego ipſe deprehendi. Sed ferunt inſuper Indigenæ, aliud adhuc magis mirum hîc accidere: toto ſcilicet die, dum Sol Signa Borealia perluſtrat, curſus Aquæ dictos in Occidentem tendere; totâ autem Hyeme in contrarium.

Miri hujus motus cauſa.

Difficile eſt tam mirandi effectus cauſam excogitare, ratio tamen quædam à Sole petenda videtur, cujus certè motus (ut ſuprà dictum) morûs Maris ab Oriente in Occidentem cauſa eſt. Dum ergo Sol propiùs ad Terras haſce accedit, videtur motum verſus Occidentem concitare; aſt, quando oppoſita Signa luſtrat, tunc fieri poteſt, abſente Maris impulſore Vento, aliâve preſſurâ à Sole, Mare quidem, ob ſitum illius Terræ fundive Maris decliviorem, verſus Ortum ſe movere.

De Currente Æſtuum circa Orcadas.

Proximo loco adjiciemus ea quæ D. *Matthæus Mackaile* Pharmacopœus Abredonienſis & Artis Spagyricæ peritiſſimus ex propriâ ſuâ obſervatione refert de Currente Æſtuum circa *Orcadas*, quæ in hunc modum tradit. In *Faræ* Freto (quod eſt inter Inſulas *Faram* et *Ætham* apud *Orcadas*) Mare movetur in Orientem æſtivum, per trium tantùm horarum ſpatium, dum fluit, et horis novem in Occidentem Hybernum, dum refluit. Hic curſus Æſtûs eſt in medio tantùm Freto, quod mille paſſuum latitudinem non excedit.

In ſula quæ *Faræ* proximè adjacet, verſus Occidentem æſtivum, *Weſtra* eſt, quinque circiter milliaria longa, et tria aut quatuor milliaria lata. In latere hujus Inſulæ, quod Orientem æſtivum ſpectat, ſita eſt alia exigua Inſula, mille paſſus à Littore diſtans, quæ non eſt, in ambitu, quingentorum paſſuum. Ab his duabus Inſulis ad Auſtrum et Occidentem hybernum navigantibus occurrit *Weſtræ* Fretum, octo milliaria latum, inter illas & *Panſam* Inſulam fluens. Hoc Fretum plerumque tranſeunt Anglicæ naves, dum *Iſlandiam* curſu petunt.

Per hoc *Weſtræ* Fretum Mari ſe movente ab Occidente in Orientem inter fluendum, non majores ſunt Fluctus, quàm in ullo alio Maris loco; et quo die ſilent Veſti, æquè planum eſt hoc Fretum ac quivis Lacus, licet perpetuò rapidus ſit illîc Currens in Fluxu et Refluxu Maris. Cæterùm ad extremitatem exiguæ Inſulæ ſuprà memoratæ, quæ Orientem æſtivum ſpectat, quamprimùm Occidentem verſus movetur Mare refluendo, Unda quædam ſe attollere incipit, quæ perpetuò augeſcit uſque ad ἐμπαπασιν, *h.e.* donec media Receſſûs Maris pars præterierit, et dein decreſcit. uſque dum aqua omnino detumuerit, quo tempore nihil ejuſmodi cernere licet. A latere ingentis hujus Undæ Orientali et Occidentali conſpiciuntur minores aliquot Undæ, quæ ad hunc modum gradatim minuuntur.

Cùm aliquando hoc mihi Fretum in ſcaphulâ tranſeundum eſſet (dies erat tunc decimus *Aprilis* ad horam primam pomeridianam) poſtquam ſuperatis Orientalibus Undis, mediam illam Vaſtiſſimam aſcenſuri eramus, Unda nobis oppoſita in eam altitudinem ſe efferebat, ut Solis aſpectum et aliquot Firmamenti graduum ſupra ſe nobis adimeret: Unda hæc eſt circiter ducentos quinquaginta paſſus longa. Vento aliquo ſpirante, quo rumpuntur Undarum ſummitates, nequaquam illàc tranſire licet. Adeò vehemens eſt ibi Æſtûs Currens, ut neque opus ſit Velis neque Remis; ſed ſolo Gubernaculo, quo Cymbæ curſus dirigatur.

Obſervandum de *Forthæ* Æſtuario ad *Alloam*.

Diligenti etiam conſideratione dignum eſt, quod de *Forthæ* Æſtuario ad *Alloam* obſervatur; quod ſcilicet, ante plenam Maris accretionem; poſtquam in aliquantum tempus fluxerit, denuò decreſcat, idque tamdiu ut notari id poſſit: & tunc fluxum priùs intermiſſum repetat, donec Mare ad plenum ſuum incrementum pervenerit. Atque hoc fortè evenire poteſt ab impedimento, quod Inſulæ & ſinuoſi Alvei Mæandri aquæ curſui primùm objiciunt.

Unde provenit Maris Concuſſio.

Motus Maris, qui *Concuſſio* dicitur, provenit a ſpiritu ſubterraneo, qui vel Terram, vel ipſam Aquam agitat, vel ebullire facit. Similis intumeſcentia in Lacu *Lominio* apud nos deprehenditur.

Motus Maris Circularis triplices.

Motus Maris Circulares, quos *Vortices* appellamus & *Gurgites*, triplices ſunt. Quidam enim Aquam tantùm in Gyrum circumagunt; quidam abſorbent; ſed non exputunt; quidam materiam abſorptam rejiciunt.

Gurgites Sunenſes.

Ad Orientalem Inſulæ *Sunæ* (quæ Orcadum una eſt) partem, Æſtu ab Oceano *Deucaledonio* ſeu *Occidentali* fluente, aqua marina horrendum in modum circumgyratur, adeò ut, ſi grandior Navis in *Gurgites* hos *Sunenſes* incidat, Trochi à pueris flagellis agitati adinſtar, circumagitur. Hunc motum Maris circularem optimè exprimit Virg. Lib. 1. Æneid.

— *Illæ*

—— Illam ter fluctus ibidem

Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.

Quo remedio utuntur *Cathanesii & Orcadenses* adversus hos Gurgites.

Cathanesiæ verò & *Orcadum* Incolæ talium periculorum gnari, eis obviam eunt, Dolium aliquod vetus vacuum, aut fasciculum straminum colligatum in Gurgitum horum fauces injiciendo; quibus immissis & absorptis, fauces hæ hiantes occluduntur, aqua complanatur, Navesque aut Scaphæ, unà cum Vectoribus, has difficultates exuperant salvæque evadunt. Injecta autem quæ fuerant, tractu longo, milliare unum, aliquando ultrà, subter Fluctus feruntur, rursusque, quasi vomitu, è Maris profunditate ejecta in Freti hujus superficie apparent.

De fundo Maris.

Restat nunc, ut de fundo Maris quædam subjiciamus. Fundi Maris varia dispositio est: Ut enim in Terreno Globo ubique ingentia Montium cacumina assurgunt, Valles profundissimæ in alias & alias Valles discriminatæ longissimo spatio in innumeras Regiones deducuntur, Flumina ex Montibus evoluta innumerisque aliis ditata per immensas terrarum ambages sinuosis voluminibus decircinantur; idem intra Mare fieri verosimile est, in quo Insulæ Præcelsis suis verticibus Montes quasi altissimi sunt imo Maris fundo inferri, spatia verò Maris intra Insulas & Insulas Fretorumque submarinorum Gurgustia profundissimæ quasi Valles sunt. Sunt quoquæ Sylvæ submarinæ ex Coralliis similibusque Fruticibus; sunt Prata submarina, in quibus variæ Plantæ crescunt, & videntur quoque esse sui generis Fodinæ, ex quibus Bituminosæ substantiæ, Succinum & Ambra-Grisea proveniunt, quæ è nostro quoque Mari quandoque ejiciuntur. Fundum certè nostri Maris, ut ex *Forthæ* Æstuario patet, in quibusdam locis valdè profundum est, in aliis Rupibus & Insulis scatet, atque adeo valde inæquale est. *Kircher. Mund. Subter.*

Maris *Scotici* fundum.

Ut capiti de Mari finem imponam, hoc solùm *Taciti* addam, quod *Scotiæ* nostræ apprimè convenit, Nusquam latius dominari Mare, multum Fluminum huc atque illuc ferre: nec littore tenus accrescere aut resorberi, sed influere penitus atque ambire, etiam jugis atque montibus inseri, velut in suo. De Julii Agricolæ vitâ.

CAPUT IX.

De Aquâ dulci:

Ubi de Fontibus, Fluminibus & Lacubus.

Mira Dei benignitas.

MAgna *aquæ dulcis* necessitas est, ut haberent & homines, et feræ, et plantæ adeò ipsæ, unde et biberent et irrigarentur. Unde, pro suâ munificentiâ, benignitate et liberalitate, *Deus Op: Max:* multa passim *Hydrophylacia*, seu Aquarum Penuariâ et Reconditoria construxit, ex quibus abundè supplerentur. Hinc non solùm in Terræ superficie multi scaturiunt Fontes, Flumina, Rivi, Torrentes et Lacus: sed et quidam existimant, Interiora terrarum abundare aquis dulcibus, nec minus illas stagnare, quàm apud nos Oceanum et sinus ejus: imò eò latius, quò plus terra in altum patet. *Seneca* Quæst. Nat. Lib. 3. Sect. 8, & 9.

Fons, & Puteus.

Fons autem est terræ locus, ex quo naturaliter *fluit* successivè, *i. e.* scaturit aqua. Si non emittat aquam, *Puteus* est.

Flumen, Rivus.

Flumen est ejus Fontis Rivus perennis, sed magnâ aquarum mole fluens.

Rivus est, si parva aquarum copia è Fonte fluit.

Torrens.

Torrens est, non continuè, sed per quædam tantùm temporis intervalla, vel anni tempestates fluens, maxime ex nivibus liquefactis, vel pluviâ cadente aquâ abundantior et copiosior: adeoque perennes et perpetuos Fontes non habet Torrens.

Lacus.

Lacus est aquarum consistentium et non fluentium, sed tamen naturaliter illic enascentium, locus et receptaculum.

Scotia plurimos undique Fontes habet, & quosdam in altissimorum etiam Montium summitatibus.

Scotia autem nostra eruptionibus Fontium abundanter irrigatur. Cùm enim montana et inæqualis admodum sit Regio, undique ferè ex Montibus et Collibus Fontes scaturiunt. Et, quod mirum est, in altissimorum etiam Montium cacuminibus Fontes vivi sunt, ut in *Lominio* Monte altissimo Præfecturæ *Fifensis*, Et in *Hoia Orcadum* Insulâ Vide Theatrum *Scotiæ*.

Insulâ rres altissimi Montes sunt, qui sublimitate suâ mirandâ navigantibus à Terrâ longissimè adhuc distantibus, cursum quo dirigant rectâ, *Phari* quasi præstantissimi speciem et vicem præbent. In ipso cacumine unius ex hisce tribus Montibus hic contiguis Fons est ex ipso corde seu fundamento Montis ortus, miræ claritatis, raræ dulcedinis, siti sedandæ convenientissimus, et stupendæ adeò levitatis, ut, siquis potando integrum Dolium de illius aquâ in stomachum trajicere posset, nullatenus se graviorem inde effectum sentiret. Fons miræ dulcedinis & levitatis.

In Insulâ *Bass*, quæ ingens Rupes videtur, Fons vivus est, et in Insulâ Sancti *Columbi* Puteus est aquæ dulcis. In *Buchaniâ*, propè Castrum de *Slaines*, quod sub ditione est nobilissimi Comitis *Errolliæ* Magni *Conestabularii Scotiæ*, aqua è naturali fornice guttatim destillans statim in lapidum Pyramidas vertitur. Lapis autem, qui ita gignitur, calcarius est et friabilis: nam per calcarii lapidis Mineram defluit aqua, quæ petrificans est, ut mihi relatum est à D. Matthæo *Mackaile* Pharmacopæo *Abredonensi* et Chymistâ egregio. Fons Petrificans.

Est etiam alius Fons petrificans in Sylvâ *Hamiltoniâ*. Habeo ex eo lapides quosdam, qui instar Musci putrefacti sunt. Quod insigne documentum est, dari in Macrocosmo, non minùs quàm in Microcosmo, spiritum quendam (seu succum malis) lapidescentem, qui concretiones ejusmodi lapideas producat. Item alius.

Monachopoli (quod Prædium est propè *Edinburgum*) ut mihi relatum est, Fons est vulgò *The routing Well* dictus, qui Tempestates prædicit, strepitu emisso ex illa Fontis parte, quæ Cœli cardinem respicit, unde Tempestas oritura est. Fons tempestates prædicens.

Et mihi quoque relatum est de Fonte ad Occidentale latus Montium *Campsey*, qui agrum *Sterlinensem* à *Leviniâ* Provinciâ dividunt, cujus aqua epota vim inebriandi habeat. Fons inebriandi vim habens.

Flumina in *Scotiâ* multa sunt. Ex hisce celebriora sunt *Fortha*, *Glotta* & *Taus*, per multa milliaria navigabilia. *Fortha* olim *Bodotria* Fluminum totius *Scotiæ* nobilissimum & amplissimum, Non procul à *Lemonii* Montis radice oritur, & ab Occasu in Ortum currit, in transitu varios in se Amnes recipiens, sub Urbe *Sterlinensi* Pontem patitur. Inde in tot Mæandros se flectit, ut, cum terra quatuor tantùm milliaria distet à *Sterlino* Urbe *Alloa*, viginti quatuor milliaria Fluminis cursus conficiat Aspectu, præ argenteo Fluvii nitore, & saturatâ terrarum, quas lambit, viriditate, amœnissimo, Fluvii. *Forthæ* descriptio.

Haud aliter Phrygiis ludit Mæander in undis:
Sæpe fluit trepidans, sæpe recurrit aqua.

Dein, laxato Alveo, in aliquot milliarium latitudinem inter *Fifam* & *Lothianam* currit, donec, ad locum *Queensferry* dictum, irrumpentibus utrinque in ejus Alveum Promontoriis in arctius spatium coarctetur, prospiciente ita Incolarum commodis divino Numine, ut ferè semper tutus sit illic Naviculis transitus. Eluctatum demùm ex iis angustiis majorem semper acquirit latitudinem, variis pulcherrimisque Insulis conspersum, donec ad Promontorium S. *Ebbæ*, Mare *Germanicum*, quod illic *Scoticum* dicitur, ingrediatur.

Taus Fluvius *Cataractam* habet paulò infra Ædes nobilissimi Comitis de *Perth*, quæ *Stobhall* dicuntur. Cùm cursus concitatior est aquæ cadentis, fragor & strepitus per multa milliaria exaudiuntur; alias placido murmure aures delectant. Cataracta *Tai.*

Insignes quoque Fluvii sunt, et Salmonum captura nobiles *Dona*, *Dea* sive *Deva*, & *Spæa*.

Spæa Fluvius limpidissimus, rapidissimus omnium & secundum *Taum* maximus, emergit ex Lacu sui nominis in Iugis quæ *Badenacham* & *Abriam* interjacent. Inde per sexaginta milliaria ad Mare decurrit, ut plurimùm, incitato cursu in Ortum æstivum, altis undique Montibus septus Sylvisque coronatus; multis Fluviis, innumeris Torrentibus è Montium ptæcipitiis auctus fertur, donec intra sex milliaria Mari appropinquaverit. Tum rectà in *Arctum* deflectens, plana & culta secans, Ostia subit, vix ad mille passûs Æstum sentiens. Non rarò æstivis caloribus, nullis imbribus, flantibus Zephyris, qui Undas impellunt, intumescit. *Spææ* descriptio.

Fluvius *Shin* in *Sutherlandiâ* nunquam gelat. Fluvius nunquam gelans.

In Præfecturâ *Perthensi*, *Ketha* Amnis abruptissimâ suâ Cataractâ celebris est: tanto enim impetu & fragore ruit aqua inter occursantes Scopulos, ut nimiâ sui vehementiâ auditus organum vitiet. Cataracta *Kethana.*

Rivulus subterraneus.

In Præfecturâ *Limnochensi*, à Lacu vulgò *Loch-coat Lough* dicto Rivulus effluens statim sub Monte *Budensi* mergitur, perque cautes irrumpentis murmur aliquando auditur, qui, postquam sub Monte Cuniculos per ducentos plùs minùs passus egit, magno impetu ex Fonte quodam duos tantùm aut tres pedes lato perrumpit; valloque coërcita ejus aquâ Rotæ Molendinæ circumagendæ sufficit. Fons, è quo rursus emergit, in declive vergente terrâ interjectâ, præ Lacu valdè depressus est.

Lacus propriè quid.

Lacus propriè & in specie dicitur aquæ copia in aliquâ Mediterraneï loci cavitate, insignis amplitudinis, & tractûs existens, undique terris cincta & mediocrem ad minimum profunditatem obtinens, qui fluvios recipit & emittit.

Stagnum dicitur *Lacus* parvus, qui nec recipit nec emittit *Fluvios*.

Stagnum. Palus.

Palus dicitur aqua in Mediterraneo loco existens, hinc inde extantes et eminentes terras habens; vel etiam terræ immixta.

Stagna in *Scotiâ* varia.

Varia sunt *Stagna* in *Scotiâ*, in locis præsertim editioribus, quæ nec Rivos emittunt, nec recipiunt, aquâ tamen plena; quæ proinde necesse est habeant in fundo scaturigines, quæ aquam iis suppeditent, tantum saltem quantum Solis calor auferat.

Lacus etiam plurimi Fluvios emittentes.

Lacus, qui emittunt Fluvios et Rivos recipiunt, in *Scotiâ* plurimi sunt. *Lacus Taüs Fluvium* emittit *Taüm*; sic *Nessus Lacus Nessum Fluvium*; *Levinius* in *Fifâ* Levinum *Amuem*, cursu ab ipso Lacu incitatiore; et *Lominius Lacus Levinum Amnem* in *Leviniâ*; *Lacus Iernus* in Præfecturâ *Perthensi Fluvium Iernam* cursu concitato emittit.

Lacus aliquot singularis naturæ.

Singularis naturæ sunt Lacus sequentes. *Nessus*, cujus aqua semper ferè tepida, nec unquam ita frigida, ut congelet: quin glaciei fragmina in eum asperrimâ hyeme injecta tepore aquarum breviter solvuntur; aliquando de ipso fumus ascendit. An tam mirandi effectus causa sit ignis quidam subterraneus? Neque *Lacus Taus*, neque *Jernus Lacus* congelant. Rarum autem est, quod de *Lacu Myrtoo* in *Gallovidiâ* refertur, cujus una pars hyeme congelat, altera nunquam congelare visa est.

Lacus quidam miri.

Refert D. Georgius *Mackenzzis* Eques, Archivorum publicorum Custos, auditum à se, Lacum quendam exiguum esse in loco dicto *Strath-errick*, in Domini *Lovetii* agris, cujus aqua nunquam tota congelascit (in vehementissimis etiam frigoris morsibus) usque ad *Februarium:* verum, post illud tempus, unius noctis Gelu totam Lacûs superficiem Glacie operiet. Quòd si per duas noctes duraverit Gelu, Glaciem efficiet non modicè crassam. De hoc cum integerrimos & maximè sobrios ex Incolis loco illi vicinos (inquit) studiosissimè percontatus essem, a tot testibus comprobatum inveni, ut nullus sit dubitandi locus de rei veritate relictus. Dicit idem se postea audivisse de duobus aliis Lacubus, quorum alterum ait esse in agris ad se pertinentibus, vulgo dictum *Loch-Monar*, satis spatiosum, qui eundem semper tenorem servat cum Lacu jam memorato; Atque hoc etiam sibi à multis ex propriâ scientiâ comprobatum. Alter (inquit) Lacus in *Straglash* ad locum dictum *Glencanich*, in agris ad *Chisholmum* quendam pertinentibus. Situs est Lacus in solo quodam inter celsissimi Montis cacumina, adeo ut ipsum illud solum sublime satis sit. Lacûs hujus media pars nunquam est sine Glacie, cum maximè etiam fervet æstatis ardor, licet propè ejusdem Ripas regelet. Conspicitur in eo hæc glacies, etiamsi Radii Solares à Montibus in eâ Regione repercussi vehementem calorem excitent, & alii ejusdem Viciniæ Lacus in loco non minus sublimi siti nihil ejusmodi patiantur. Observatu etiam dignum est, quòd in locis Lacui proximè adjacentibus semper vireat gramen, quasi perpetuum ibi Ver esset; idemque gramen pecudes unâ tantùm septimanâ meliùs pascat & pinguiores reddat, quàm ullum aliud gramen id præstare potest.

Rivulus petrificandi vires habens.

Iis quæ jam recensuit hæc etiam addit clarissimus & ingeniosissimus hic Auctor; Quòd scilicet in *Glevelg*, ad locum dictum *Achigniglium*, Rivulus quidam sit, qui ita *Agrifolium* in lapidem subviridem mutat, ut plerumque ex eo *Formas* efficiant ad fundendas plumbeas Glandes Sclopetis inservientes: Fabri etiam illi, qui in Ære operantur, ex eodem conficiant suas *Formas* & *Ollulas Fusorias*, & Mulieres quoque rotundas suas *Verticulas*, quibus *Fusos* cingunt, ut eò commodius fila deducant à *Penso*. Deinde hanc suam de causâ istiùs mutationis conjecturam proponit. Annon fieri potest, ut diutinâ hujus ligni infusione in aquâ de Montibus descendente, qui fortè *Margâ* abundant, materiâ quæ satis resolvi capax est in minutas particulas, continuâ aquæ collutione; annon (inquam) fieri potest, ut particulæ illæ minutæ sese insinuent in poros *Agrifolii* purgatos, & sic mollem illum Lapidem efficiant? Et quicquid substantiæ ligneæ in durissimâ illâ materiâ reliquum est, cum totum hoc *Margâ* incrustetur, annon ab Ignis actione ita muniri potest? Hæc ille.

In

D. *Anderſonus* in tractatu de gelido *Kingorni* Fonte.

In Rupe illâ præcelſâ Caſtri *Britannoduni* duo ſunt Fontes, quorum alter ab altero duos aut tres tantùm pedes diſtat Superioris (cujus curſus eſt à Boreâ verſus Auſtrum) aqua valdè ſalſa eſt; alterius (cujus curſus ab Auſtro verſus Boream) aqua dulcis eſt & limpida, quod mirandum ſatis Naturæ Phænomenon eſt. Inter duas Rupes quoque, quæ intra Caſtrum ſunt, Lacus eſt (an Stagnum potius? nam ſtagnantis aquæ eſt) 50 Orgyias à Mari diſtans: unde erumpat, non apparet. Duo Fontes diverſiſſimæ qualitatis.

Paludes duplices ſunt. Quædam uliginoſâ & mixtâ quâdam ſubſtantiâ ex aquâ & terrâ conſtant, ita ut hominum veſtigia vix ferant & ſuſtineant. Aliæ parva Stagna, vel Aquarum collectiones hinc inde parvis exſtantibus terræ portionibus. Priores noſtratibus dicuntur *Flow-Moſs;* poſteriores *Mires.* Paludes duplices.

Prioris (quæ *Flow-Moſs* dicitur) rarum fuit hoc ſeculo Accidens. In Præfecturâ *Sterlinenſi* ingens ejus plaga in tantam altitudinem, immiſſâ fortuitò aquâ, intumuit (ut *Kinardinus* Toparcha mihi retulit) ut aſpectum *Karnoci* a *Kinardiâ* vicinâ auferret, dein rupta atque à priori loco delata terram per integrum ferè milliare *Scoticum* verſus *Kinardiam* & *Lethenam* invaſit, atque in hunc uſque diem eam tegit. Rarum quid à priori accidens.

Nunc de uſu Aquarum eſt agendum. Aquæ certè magna neceſſitas magnaque commoditas eſt: certum eſt enim, ſine eâ nil creſcere, nil vivere poſſe. Provida igitur Natura largam ejus copiam ubique præbuit. Et cùm Sitis à Calore & Siccitate oriatur, pro eâ ſedandâ, Aqua (quæ frigida & humida eſt) omnibus liquoribus certè præferenda. Et Frigidæ quidem hauſtus mirum quàm citò Sitim naturalem, ut ut gravem, compeſcat. Et certè quâdam neceſſitate impulſa Natura, quam in potu Frigidæ perſentiſcimus, voluptatem indidit, quò ad ejus uſum nos invitaret. Cujus uſus vel ex eo neceſſarius eſt, ut per totum corpus permeans illud humectaret, & humorem aſſiduâ evaporatione tranſpirantem ac decidentem reſtauraret; cui perficiendo ſolus Humor, tanquam paſſiva Qualitas, non ſufficit. Quocirca fortiori egebat adminiculo, activâ nempe Qualitate; hæc Frigus eſt in Potu, non Calor: quòd hic Humorem abſumat, Frigus una & uſum & voluptatem corpori afferat, ac Humorem è veſtigio per corpus univerſum ita diſtribuat, ut ſingulæ partes, prout res earumque natura depoſcit, ejus uſum experiantur. Aquæ neceſſitas & commoditas magna.

Gal lib. 1. de Facult. Medic. Simpl. *Ætius Tetra* lib. 2. Serm. 1. cap. 72.

Aqua autem frigida affatim hauſta vites recreat, Naturam Siti inextinguibili oppreſſam levat, quæ alacrior facta humores optimos utileſque retinens, inutiles per Urinam, Alvum & Sudorem extrudit; æſtuantem Calorem demulcet & contemperat, et, ob Oris Ventriculi corrugationem, appetitum ad cibum excitat; Calorem naturalem robuſtiorem efficit, actiones omnes roborat, ciborum aſſationem impedit, elixationi autem prodeſt; Labentes in Lipothymiâ ſpiritus excitat et extrâ revocat, ut meritò de eâ cecinerit *Lucanus.* Aquæ frigidæ vires.

Lib. 4.

Diſcite quàm parvo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat. Non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſus Conſule Bacchus:
Non auro, murrhaque bibunt: ſed gurgite puro
Vita redit. Satis eſt populis fluviuſque Ceréſque.

Sen. Epiſt. Et inter Philoſophos *Epicurus* dixerit, Da mihi polentam et aquam, et cum Jove ipſo de felicitate contenderim. Certè, ſi vis mente & corpore acutiùs cernere, ſi vis ſapere omnemque ſtultitiæ mixturam effugere, bibas aquam ſapientiæ fomitem. Nutrit illa, coctionem juvat, vividos facit ſenſus, acre judicium, limpidum & aptum ſtudiis ingenium; adeòque ut animantibus, imò & viventibus omnibus, ſic cujuſlibet ætatis, ſexus & temperamenti hominibus ἀμεμφῆ. *Patinus* in Theſ.

Lib. de Aëre, Aquis & Locis Sect. 8.

Videndum nunc eſt, quænam aqua maximè probanda ſit, & *Hippocrates* quidem ita ſentit, Ἔπειτα τὰ ὕδατα ὁκοῖά περὶ πας ἢ ἡλίε ἀνατολάς ἐσίν, τοῦτο λαμπρὰ τε εἶναι ἀνάγκη, & δύσδη, & μαλακὰ, & ἐρατεινὰ ἐγγινέσθαι ἐν ταύτῃ τῇ πολί. Ὁμοίως ἡλίῳ καλῷ ἀνίχοντι & καταλάμπαντι h. e. *Deinde aquas, quæ ad Solis ortus ſunt, omnes ſplendidas eſſe neceſſe eſt, & odoratas & molles, & amabiles oriri in hâc Civitate. Sol enim emergens ac illuſtrans ipſas caſtigat.* Et infrà Quæ ſit aqua bonæ notæ.

Sect. 14. Ἄριστα δὲ ὁκόσα ἐκ μετεώρων χωρίων ῥέει & λοφῶν γεηρῶν: *Optimæ verò ſunt, quæ ex ſublimibus locis ac terreïs collibus fluunt.* Hæ enim & dulces ſunt, & albæ, et vinum modicum ferre poſſunt; et hyeme calidæ fiunt, æſtate verò frigidæ. Aqua optima eſt, quæ pellucida eſt et limpida; quam guſtus judicat neque ſalſam, neque dulcem; nec amaram, nec acrem; ſed inſipidam omnique peregrino ſapore privatam; quæ fœtidi nil oleat, nec

putrida sit, nec gustu abominabilis; quam visus turbidam non judicet, sed pellucidam & tenuem, id quod eam à purissimo Aëre elaboratam evincit. Ea enim facilè distribuitur, incalescit minimo negotio, citóque refrigeratur. Adhæc, ceu Aëre refertissima, levis admodùm est; eò melior, si contra Orientem fluat, per loca pura, non cœnosa, dummodo Aquilonem attingat, rapidi ac velocis cursus per Alveos calculis minutis & purissimâ arenâ refertos. Aquæ quoque bonæ nota est, carnes & legumina celeriter coquere & smegmati facilè immisceri. Præferenda autem semper est Aqua Fontana, cui proximè accedit Aqua ex Puteïs; tertio loco Aqua Fluvialis, modò non turbida, aut inquinamento aliquo Minerali infecta. Aquas certè omni ex parte sinceras in *Scotiâ* Mineralibus abundante haud passim invenias; magna enim est Glebarum, quas transeunt, varietas: Quapropter Hydropotas decet accuratum aquarum examen instituere, ne damnum sibi accersant. Ex *Hippocrate* autem, quæcunque palustres sunt & stabiles ac Lacustres, eas necesse est æstate esse calidas ac crassas & olentes. Quùm enim non defluant, sed aqua pluvia semper nova inferatur, & Sol urat, necesse est ipsas decolores esse & pravas & biliosas; hyeme verò glaciatas & frigidas, ac turbatas præ Nive & Glacie, ut pituitosissimæ & raucosissimæ existant: Bibentibus autem splenes semper sunt magni ac pleni, & ventres duri, tenues & calidi, &c. Secundo verò loco eæ, quarum Fontes è Petris scaturiunt (duras enim esse necesse est) aut isthic ubi calidæ aquæ existunt, aut ferrum nascitur, aut æs, aut argentum, aut aurum, aut sulphur, aut alumen, aut bitumen, aut nitrum: hæc enim omnia præ Caloris violentiâ nascuntur. Non utique ex hujusmodi terrâ aquæ bonæ prodeunt; sed duræ & æstuosæ, quæ & difficulter meiuntur, & ad Alvi egestionem contrariæ sunt. Inservire quidem possunt quædam ex iis ad morbos sanandos, sed ad communem potum aptæ non sunt.

Aquarum quæ electio.

Ibid. Sect. 10.

Sect. 13.

CAPUT X.

De Aquis Medicatis.

Telluris interioris corpus homogeneüm non est, sed ex substantiis diversæ admodùm naturæ compositum, Inter quæ varia Salia variique Succi sunt. Dum ergo Aquæ Terræ meatus perreptant, diversas illæ vires induunt, pro diversâ constitutione terrestrium partium, quas in itinere suo subterrestri lambunt. Quandocunque enim Cavernas sale, vitriolo, sulphure, bitumine, alumine, similibusque Mineralibus refertas pertransit Aqua, certum est ejus Mineralis qualitate, cujus locus vi suâ nativâ ferax est, tinctum iri. Hinc ubique tanta Aquarum supradictorum Salium Mineraliumque virtute imbutarum varietas passim spectatur. Facilè enim concipi potest, quòd prima Metallorum exordia, quæ Vaporum specie lapidibus adhæresunt, cum Aquæ Vaporibus aut Rivulis etiam in Terrâ manantibus misceri possunt, cùm molliora sint; & Salia quidem in Aquâ solvi, reliqua, quoad minimas suas partes arctè conjungi possunt; atque ita, pro suâ indole, acidam, amaram, salsam, adstringentemve qualitatem Aquæ communicare queunt. Unde Aquæ Minerales aliæ sunt acidæ, aliæ salsæ; quædam amaræ, quædam acerbi saporis cum astrictione quâdam. Quas autem ferrum aut vitriolum imprægnat Aquas, illæ colorem ex rubro in atrum colorem degenerante Gallæ infusione induunt.

Tellutis interioris corpus heterogeneum.

Nos Aquas Medicatas, quæ in *Scotiâ* nostrâ celebriores sunt, enumerabimus. Inter illas agmen ducit Fons Sanctæ *Catharinæ*, qui duobus milliaribus ab *Edinburgo* ad Austrum scaturit, cui oleï nigri guttæ innatant totâ superficie. Ejus usus est, non solùm ad cutem molliendam & tollendam scabritiem; sed etiam experientiâ compertum est, bituminosum ejus liquorem ad dolores à causâ frigidâ valere, roburque & vigorem languentibus membris procurare, si frequentiùs eo calefacto inungantur. Dicitur vulgò hic Fons *the Oily Well.*

Fons S. *Catharinæ*, cum ejus usu.

Proximè considerandi veniunt *Fontes Moffetenses*, (bini enim sunt) siti in Rupeculæ cujusdam superficie â *Moffeto* Villâ, Septentrionem versus, per mille passus distantis. Inferior & major per duos vel tres pedes; superior autem per septem vel octo à præcipitio (per quod in Rivulum præterlabentem descendunt aquæ) distat. Superioris aqua

Fontes Moffetenses.

Fons Moffet. Matth. Mackaile.

aqua per lapides albicantes & cryſtallinos; inferioris autem per nigricantes (Antimonii Marcaſitæ non multùm abſimiles) ſcatet. Fontis autem odor ſimillimus eſt odori fœcum pulveris pyrii in Tormentis uſitatiſſimis remanentium. Aqua Fontium argentum nigro colore inficit. In Fonte ſuperiore lapidibus albis adnaſcitur mareria Antimonii ſulphuri putido rubicundè flaveſcenti ſimilis. Fontis inferioris lapides Antimonii colorem referunt, eorumque quidam materiam continent quaſi metallicam, & (ut Antimonium) ſcintillantem. Quâ Fontis inferioris aqua in Rivulum deſcendit, Rupibus adnaſcitur materia albicans & ſalina (forſan nitroſa) in quâ reſidet aquæ virtus diuretica. Habent hæ aquæ vim quoque alvum ſolvendi & vomitum ciendi.

Fontium Moffetenſium virtutes.

Horum Fontium multæ prædicantur virtutes; quòd, ſcilicet multùm valeant adverſus dolores Colicos & Nephriticos, & quòd Viſcerum obſtructiones referent potenter. Externus quoque uſus in ulceribus, junctura rum doloribus aliisque morbis externis commendatur. Menſibus autem æſtivis & autumnalibus, cùm ſiccitas maxima terram occupat, magis ſuccedit eorum uſus; vernis & hybernis diebus virtus, pluviâ admiſtâ, debilitatur & vitiatur. Edidit de hiſce Tractatum D. *Matthæus Mackaile* Pharmacopœus inſignis.

Fons S. *Mahomi.*

Conſimilis facultatis ſunt aquæ Fontis apud Ædem ſacram Sancti *Mahomi*, qui iiſdem dicitur imbutus qualitatibus, quibus Fons *Moffetenſis*, ſed quæ non adeò fortiter operentur.

Fons apud *Halyards.*

Idem aſſeritur de Fonte nuper detecto apud Prædium de *Halyards*, ad ſextum ab Urbe *Edinburgenâ* lapidem.

Fons *Kinghornenſis* olim admodùm celebris, cujus aqua ex ipſis Rupis commiſſuris erumpit limpidiſſima & frigidiſſima, quæque citiſſimè alvum permeat. Egregii uſus ad appetitum deperditum reſtaurandum, multúmque, aduerſus Renum ab arenis & calculis obſtructiones, indeque natos dolores Nephriticos commendatur. Externus ejus uſus valet multùm in lippitudine & pruritu oculorum, & adverſus faciei rubores cum puſtulis. Ex eâdem Rupe exudat viſcidus quidam Liquor, albicans, qui Gelatinæ inſtar eſt: Hic eximium præbet Coſmeticum. Vires autem ejus videntur à Nitro & Cryſtallo provenire; multum certè Cryſtalli in vicinis locis reperitur: De hoc Fonte ſcripſit D. *Anderſonus* olim Medicus *Edinburgenſis*.

Fons *Kinghornenſis.*

D. Anderſon. Tract. cui titulus, *The Cold Spring of Kinghorn.*

Fons *Arthrey* ad duo milliaria ab Urbe *Sterlino* verſus Septentrionem diſtans. Ex Monte, ubi Æris Fodina eſt, profluit. Æris illa Minera Argenti quoque & Auri particeps eſt. Aqua frigidiſſima eſt, &, cùm Mineralium, per quæ fluit, viribus tincta ſit ad varios exrernos affectus utilis eſſe poteſt.

Fons *Arthrey.*

Aquæ ferratæ & vitriolatæ apud nos variæ ſunt: Ex quibus celebriores ſunt hæ; Fons apud *Peterhead* in Præfecturâ *Abredonienſi*, cujus aquæ vires prædicantur adverſus obſtructiones viſcerum & Nephriticos & Colicos dolores. De eo librum ſcripſit Dominus *Moor* Medicus *Abredonienſis*, &, dum viveret, ibi Medicinæ Profeſſor. Præcipuas ille partes Vitriolo, quo Fons imprægnatur, tribuit.

Aquæ ferratæ & vitriolatæ.

Fons apud *Peterhead.*

Conſimilium virium eſt Fons apud *Abredoniam* de quo Tractatum ſcripſit eruditiſſimus Vir *Guilelmus Barclaius* Medicinæ Doctor et Practicus *Abredonienſis*, qui Virtutes ejus à Ferro & Vitriolo deducit, per quorum Mineras pertranſit. Comperitur multùm conducere Hydropicis, & Nephriticis & Colicis doloribus laborantibus.

Fons *Abredonienſis.*

Gul. Barclaii Callirrhoe.

Celebris quoque Fons eſt apud Villam, quæ dicitur *Novæ Molendinæ* in Plagâ *Scotiæ* Occidentali, cujus aqua Ferri & Vitrioli Mineris tincta cenſetur. Ad affectus Hypochondriacos & Scorbuticos commendatur.

Fons apud *Novas Molendinas.*

Et procul omni dubio multi alii Fontes Medicati in *Scotiâ* ſunt, licet nondum divulgata ſit eorum virtus. In omnibus enim *Scotiæ* Provinciis Mineralia & Metalla reperiuntur, quorum partes magis volatiles & ſpiritus aquæ perfluenti intimè commiſcentur, vireſque eis, pro variâ ſuâ indole communicant. Atque hæ aquæ facilè ſuam naturam fatentur deſtillatione, vel Gallarum admiſtione, aliuſve rei, quæ Liquori mutationem σημαντικὴν afferat.

Præter hos multi alii in *Scotia* Fontes Medicati.

Thermæ autem nullæ (quod ſciam) apud nos hactenus detectæ ſunt. Noſtrates enim, quibus ejuſmodi Aquis calidis & Balneis opus eſt, *Bathonienſes* inviſunt. In affectibus tamen frigidis illarum defectum aliquomodo ſupplere poteſt externus Aquarum *Moffetenſium* & Oleï, quod Aquæ Fontis Sanctæ *Katharinæ* innatat, in Balneis & Fomentis uſus.

Nullæ in *Scotia* Thermæ. Quomodo hic defectus ſuppleri poteſt.

CAPUT XI.

De Meteoris Aqueis.

Ros. EX *Meteoris Aqueïs* Ros, pluvia, Nix & Grando conſideranda nobis veniunt. *Ros* autem Vapor eſt nocturno frigore concretus: inſenſibiles enim Aquæ particulæ, tranquillo maximè & ſereno cœlo, herbarum foliis adhæreſcunt, & collectæ fiunt ſenſibiles. Acrioribus corpuſculis Ros abundat: hinc Segetum Rubigo, cùm Ros Spicâ exceptus ardore Solis putreſcit. Fieri etiam poteſt, ut Nitrum ſubtiliſſimum in Rore contineatur: unde Inſectorum procreationi multùm confert. Vere & Autumno Philoſophia vetus & nova. Ros eſt uberior: nimio enim Solis ardore humor conſumitur, Hyeme parùm humoris evehitur. Ros Aquas omnes reliquas ſubtilitate, adeoque et penetratione antecellit, conſtans Liquore volatiliori Saléque acriori. Præfertur, *Majo* menſe qui decidit.

Pruina. *Pruina* eſt Ros quidam acerrimo frigore congelatus: hac cuniculos brevi ſaginari volunt, quòd, inſtar Roris, ſit nitroſa et dulcis. Pruinæ autem *Scoticæ* olim celebres fuere: harum *Claudianus* meminit, De quarto *Honorii* Conſulatu.

Ille Caledoniis poſuit qui caſtra pruinis.

Crebræ enim uliginoſis locis, Lacubus et Fluviis, ipſoque Mari, à quo nulla domus toto regno ſexaginta milliaribus abeſt, Exhalationes eductæ Pruinas faciunt.

Filamenta. Quæ Autumno *Filamenta*, inſtar Telæ Araneæ, volitant, et *Capillitium Veneris* vocant, nihil videntur eſſe præter Nebularum reliquias calore Solis exſiccatas.

Pluvia. *Pluvia* ex Vaporum concretione, ferè ut in Aquæ deſtillatione cernimus, generatur: ſublati enim Vapores in ſublimem Aërem frigore denſantur et in guttulas abeunt primùm inſenſibiles; ſed inter cadendum primùm augentur, dum aliæ aliis conſociantur, atque eò majores ſunt, quò ex ſublimiori loco delabuntur. Medià Æſtate uberrimi Vapores attolluntur, qui ſæpe hìc, propter Ventos frigidos, in denſiſſimam Pluviam coguntur; &, quòd Nubes tunc ſublimiores, hinc Guttæ majores cadunt. Hyeme autem vel ſtatim Vapor etiam in infimâ Aëris Regione concreſcit, hinc minutæ Guttulæ; vel, ſi altius aſcendunt, in Nivem abeunt. Vere et Autumno calor eſt moderatus, magna quoque diurni æſtus et nocturni frigoris inæqualitas: hinc pluviæ uberiores.

Quando Nubes pluviam fundunt. Nubes Pluviam fundunt, dum denſantur. Eæ autem à Vaporum aſcendentium copiâ denſantur, tum a Vento Auſtrali & Orientali, qui nobis hic à Mari ſpirat, quod majorum Vaporum copiam ſuppeditat; interdum etiam ab oppoſitis Ventis Vapor conſtringitur. Altiſſimæ Nubes in Nivem potiùs quàm in Pluviam concreſcunt: cumque in ſubjectis Vallibus pluit, eodem tempore in præcelſis Montium jugis ningit.

Pluviæ ſignum ex Barometro. Certiſſimum futuræ Pluviæ ſignum ex Barometro colligitur, cùm magis in eo deſcendit Hydrargyrus.

Quibuſdam Aqua pluvia in potu commendatur. Aqua pluvia quibuſdam in potu commendatur, præſertim Verna aut Æſtiva, Meridie delata, utpote cæteris levior, pura & Radiis Solaribus excocta. Sed in ejus examine, Plagæ, unde oritur, ratio habenda: nam loci & cœli impuritatum participat, in locis quæ bono Solo & cœlo ſalubri fruuntur. Aqua pluvia, utpote pura & defæcata, commodè etiam cruda in potu uſurpatur; ſed meliùs deſtillata.

Scotia raro à Pluviis læditur. *Scotia*, cum maximam partem ſit montana & ſiccior, rarò à Pluviis læditur, niſi ſint loca quædam uliginoſa in plano ſita, è quibus Aqua deſcenſum non habeat.

Nix. *Nix* autem quædam Vaporis ſpuma eſt frigore concreta. Veriſimile certè eſt, quòd Aëre vel ſpiritu quodam tepidiore turgeant innumerabiles Bullæ quæ Nivem componunt. Unde, cùm Nix imminet, frigus Aëris non mediocriter temperatur, ac plerumque caput gravedine laborat, & Deſtillationes Cerebri excitantur: quod *Fromundus* inde eſſe vult, quod ſpiritus quidam tepentes ac Nivium Prodromi deorſum exprimuntur. Ut ut ſit, flocci Nivis non decidunt, niſi Vaporum filamenta frigore conglaciata in unum veluti globum plura conſpirent; nec coeunt, niſi extrema veluti fila calore modico liquata floccum reddant et denſiorem et graviorem. Quod ſi illi Globuli, priuſquam terram attingant, calore ſolvuntur, non Nix ipſa, ſed pluvia quædam frigidior delabitur. Sed ubi inter cadendum flocculi calore liquantur, atque iterum frigore concre-

concreſcunt, Grandinem præbent. Nix porrò in loco ſublimiore quàm Pluvia generatur, cùm excelſorum Montium juga Nive perpetuâ obducantur, quæ nullâ Pluviâ ſolvitur: certè quorundam etiam ex Montibus noſtris juga Nive ſemper obtecta ſunt. Mollis eſt Nix, quia ex tenuiſſimis compingitur Atomis. Frigus aliquantulùm remittitur, cùm Nix imminet, quia Nubes Nive prægnans coarctat Aërem Terræ finitimum atque Halitus è Terrâ erumpentes repercutit, qui Calorem augent. Poſtquàm verò Nix delapſa eſt, tum Aër magis tepet: vel quia Sol Radios priùs nubilo oppreſſos jam liberius vibrat; vel quod nubes antè pendula frigore ſubjectum Aërem infeſtabat. Non autem prætereundum eſt, quod Nix ſtellatâ plerumque formâ decidat. Hîc ſanè dicendum elucere æternam illam Sapientiam, quæ in Orbe terrarum ludens, ut intra Terræ viſcera figuras hominum, piſcium & alia id genus ex ſaxeâ materiâ conformat; ſic ſupra Terram varia compingit ordinatiſſimis figuris. An rerum omnium naturalium ut peculiaria ſunt ſemina, ita peculiares figuræ? Atque adeò, ut animalia, ut plantæ, ut lapides non niſi certis delincantur formis, ſic delineantur cæteræ res ſeminum ſuorum neceſſitate, ut proinde poſſit Nix quoque ratione illâ ſibi propriâ concreſcendo figurari? In Aquâ autem etiam gelidâ Nix facilè ſolvitur, non ob tenuitatem modò pellicularum ſuarum, ſed maximè etiam ex ſolutione nitroſi Salis, quod & cauſa frigoris ſit & compactionis proinde ſive rigoris Bullularum. Et ideo Nivalis Aqua (etiamſi calefacta fuerit) in potu noxia eſt, quòd retineat ſemper complura corpuſcula Halinitri, quæ meatus interaneos occupantia ſpirituum motionem inhibeant, effectúmque frigefactionis proinde præſtantia caloti nativo officiant.

Caſſendus de Meteoris.

Figura Nivis.

Nat. Hiſt. Lib. 17. Cap. 2.

Sed illud obſervandum eſt, quod habet *Plinius*, quòd *Vota Arborum Frugumque communia ſint, Nives diutinas ſedere. Cauſa, non ſolum quia animam terræ evanеſcentem exhalatione includunt & comprimunt, retróque agunt in vires frugum atque radices: verùm quòd & liquorem ſenſim præbent, purum præterea leviſſimumque, quando Nix aquarum cœleſtium ſpuma eſt. Ergo humor ex his non univerſus ingurgitans diluenſque, ſed quomodò ſtitur deſtillans, velut exubere alit omnia quæ non mundat. Tellus quoque illo modo fermenteſcit & ſucci plena ac lacteſcentibus ſatis non effæta, cùm tempus aperit, tepidis arridet horis.*

Nives diu ſedentes & ſenſim liqueſcentes multùm conducunt ad terrarum proventum.

Illud certè, quod in Nive nitroſum eſt, ſenſim terræ communicatum, conſtanti Agricolarum noſtrorum obſervatione, ad proventum facit. Reſtat ut de Grandine pauca adjicianus.

Grando eſt Gutta Pluviæ acerrimo frigore congelata: hinc perſpicuitatem & rotunditatem ſuam obtinet. Verùm, ubi Nivem jam liqueſcentem Ventus frigidior corripit, ac multos flocculos in unum colligit, tum Grando & maxima & polygonia præceps ruit. Æſtate frequentior eſt: nam Hyeme non ſatis eſt caloris, ut is ad Nubes uſque ſublimiores perveniat. Inferiores quidem attingit, ſed citiùs Nix ſoluta decidit, quàm congelari frigore iterum queat. Congelatur autem Grando in mediâ Aeris Regione, ubi frigus intenſiſſimum regnat. Dùm autem in Hiſtoriis legitur *pluiſſe lapidibus*, non videntur alii lapides intelligendi quàm Grandineï, ejuſce magnitudinis, & ex eâ uſque altitudine tantaque proinde vehementiâ decidui, ut ſtragem aliquam inſignem memorabilemque edere potuerint. In noſtrâ certè *Scotiâ* obſervati ſunt cecidiſſe quandoque miræ magnitudinis, qui (ut à viris fide dignis habui) tres aut quatuor pollices in ambitu haberent, à quibus Ruſtici, qui ſub Dio tunc erant, inſigniter læſi fuerant.

Grando quid, & Cur Æſtate frequentior quàm Hyeme.

Ubi congelatur.

Quid per Lapidum imbres in Hiſtoriis intelligendum.

CAPUT XII.

De locis Scotiæ.

ET

Primò de Montibus.

Terra quid.

TErra ſiccior, craſſior ſolidiorque Mundi Globus eſt, humano generi ad inhabitandum à Deo deſtinatus, omnibus quæ deſiderari poſſunt rebus ad bene beatéq; vivendum neceſſariis inſtructus, & in medio Univerſi conſtitutus, ut ab omnibus mundi corporibus Aſtrorumque Globis undique illuminari, ſupernis influxibus fœcundari & in Generationum

Ejus ſitus commodiſſimus.

omnigenarum fœtus animari possit, Aquarum diffusione totus circundatus, ne ullibi tam necessarium deesset Elementum. In eo Montes Aquarum diffusioni, veluti Repagula quædam, oppositi, tum ad retinendam Fluctuum contumaciam, tum ad eundem perpetuâ humoris nunquam deficientis copiâ irrigandum. In eo innumeri perfossi Cuniculi Cavernæque exculptæ, veluti *Naturæ Officinæ*, quâ ignibus, quâ aquis refertæ, ad varios Naturæ effectus exhibendos; ut quæ *Vulcanus* in vastâ Culinâ longo labore decoxit Naturæ Nutrimenta in abditis Antrorum Receptaculis per Canaliculos, veluti per magni Corporis Venas, omnibus & singulis partibus aptè distribuerentur. Ex quâ admirandâ distributione, uti innumerarum rerum, tum intra terrenæ molis viscera, tum in externâ ejusdem superficie varietas nascitur; ita pulcherrima rerum latifundia in uberrimis Metallorum promis condis, & inexhausta pretiosorum lapidum penuaria, tum ad vitæ oblectationem, tum ad necessarium humani generis usum, prodierunt. In extimâ verò superficie immensa Sylvarum Viridaria Montium jugis, veluti Turribus quibusdam, discreta, latè patentes Camporum Paradisi, Arborum, Plantarum, Florum Fructuumque omnis generis copiâ luxuriantes innumerisque Fontium, Fluviorumque sinuosis voluminibus irrigatæ emerserunt. *Kirch. Mund. Subter.*

Terra firma & immobilis. Hic Orbis terrarum Globus mirandâ Dei manu fundatus, nullâ licet basium mole, nullo substructionum fulcimento subsistat, suis tamen libratus momentis totus immobilis hæret ævo, ita divinæ virtutis efficaciâ confirmatus, ut nullum sit tantæ potentiæ robur, nulla tanta furentium Ventorum rabies, nullus Maris Fluctuumque tumultuantium impetus tantus sit, qui eum vel hilum, non dicam à sede suâ dimovere, sed ne quoad minimam quidem partem eam loco movere queat. Ita enim, pro immensâ suâ sapientiâ & potentiâ, cunctos Mundi Globos pondere, numero et mensurâ ad se invicem temperavit immobilesque stabilivit *Deus Opt: Max:* ut nullo, nisi ejus ipsius, impetu deturbentur. Hinc divinus P*saltes*,

— *Stat nullo mobilis ævo*
Terra, super solidæ nitens fundamina molis,
Pollenti stabilita manu. — Ps. 104.

Nos autem jam de Terrâ & Solo *Scotiæ* acturi de Montibus, Planitiebus, Vallibus, Fodinis Cryptisque ea tradituri sumus, quæ ad Operis, quod in manibus est, complementum necessaria sunt.

Scotia tota ferè Montana. *Scotia* nostra, ut ex singularum Regionum Tabulis patet, tota ferè Montana dici potest, undique Montibus elata, aut Collibus tumens: in Mediterraneis locis altissima, versus Littus depressior; paucis tantùm à Littore milliaribus se in exactam Planitiem, idque quibusdam tantùm in locis, complanat. In Mediterraneis rarò perfectæ Planities sunt, plerumque cum declivitate quâdam sunt. Ferè omnibus Montibus Valles infunduntur, quæ ex utrâque parte in cavum, pro Fluvii Amnisve Alveo, declinant. In Montibus autem, Vallibus & Collibus perpetua ferè viriditas est, nisi quâ Mineralibus Metallisque scatent, ubi squalida sunt, confragosa nigràque Ericâ tecta; aliis in locis, præ Soli bonitate, pascuis & Segetibus commodissima. Atl. 5ta Pars.

Mons, Promontorium & Scopuli. Est autem Mons pars Terræ ad insignem altitudinem pertingens, quæ, si minor, Collis dicitur & Clivus. Promontorium autem dicitur Mons in mare procurrens. Scopuli dicuntur partes extantes in Mari vel etiam Petris.

Tam Montes quàm Colles vel sunt parvo circumscripti intervallo, vel longo tractu se extendunt & progrediuntur.

Montes & Montes parvo intervallo circumscripti quidam singulares sunt qui nostratibus *a Law* dicuntur, quales varii per *Scotiam* universam, ut *Northberwick-Law, Drumpender-Law, Largo-Law, Dundee-Law*: plures quasi simul glomerati, qui, cum Montes, proprio nomine non explicantur: tales propè *Edinburgum* Montes qui *Arcturi sedes* dicuntur.

Colles. Colles, si singulares, nostratibus dicuntur *a Hill*, ut in *Lothianâ* Occidentali *Deichmond-hill*; si glomerati, *Knowes* dicuntur.

Juga. Montes, qui longo tractu se extendunt et progrediuntur *Juga* dicuntur, quorum multi per Insulam sparsi. Horum multi in Ortu oriundi ad Occasum pervadunt. *Scotiamque* mediam secant, ut *Grampii* Montes, *Lamyrii* quoque versus Limitem Orientalem surgentes, longo tractu versus Occidentem progrediuntur. Hos sequuntur *Pictlandici* dicti, qui aliis *Tuediæ* junguntur, Hi aliis per Insulæ latitudinem. Ita siti sunt Montes altissimi *Ocelli* dicti trans *Fortham*. Quidam Montes transversim per Insulam currunt,

currunt, ut & Colles quidam; Hi breviore Catenâ à Boreâ in Auſtrum progrediuntur. In Catenâ autem Montium, qui altiſſimus eſt, noſtratibus *the Bin* dicitur, & in variis locis varias per adjectiones diſtinguitur. Porrò, quanta eſt Fluviorum declivitas tanta eſt locorum Mediterraneorum altitudo ſuper loca Maritima. In Auſtralibus ergò et Borealibus Plagis, Montes, ex quorum dorſo Fluvii in utrumque Mare fluunt, totius *Scotiæ* altiſſimi ſunt. Altitudine quoque inſignes ſunt in *Lothianâ* Orientali, *Drumpender-Law*, *Northberwick-Law*; in *Lothianâ Mediâ*, *Arthur-Seat*; in *Lothianâ* Occidentali, *Carnepapell*; in *Glottianâ Superiore*, *Tentocus*, qui, quòd Mediterraneus ſit, eſt inter altiſſimos ejus Plagæ *Scotiæ*; in *Argatheliâ*, *Binnemore*; in *Fifâ*, *Ocelli* Montes, *Lomundii*, *Largo-Law*; in *Anguſiâ*, *Dundee-Law* et *Grampii*; in *Cathaneſia*, *Ord*; in *Orcadibus*, Montes *Hojæ*.

Montes Fluvios & Lacus emittentes.

Montes plurimi Fluviorum et Lacuum Fontes habent, ut *Tentocus*, qui tres Fluvios emittit in diverſa Maria currentes, *Tuedam*, ſcilicet, *Anandum*, *Glottam*; *Badenachæ* Juga *Spæam* et *Luteam* in diverſa quoque Maria; *Lomundi* Montes *Levinum*, *Grampius Lominium* Lacum emittit.

Aër ſerenus in Vallibus, cùm in Montium faſtigiis frequentes, pluviæ, nebulæ, &c.

In Montium faſtigiis Pluviæ, Nebulæ, Niveſque frequentes ſunt, cùm in vicinis Vallibus et Planis Aër ſerenus eſt ſine talibus Meteoris, Ob hanc rationem, quòd Vapores et Exhalationes, ubi in mediâ Aëris Regione (in quâ ſunt plerique Montium vertices) condenſantur in Guttulas, deorſum vergere incipiunt. Et quoniam Montium Vertices ſunt illis viciniores quàm ſubjectæ Valles, ideò illæ Guttulæ, quæ ſupra Vertices illos exiſtunt, priùs ad Terram pervenientes locum in Aëris Regione deſerunt, quem vicinæ Guttulæ ſtatim occupant, quia urgentur et truduntur ab aliis, vel ratione fugæ *Vacui*; vel quia Aquæ hæc natura eſt, ut ad illum locum fluat, ubi incipit fieri fluxus, vel ubi eſt locus magis depreſſus.

Quales ſunt Montes.

Ex Montibus noſtris quidam graminei, quidam Ericâ tecti; quidam in lateribus ſylvoſi, quidam Metalliferi, (de quibus poſteà capite de Fodinis) quidam Nivibus continuè teguntur.

Qualia Juga.

Juga quædam nullum tranſitum ſeu aperturam præbent, quædam tantùm unum. Sic *Ord Cathaneſiæ* Mons unum tantùm tranſitum habet, quique difficilis ſatis eſt.

Promontoria celebriora.

Promontoria apud nos celebriora ſunt, in *Gallovidiâ Nonantum*, *Mula*, ſive *Rinus* noſtratibus; *Vervedrum* et *Betubium* in *Cathaneſiâ*; in *Navernia* altiſſimum *Tarvedrum*, quibuſdam *Orcas*.

Echo.

In Montibus frequens eſt illa Vocis repercuſſio, *Echo* dicta, quæ fit, ſi primâ voce auditâ et primâ vi ſoni ſublatâ, facto gyro ſonus verſus aurem redeat. Haud dubiè ſecundò audietur, quia ſecundò aurem afficiet. Eandem autem vocem ſæpiùs aliquando eadem Echo repetit, quòd plures quandoque gyros ſonus efficiat. Echo vel ſimplex eſt, quæ vocem ſemel tantùm repetit; vel multiplex, quæ tum ſyllabas, tum voces Sæpiùs repetit. Ejuſmodi *Echo* ſimplex in Septo Regio *Edinburgenſi* eſt, quæ plures ſyllabas et *Muſicos* etiam ſonos repetit. Multiplex autem eſt in Prædio meo *Ciphiano* ad duodecimum ab Urbe *Edinburgo* lapidem verſus Occidentem. Ea ter vocem repetit; & primò quidem diſtinctè octo ſyllabas, ſecundâ vice obſcuriùs aliquot ſyllabas, tertiâ quoque ultimas ſyllabas; et conſiderabilis eſt diſtinctio inter repetitiones. Ego provenire cenſeo ex eo quòd Ædes meæ ſupra tres Fornices in una lineâ extructæ ſunt. Centrum autem phonicum, *h. e.* verus loquentis locus, adjectum ferè ſagittæ ab Ædibus verſus occaſum eſt. Centrum phonocampticum primum, Ædes; ſecundum, Mons verſus Septentrionem *Coclereuf* dictus; tertium, hiatus inter colles ad ejus Montis radices, qui verſus Orientem æſtivum eſt. Ultrà paulò, convertendo faciem ad Occidentem æſtivum, ubi in Convalle inter Montes Lacus eſt dictus *Loch-coat*, Echo eſt; quæ vocem circulariter repetit.

Echo ſimplex & multiplex.

Lib. 2. Mun. Subter.

Montium uſus inſignes.

Uſus Montium egregiè explicavit *Kircherus*: Quod in Microcoſmo Oſſa, hoc in Geocoſmo Montium ſtructura facit, qui totum terreni Globi molem ita ſtringunt, ut diſſolvi minimè poſſit. Cùm enim terra non unius generis Glebam in utero ſuo contineat, ſed innumeris diverſarum rerum ſpeciebus, uti Mineralibus et Metallicis fluoribus *fœta* ſit, certè illa conſiſtere non poſſent, niſi firmâ ſtructurâ intra intimas concavitates, Montium compage, veluti Dolia circinis, continerentur. Secundò, cùm Mare terræ circumfluum perpetuo æſtu, tùm fluxu refluxuque, tùm Ventorum impetu agitetur, certè ſine Montium repagulis Terra durare non poſſet: hiſce enim intra ſinus ſuos Alveoſque, veluti Vectibus et Oſtiis, ne Terram immodicâ diluvione devaſtet, continetur, juxta locum *lobi* priùs citatum. Tertiò Montes ad Fontium Fluviorumque propaginem prorſus neceſſarii erant: his enim Terra declivior facilem in Mare fluxum præbet. Quod ſi Terra plana fuiſſet, fieri non potuiſſet. Sunt itaque Montes veluti Mammæ quædam in Geocoſmo protuberantes, et tanquam Naturæ quædam Penuaria et Recond-

Cap. 38 v. 10. 11.

conditoria, tum ad Liquorem perpetuò ſuppeditandum, tum ad ſubjectas Montium Regionumque Convalles beneficii Liquoris undiquaque diffuſi munere alendas fœcundandaſque à provida Naturâ inſtituta. Quartò, Montes, tum ad rabiem Ventorum coërcendam, tum ad Herbarum, Arborum Plantarumque varietatem, quæ ſine Montibus cæteroquin non provenirent, producendam; cùm denique ad æſtum Solis temperandum Aëriſque ſalubritatem (quæ omnia non niſi in altioribus Montium receſſibus obtinentur) mirum in modum conferant. Quintò Montes ſunt Metallicorum corporum Repoſitoria, in quorum Concavitatibus per abditos Meatus, ignis ſubterranei virtute & energiâ, veluti in Fornace quâdam decocta & ad maturitatem deducta, in uſum mortalium egeruntur. Ut taceam hic de amœnitate proſpectus, de utilitate, quam Umbrâ ſuâ in ſubjectis agrorum planis, Vallibus conferunt.

In Naturâ locorum conſtituendâ tanti certè momenti Montes ſunt, ut diverſarum Regionum, Provinciarum Urbiumque proprietas qualitaſque non niſi a Montium circumſitorum conſtitutione proveniat.

Unum eſt quod Natura provida in Montium conſtitutione & partium Terreſtrium exaſperatione potiſſimùm intendit, Caloris, ſcilicet, proportionarum incrementum, ſine quo nihil rectè diſponi potuiſſet. Hinc enim fit, ut Solares cæterorumque Siderum Radii intra Montium anfractus ſaxoſarumque Molium diſpares conditiones, vario reflexu, vehementer intendant calorem; halitus vaporeſque ad Meteorologicas impreſſiones efficiendas eliciant, ex quibus innùmera in Geocoſmi OEconomiâ emolumenta naſci neceſſe eſt. Cui non experientiâ conſtat Plana Montibus ſuppoſita mox ad primum Solis in *Arietis* ingreſſum ſolutis Nivium, quibus Vertices Montium operti ſunt, Molibus, Terram circumſitam mirum in modum fovere & ad fœturam ſollicitare. Et, ne humore nimio Terra inebriaretur, declivitate ſuâ humorum ſtagnationem impediens Montium Eminens tumor humorem continuo fluxu intra Alveos fluminum coactum in Mare detrudit, ut ſic ſuperfluo humore Terra exonerata apta reddatur proventibus.

Et quidem non minimam ſuæ felicitatis partem Montibus debet *Scotia*: ab hiſce enim eſt, quòd fortiori Solis influxu fruatur, Aëre ſalubri & ſereno gaudeat & Aquarum libera Inundationibus, propter declivem à Montibus ſitum, nec ab irrumpentibus, Animantium ſuorum ſtrages, nec a ſtagnantibus & putreſcentibus, peſtilentiales corruptiones metuat.

CAPUT XIII.

De Deſertis, Sylvis, Fodinis & Cryptis.

Deſerta. *Deſerta* dicuntur Terræ Tractus, qui ab hominibus non coluntur, propriè quorum ſolum ſeu terra ſterilis & infœcunda eſt. Hæc vel ſunt arenoſa, petroſa, ericoſa; vel paludoſa Arenoſa & petroſa Deſerta, quod ſciam, in *Scotiâ* nulla ſunt.

Deſerta Ericoſa. Deſerta noſtra Ericoſa ſunt, quæ *Moors* noſtratibus dicuntur. Plurima ex hiſce in pleriſque Regionibus ſunt: ſed minora ea, niſi in extimis Regionibus; præſertim verſus Septentrionem. Hæc præterquam quòd paſtum præbeant ovibus commodiſſimum, quem Armenta quoque expetant, ingentem alunt numerum Sylveſtrium Avium, quæ delicatiſſimos cibos præbent Venationique comparata ſunt.

Soli aſperitas quomodo mitigata. Nuper quoque à noſtratibus multis in locis ejus Soli aſperitas mitigatur, eo Aratro proſciſſo, Algâque marinâ aut calce, &, ubi ſuppetit, fimo conſperſo, Frugum fertile reddunt.

Paludoſa loca, *Moſs* dicta. Paludoſa propriè ſunt quæ noſtratibus *Moſs* dicuntur. Eorum terrea ſubſtantia æſtate in Teſſellas, Ligone ad id operis concinnato diſciſſa probe exſiccatur & pro ignis fomento uſurpatur, iis in locis, in quibus carbones & ligna deſunt. Videtur autem paludoſa iſta terra, quæ *Moſs* dicitur, nihil aliud eſſe quàm nigra quædam Terræ ſuperficies ex Sylvis vetuſtate putribus Aquâ lutoſâ & Muſco Arborum & Terreſtri corruptis & in unam maſſam ſubactis coalita. Ea breviore gramine *Ling* noſtratibus dicto plerumque veſtitur, quod Armentis Ovibuſque maximè in eſcam cedit. Ex ejuſmodi

Palu-

Paludibus sæpe eruuntur Arbores tum Abietinæ, tum Quercinæ Ebeni instar nigricantes, quæ nullo modo corruptæ aut exesæ sunt.

Sylva est Arborum multitudo longo & continuo tractu Terræ protensa & sine cultura propagata. Nemus minore ambitu terminatur. *Sylvæ & Nemora.*

Plurimæ erant in *Scotiâ* olim ingentes Sylvæ: imprimis celebris erat *Caledonia*, cujus nunc obscura admodùm sunt vestigia. Verisimile est quæ *Mossi* dicuntur Sylvas olim fuisse, quòd ea Terra (ut supra relatum) Sylvas putrescentes materiam ex quâ sit agnoscat. Et in hunc usque diem sæpissimè Arbores grandes ex talibus Paludibus eruuntur, quædam Abietinæ, quædam Quercinæ, &c. Nunc rariores sunt Sylvæ in Meridionali *Scotiæ* parte, Celebriores sunt *Hamiltonia*, *Kalendaria*, propè *Varium Sacellum*, *Torwood* propè *Sterlinum*. In Plagâ Boreali ingentes Sylvæ sunt, præsertim in Præfecturâ *Pertheusi*, *Abriâ*, *Badenachâ*, *Rossiâ*, & *Marriâ* superiore; quædam viginti & triginta Milliaria *Scotica* longæ, Abietibus præsertim stupendæ magnitudinis refertæ. Er quidem videntur Sylvæ nostræ *Abietinæ* olim apud Græcos claruisse. *Athenæus* enim, ubi ingentem *Hieronis* Navim describit, hæc habet, *Ex Malis Navis secundus & tertius facile reperti sunt, primus difficulter, in Britanniæ Montibus ab homine quodam subulco.* Quod certè de Boreali hac parte *Scotiæ* intelligendum venit, cùm in hac solum & olim fuerint & nunc sint Sylvæ Abietinæ prodigiosæ magnitudinis. Juniperus quoque ibi ad justam Arborem adolescit, quæ in plagâ Meridionali repens est: *Sylvæ Caledoniæ.* Quid ea quæ *Mossi* dicuntur videntur esse. *Sylvæ* celebriores in Meridionali *Plagâ* & *Boreali.*

Deipnosoph. Lib. 5.

Nemora multa passim per *Scotiam* reperiuntur. Constant autem Sylvæ & Nemora nostra Quercu, Abiete, Alno, Fago, Iunipero, Acere, Fraxino, Ulmo, Salice, Betulâ, Corylo, Agrifolio, &c. Ex quibus Arboribus hæ Sylvæ & Nemora constant.

Fodina dicitur Locus in Terrâ, ex quo Terræ Metallicæ, vel Minerales, vel aliæ Terræ species, Metalla, Lapidesque effodiuntur. Ideò varias quoque denominationes Fodinæ recipiunt, quoniam varia sunt quæ ex Terrâ effodiuntur, ut *Auri Fodinæ*, *Argenti Fodinæ*, *Cupri Fodinæ*, *Ferri Fodinæ*, *Plumbi Fodinæ*, &c. Cumque omnes hæ in *Scotiâ* nostrâ reperiantur, operæ pretium erit celebriores enumerare, ex quibus Metalla effossa fuerint. In hisce autem Manuscriptum Domnini *Atkinson* Metallurgi egregii sequemur: ille enim Observationes suas circa Auri & Argenti Fodinas fideliter tradidit, simulque suam & Præfectorum Metallis Opiniones de Metallis in *Scotiâ* repertis. Fodinæ.

Lesleus De script. *Scotiæ* p. 12. Rom. Edit.

Celeberrima imprimis est Aurifodina in *Crafordiæ* Tesquis, vulgo *Crawford-Moor*, tempore *Iacobi* quarti reperta. Hanc (ait *Lesleus*) Auri fluvium potius appellare libet: siquidem non tam arte & labore, quàm suâ sponte per agros fluit. Illud autem, quod *Azurum* dicunt, sine ullo labore illic eruitur. Aurifodna *Crafordiæ.*

Lib. 9. p. 452. Rom. Edit.

Idem *Lesleus* in historia *Jacobi* quinti refert, quòd in *Crafordiæ* Tesquis subterraneæ quædam Venæ auro copiosissimo oppletæ inveniebantur. Id quod cùm *Germani* quidam Metalli effodiendi, aurique à reliquis generibus & singula Metalla à singulis internoscendi partim usu, partim perceptione gnari intellexissent, pecuniosissimi in *Scotiam* hoc circiciter tempore transmiserunt, ut exorarâ a Rege veniâ Terræ viscera diligenti indagatione explorarent, & quicquid esset purioris Auri implicitum solertissimâ ac laboriosissimâ suâ operâ eductum ad humanos usus traducerent: in quo labore plurimis conductis Operis, ingentem Terram in Globulos quosdam artificiosè cocgerunt. In his Globulis maximam purissimi Auri vim inclusam fuisse exploratè cognovimus, quod illi grandi pecunia à Rege conduxerant, ut secum inde in Germaniam importarent. Constans autem apud nostrates traditio est, Nummos aureos nostros, qui *Pileati* (vulgò *Bonnet-pieces*) dicuntur, ex hoc Auro confectos fuisse. Hujus Ramenta quædam habeo à Patre meo P.M. ad me transmissa.

Modus autem, quo colligitur, hic est. Ad Flumen aliquod, cum cujus Avenâ Aurum mixtum invenitur, certum Fodinæ spatium determinant: deinde ad pedes unum atque alterum Glebam effodiunt & in Fossam, Fluminis aquam immittunt, quæ postquam per aliquod tempus illic steterit, Glebam effossam affusâ aquâ per cribra trajiciunt, ut elutione limus ab Arenis Aureis separetur. Si verò nonnihil adhuc terrestris limosæque materiæ relictum fuerit, id iteratâ elutione expurgatur, donec sola Aurea Ramenta Scobemque relinquat, quod purum Aurum summæ bonitatis est. Quandoque, ubi magni incidunt imbres, pauperes ejus loci Arenam & Limum colligunt & ex his per Cribra trajectis Auri Ramenta eluunt & pulviculum. Inventum autem est illic frustum (Bolus potius) auri, qui quinque Uncias pendebat. Mihi quidem duos Auri Bolos monstravit Dominus *Hope* de *Hopetoun* (quem infelici Navis Gloucestriensis naufragio sublatum dolemus) ab Operariis Aurifodinæ hujus illic repertos, qui duas drachmas pendebant. Fusiorem hujus Fodinæ relationem in Historiâ Naturali trademus. Aurum colligendi modus.

In *Lothianâ* Occidentali, ad tria milliaria à *Liminucho* Austrum versus, in Monte qui *Carnepapel* dicitur, tempore *Iacobi* sexti primi *Britanniæ* Monarchæ, ab Alex- Argentifodina in Lothianâ Occidentali.

Alexandro *Mund* Carbonario inventa eſt Argentifodina, ubi purius Argentum, idque majore proportione, ex Lapide rubro extractum fuit. Ejus Hiſtoriam ex Manuſcripto fuſiùs trademus in *Hiſtoriâ* noſtrâ *Naturali*.

Cupri Fodina. In Terrâ dicta *Airthrey* (quæ pertinet ad Dominum *Hope* de *Hopetoun* & ad duo milliaria à *Sterlino* diſtat) Mons eſt, ex cujus Auſtrali latere effodiuntur Glebæ Minerales Cupri: Habent illæ Cruſtam Metallicam, reliquum Glebæ Venis viridibus, cæruleïs, violaceïs aliorumque colorum pulchrè diſtinguitur. Ex centum autem libris hujus Glebæ quinquaginta libræ optimi æris conficiuntur. Quidam ajunt Argentum quoque notabili proportione ex eâ Glebâ elici. Accuratam ejus Hiſtoriam in *Hiſtoriâ Naturali* trademus: neque enim plura nunc admittit *Prodromum* hoc *Opus*, in quo prima tantum lineamenta *Hiſtoriæ* noſtræ *Naturalis* ducuntur.

Plumbi Fodinæ. Multæ ſunt Plumbi fodinæ paſſim per *Scotiam*, quas in *deſcriptione* noſtrâ *Scotiæ* ſingulatim trademus. Omnium vero celeberrimæ ſunt, quas in ſuperiore *Glottianæ* Præfecturâ poſſidet dictus dominus *Hope* de *Hopetoun*, qui opimos Reditus habet ex illâ quantitate, quam ſingulis annis ad *Batavos* tranſmittit.

Ferri Mineræ. Ex lapidibus propè *Fermiloduum* excoquebatur Ferrum, ut & in Inſulâ *Leogo* & paſſim per Montana *Scotiæ*.

Carbonum Fodinæ. Per totam ferè *Scotiam* ſparſæ ſunt Carbonum Fodinæ, qui optimi paſſim eruuntur, & multis in locis Maritimis tantâ copiâ, ut ingens reditus ſit ex iis, qui Navigiis ad vicinas gentes tranſportantur.

Lapidum Fodinæ. Multæ etiam ſunt ejuſmodi Lapidum Fodinæ, quæ noſtratibus *Free-ſtone* dicuntur, quorum in ædificiis extruendis uſus eſt. Marmor quoque optimum variorum colorum multis in locis eruitur, & ubique Lapis calcarius, Lithoſtrati etiam ſive Tegulæ tum nigri, tum cœruleï coloris. Atque hæc de Fodinis *Scotiæ* nunc ſuffecerint.

Barathra, Specus & Abyſſi. Huc quoque ſpectant Barathra, Specus & Abyſſi; cujuſmodi inter Montes Borealis Plagæ multa reperiuntur adeò profunda, ut aſpicientibus horrorem inducant.

Cryptæ naturales. Cryptæ quoque Naturales in *Scotiâ* reperiuntur, qualis illa, cujus meminit *Buchananus* in Inſulâ *Seutâ* (*Æbudarum* unâ: ad Orientale latus hujus Inſulæ iter eſt ſubterraneum ſupernè fornicatum longum ultra Sagittæ jactum, ſub quam Cryptam minores Naviculæ Velis aut Remis agi ſolent, dum fugiunt violentiam æſtûs, qui ad propinquum Promontorium magno cum fragore & navigantium periculo ſævit. Rerum *Scot.* Lib. 4.

In Inſulâ quoque *Leogo* (*Æbudarum* unâ Spelunca eſt ingens, in quâ, recedente Æſtu, Aqua duas Orgyias alta manet: ubi verò rediit Æſtus, ſupra quatuor eſt profunda.

Inſula etiam *Baſſana* in *Forthæ* Æſtuario ingentibus ejuſmodi Speluncis ferè perfoſſa eſt.

CAPUT XIV.

De Terrâ Agriculturæ *propriâ*, *Ubi de Granis* Scotiæ.

TErra etiam ſtrictiùs ſumpta varia Naturæ Corpora complectitur, Arenam nempe, Sabulum, Glaream, Argillam; & varias Minerales; Ochram, Terram Lemniam, Cimoliam aliaſque multas. Propriè Terra eſt Corpus foſſile, quod irrigatum ab humido primùm emolleſcit, mox avito humido redditur liquidum. Terra autem pura magis ſpecialiter Sal eſt coagulatus: per Salem enim eſt, quòd Terra Corporibus præbeat βεβαιωσιν, conſiſtentiam, firmitudinem & durabilitatem. In terræ etenim Centro eſt Salis quidam ſpiritus, qui virtute ſuâ omnia figit, denſat & animat, ita ut Sal ſit Terræ quædam anima. Nam ſi Terræ Salem ſubtrahas, unà te virtutes fixandi, pullulandi, germinandi enutriendique dempturum certum eſt: quod reliquum eſt, tantùm *Caput mortuum* eſt, ut vocant Chymici. Omnia verò reliqua Terræ corpora impura dici poſſunt, & nihil aliud ſunt quàm veluti excrementum & menſtruum quoddam Terræ eo à Naturâ fine inſtitutum, ut Ortus & Interitus rerum ſucceſſivâ quâdam

dam alteratione perennique tranſitu unius ad aliud promoti inceſſanter in Mundi conſervationem incumberent. Sic particulæ Auri, Argenti, Plumbi in Fodinis reperiuntur cum inutili terrâ mixtæ ſecundum minimas particulas ſic, ut non primo aſpectu, ſed aliis indiciis deprehendant Artifices, quid in quâvis Terrâ Metallicâ contineatur. Sic in Agris miſcetur Arenæ, Argillæ, Limo, Sali, &c.

Arena vel eſt foſſilis, vel Fluvialis, vel Marina. Foſſilis eſt illa, quando Lapidoſa ſubſtantia, aut Metallicis Glebis vel acri humore exeſa in ſubterraneis foſſis collecta, vel alluvione, intra Montium Fodinarum vacuitates congeritur. Arena foſſilis,

Fluvialis & Marina eſt, quæ Fluminum Mariumque Ripis fluctuum agitatione advolvitur; & videtur nihil aliud eſſe quàm Lapidum & variarum Glebarum Terreſtrium & Mineralium Ramenta ex perpetuâ allambentis Aquæ attritione abrepta: hinc Arenæ Lapidis aut Glebæ quam atterunt colorem referunt. Unde ex Arenis de Minerâ, per quam defluunt Arenarum devectrices Aquæ, indicium ſumi poteſt. Et hinc patet Auriferarum Arenarum in nonnullis Fluminibus ingens proventus. Sic noſtræ in ſuprà dictis *Crafordiæ* Teſquis Arenæ auriferæ ſunt: aqua enim præſertim ſalſuginoſa per Mineras Auri fluens ſemper nonnihil ex ambeſis Ramentis devehit; & hinc Fontes Rivique vicini Fluminaque tantò in ſe majorem aurearum Arenarum copiam continent, quantò aut Flumina Fontibus, aut Fontes Cuniculis auriferis fuerint viciniores. Foſſilis & Marina. Arenæ noſtræ auriferæ.

Arena autem naturam & proprietatem ejus Subſtantiæ aſſumit, ex quâ detrita eſt. Si ex lapidoſâ ſubſtantiâ, ſicca; ſi ex bituminoſâ materiâ terrâque craſſâ, pinguis erit; ſi ex nitroſâ terrâ, nitroſa erit. Et hinc quidem fertiliſſimæ illæ Planities ſunt, quæ ad Fluminum confluentiam, aut in Mare ingreſſum ſitæ ſunt. Et pro omnibus Læaminibus ad agros meliorandos maximè conducit Arenoſa illa Terra cum Fluminibus advecta, quòd quintam quaſi eſſentiam & Salia volatilia contineat, omnium Lapidum, Glebarum & Mineralium, per quæ Fluminis Aqua perreptavit.

Arenæ uſus eſt in Ædibus conſtruendis, quòd ex eâ & Calce cœmentum fiat, ad quem uſum ſiccioſſima & tenuiſſima Arena maximè commendatur. Ad Vitri quoque confectionem Arena inſervit & ſecandis Marmoribus confert. Figuli etiam in coquendis Vaſis, ut plurimùm, Arenæ mixturâ utuntur: Argillaceam maſſam enim roborant Cryſtallina Arenæ Corpuſcula Ignis vehementiâ in Fornace liquefacta. Arenæ uſus.

Sabulum Arenæ ſpecies eſt, ſed illâ craſſius, durum & molle. Hortorum Ambulacris ſternendis ſervit. Sabulum.

Glarea Arenâ & Sabulo adhuc craſſior eſt, rotundæ, ovatæ & lenticularis figuræ. Glarea.

Argilla, uti omnis Terra quæ in Figulorum uſum cedit, debet eſſe craſſa, lenta, ſpiſſa & mollis. De Terris Medicis & Metallicis poſteà agemus. Nunc de eâ, quæ ad uſus Agriculturæ ſervit, eſt agendum. Argilla

In *Scotiâ* omnes Terræ Agriculturæ utiles reperiuntur; in Vallibus quidem, & ad Mare præſertim, Pinguis, modicè nigra, quæ omnibus Frugibus & Leguminibus ferendis peridonea eſt; Solis elatioribus, pinguis & rara, quæ facilè arabilis eſt; pinguis & ſpiſſa, pinguis mediocriter, quæ ex Seminum genere Secale & Hordeum maximè amat; ex Leguminibus, Fabam, Linum, Cannabim. Macra mediocriter, in quâ optimè proveniunt Avenæ noſtræ. Spiſſa mediocriter requiſita, quæ Rapas & Raphanos amat. Et quæ ad culturam agrorum nobis quoque ſuppetunt, Marga ſcilicet, pinguis illa & ſpiſſa Terra agris fœcundandis aptiſſima; Fimus quoque Sale & Nitro ſuo commendabilis. Pro agris fœcundandis quidam Terram ſpiſſam & lutoſam effodiunt, & ex eâ cum Fimo commixtâ Lætamen parant. Terræ Agriculturæ utiles.

Ea autem eſt multorum Agrorum fertilitas, ut pro ſingulis Granis ſedecim, imò in quibuſdam locis octodecim reponant. Pleraque ex his Sola Arenoſa ſunt, in quibus Alga marina pro lætamine conſperſa eſt. Reſtat, ut de Granis agamus. Agrorum in multis *Scotiæ* locis fertilitas.

De Segetibus *Britanniæ* olim obſervavit *Panegyricus* Scriptor, *Segetum tanta fœcunditas, ut muneribus utriuſque ſufficiat & Cereris & Liberi.* Magnâ quoque quantitate ad exteros exportantur. Apud nos autem feliciter proveniunt meliora Grana. Triticum optimè provenit, cujus laudes pro me recenſebit *Julius Scaliger*, qui in *Scotiâ* fuit, cujus verba ſunt, *In Angliæ parte ultimâ, quam Scotiam vocant, adeò probum oritur Triticum, ut cum eo pane nullus prætereà totâ ex Europâ comparari mereatur.* Et iterùm: *Quin ea Inſulæ pars, quæ Scotia dicitur, longè quam hæc, quæ nobis adjacet, ſeptentrionalior, adeò bonarum frugum ferax eſt, ut optimo univerſæ Europæ veſcantur pane, candidiſſimo, leviſſimo, maximè ſolutili.* Hordeum quoque optimum eſt, atque communis Incolarum potus ex eo conficitur. Præſtantiſſimæ hic naſcuntur Avenæ, ex quibus ſaluberrimus panis conficitur. Grana. Triticum, idemque præſtantiſſimum. Hordeum, ex quo potus conficitur. Avenæ.

Exercit. 140. Exercit. 200.

Pisa & Fabæ. Secale.

Pisa & Fabæ quoque optimè proveniunt, quibus Operarii maximè vescuntur, quòd robustioris nutrimenti sint. Nascitur hîc quoque Secale, quo plures quoque utuntur.

In locis quoque cultis optimè proveniunt plantæ culinariæ & omnis generis fructus, delicati satis saporis.

In agris autem sponte proveniunt innumeræ Plantæ, quarum complures Medici usus sunt; sed de his posteà.

CAPUT XV.

De INCOLIS:

Ac primò de Moribus in genere, quòd Corporis Temperamenta sequantur; illa autem Regionis naturam & proprietatem.

Naturæ peritia in operibus suis elaborandis.

EA providæ est & sagacis Naturæ peritia, ut quod opus destinat producere, illud eâ ex materiâ eoque artificio elaboret, quæ illud muneri præstituto aptum & obtemperans reddant. Renitantur licet obluctenturque Legibus humanis quidam homines, primis tamen & divinis Naturæ Legibus (liberè, an necessariò, magis, dubites) parent, imò favent omnes & præmonstrantem sequuntur *Deum*. Nec aliam ob causam videre est tantam ingeniorum varietatem (nam sicut facies diversa, ita diversum in singulis ingenium) quàm quòd sapientissima, potentissima prima ut ultima Causa, quam in se possidet perfectionem infinitam, eam in Operibus suis, variâ dispensatione, singulis quidem propriâ, universis verò immensâ & ineffabili, tributâ, adumbrare & demonstrare voluerit.

Unde sit tanta ingeniorum varietas.

In primo hominum feminio secuturæ vitæ fundamenta posita.

Nec magis in Semine tota Plantæ ratio, quàm in primo hominum seminio secuturæ vitæ, sive bona sive prava sit, fundamenta posita sunt. Sic enim temperavit vitæ Artifex seriem sui operis, ut præcedentium Causatum Catena præsentes quosque Nexus sibi conjungat, &, quam illi à prioribus derivant temperiem, illam inevitabili fato futuri operis regulam agnoscant & causam.

Quæ ad hominis formationem concurrunt.

Ad futuri Hominis formationem concurrunt Semen & Menstruus sanguis. Nec eadem illa in omnibus, sed in singulis proprio charactere signata, decidua ab omnibus partibus sunt, Verùm in conceptaculis suis novum Fermentum acquirunt & miro artificio perficiuntur in novam Formam.

Mores & Studia Corporis Temperamentum sequuntur.

Hæc sunt, quæ pro suâ conditione Fœtum immutant & quæ Telam illam texunt, quæ Vitæ filum brevius aut longius, crassius aut tenuius habeat, Virtutum pulchris clarum, aut Vitiorum fœdis coloribus obscurum: Hinc Mores & Studia semper sequuntur Corporis Temperamentum. Possunt quidem extrinseca coërcere Naturæ impetum, si contraria sint; incitare magis, si faveant: sed mutare non valent. Quippe illa, pro dispositione subjecti, operantur, & positas ἰδιοσυγκρασιας Leges stabiliunt magis quàm oppugnant; & semper

Naturæ sequitur semina quisque suæ.

Propert. Lib. 3. Eleg 9. Epist. 11.

Et (ut habet Seneca) *Quæcunque attribuit conditio nascendi & corporis temperatura, cùm multum se diuque animus composuerit, hærebunt. Nihil horum vitari potest, non magis quàm accersi.*

Et quemadmodùm ab Humorum permistione peculiari, varia fluunt hominum Temperamenta, quæ Ingenia & Mores proprios efformant, ita tale hominum Temperamentum, qualis Soli natura & proprietas, ut pluribus cum rationibus tum exemplis probat *Hippocoates*. Temporum itaque varietates potissimæ sunt, quæ Naturam ipsam permutant; deinde etiam Regio, in quâ quis nutritur; postremùm autem Aquæ: invenias enim ferè semper & Formas Hominum & Mores Regionis naturæ compares.

Lib. de Aere, Aquis & Locis per totum. Textu 57.

Regionis Scotiæ natura & Incolarum mores.

Cùm autem *Scotia* nostra eas conditiones habeat, ut in eâ magnæ sint & frequentissimæ temporum mutationes, ipsaque Regio agrestis & maximè inæqualis sit, Montes plurimos & densos, itemque Campos et Prata habeat: hinc mentes percelluntur sæpe, corpora quoque fortem transmutationem incurrunt, à quibus verisimile est

iram

iram exaſperari, cognitionemque & calorem amplius excitari. Mutationes enim ſunt, quæ hominis mentem ſemper excitant, neque ſinunt quieſcere. Hinc vivida certè *Scotorum* ingenia: magnanimi quoque ſunt *Scoti*, & bellicoſiores ob eandem rationem ſunt. Et certè tum Regionis noſtræ naturæ tum Incolarum ejus moribus apprimè conveniunt illa *Hippocratis* in fine ejuſdem libri: *Ubi autem regio eſt nuda, naturâ munita & aſpera; quæque & a frigore hyberno prematur, & à Sole æſtivo exuratur, ibi duros & robuſtos, & articulis probè disjunctis, vegetoſque & hirſutos reperias homines, & in quibus à naturâ laboris tolerantia & vigilantia inſit, quique mores habeant pertinaces, ad iram proclives & contumaces, magiſque feritate participantes quàm manſuetudine: inſuper ad artes etiam acutiores & plus ſolertes, & ad res bellicas gerendas aptiores. Quin & omnia, quæ è Terrâ proveniunt, Terræ ipſius naturam reſpiunt & ſequuntur.*

Ibid. Textu. 58.

Fortitudinis autem eorum inſigne argumentum eſt, quod meminit *Hippocrates* ὲ διηρθρημένους ὲ ἴντονους conſpicui enim Articuli & firmi corpus firmius atque robuſtius ſignificant. Siquidem ubi natura opus habet validis & gravibus functionibus, ibi non ſolùm magna facit, ſed etiam dura ligamenta; ubi autem levibus, ut in fœminis, imbecilla atque tenuia. latentes enim & modici ſunt earum Articuli. Et generalter Natura tria hæc fermè ſemper ſervat, ut magnis actionibus grandia ac firma oſſa accommodaret; grandibus Oſſibus grandia Vincula & Muſculos, tum firma adnecteret; & ut firmis & magnis Oſſibus etiam Appendices robuſtæ adnecterentur.

Cal. Lib. 2. Uſu partium. Idem Lib. 3 deUſu partium.

Articuli firmi & conſpicui corpus firmius ac robuſtius ſignificant, quod feritudinis *Scotorum* inſigne Argumentum.

Sunt quoque aptiores ad Diſciplinas, quòd in nudâ & Montanâ Regione purior & ſubtilior ſit Aër, unde defœcatiores & agiliores generantur ſpiritus; qui cùm Animæ immediata Inſtrumenta ſint in ejus facultatibus obeündis, hinc ejus Regionis Incolæ ad Artes acutiores & plus ſolertes, ut habet *Hippocrates*. Nunc autem de *Scotorum* tum priſcorum, tum modernorum moribus ſpecialiùs eſt agendum.

Scoti ad Diſciplinas aptiores.

CAPUT XVI.

De Moribus & Victu priſcorum Scotorum.

Deſcript. *Scotiæ* Fol. 11.

PRiſcorum noſtrorum *Scotorum* Mores & Victum optimè deſcribit *Hector Boëthius* noſter: proinde ejus verbis ea tradam, quod rariora jam ſint Libri ejus Exemplaria. Sic autem ille: Domi bellique Majores noſtri cùm reliquas Virtutes, tum earum omnium Matrem imprimis coluere Temperantiam. Similes ſomni, cibi potuſque etiam ex facilè parabilibus obviiſque comparatorum parciſſimis. Panem enim domi faciebant ex iis frumentis in quâque Regione, quorum ager ferax erat, atque ut ea Terra producebat Carne veſcebantur aut Ferinâ (in Venatione plurimum capientes voluptatis, roburque haud exiguum per eam corporis adjicientes viribus) aut animantium Domeſticorum, idque maximè Bubulâ. Piſcium autem frequens uſus erat, non modò quòd abundantem copiam Maria Fluminaque ſuppeditarent, ſed, quòd, per continua bella vaſtatis agris, deſerta rurſum occupare loca protinus (etſi pecora deerant) licebat, victum Mari Fluminibuſque abundè ſuppeditantibus. Ex his igitur tenue ſumentes jentaculum in cœnam uſque ſuſtentabantur, nec cibis pleno ventre gravatus animus ad munia ſua obeünda erat ineptus. Cœnâ utebantur largiore, ut tamen unum non excederent Ferculum. Si quando verò animos exhilarare libebat, potûs genus, quam *Aquam vivam* vocant, non ex Aromatibus exoticis, ſed patriis Herbis Thymo, Mentâ, Aniſo ſimilibuſque odoratis; per deſtillationem, ut nunc quoque fit, conficiebant. Vulgaris alioqui illis quoque potus in uſu quotidiano fuit, quam *Cereviſiam* appellamus. Sed in Caſtris Potum Larices præbebant. Panem, ſibi quiſque, tantâ acceptâ in diem Farinâ, quanta uni ſatis erat; eaque aquâ mixta ſubactaque atque in maſſam compacta, ſubjectis Carbonibus, faciebant: quod & *Romanos* aliquando & ipſum etiam *Antoninum Caracallam* Imperatorem apud *Herodianum* factitâſſe legimus. Carnium illic rarus uſus, niſi quas ex prædâ accepiſſent, eaſque ſemicrudas deſumebant, ſucci ita optimi plurimum ineſſe aſſerentes. Piſcium verò ſiccatorum ad Solem crebrior, atque adeò ſolus uſus, ſi pecora nulla hoſtilis præbuiſſet ager.

Priſcorum *Scotorum* diæta domi.

Diæta in Caſtris.

Eorum Exercitia.

Rurſum, ubi Pax & ab Hoſtibus otium erat, corpora non molli ſegnitie corrumpebant; ſed aut Venatu (cui plurimus apud nos ſemper honor habitus fuit) aut curſibus longinquis, imò impetu Montium Juga ſuperantes, rurſumque dicto citiùs in planum ſeſe præcipitantes; aut Luctis reliquiſque Palæſtricis Certaminibus aſſiduis exercebant: Nudis ſemper capitibus idque tonſis, relictâ modò in fronte, veteri *Hiſpanorum* more, Tortulâ capillorum ac cirro quodam, niſi ægritudo obſtaret, incedebant. Hinc nullus, propter continuam capitis tonſuram, calvus olim apud nos viſus eſt. Pedibus verò aut nudis, aut in calceamentis de induſtriâ humefactis, idque potiſſimùm hyeme, ut, calvariâ ad Solem induratâ & pedibus ad nives & caloris et frigoris ubique patientes eſſent.

Veſtitus.

Veſtimenta autem non ad luxum, ſed ut maximè uſibus accommoda eſſent, ferre gaudebant: Caligas non ultra genua ſurſum ductas, quas ex lino aut lanâ fecerant, Femoralia plerique ex Cannabe; Chlamydes Æſtate quidem ex lanâ ſubtiliore, Hyeme verò ex rudiore contextas, complicatas et in idoneam figuram conſutas.

Cubile.

Cubili Pavimentum, aut ſtrata Sacco Scamna probebant.

Liberorum educatio.

Eam liberis curam parentes ab ineunte ſtatim ætate adhibebant. Neque enim accerſebant lactandis infantibus Nutrices, ſed ſuo ipſæ ſucco Matres Proles ſuas educabant, probri id loco ducentes, nec Adulterii ſuſpicione carere, ſiqua, fortè fortunâ, lacte deficiente, ad nutricationem haud ſufficeret. Hoc enim pacto legitimas proles probari ajebant, ſi, quas utero foviſſent, eaſdem in lucem editas enutrire natura non recuſaret, Matriſque munus ſolæ implentes nullam liberorum partem Nutricibus cederent. Degenerare item nonnihil prudentiſſimi homines à parentum naturâ filios arbitrabantur, familiari Matris in Utero alimento aſſuetos, ubi ad aliena Ubera admoverentur.

Diſciplina Caſtrenſis.

Itaque ferendis omnibus ex aſſuetudine laboribus pares, cùm opus erat, non Æſtate Solem, non Hyeme Frigus metuere, pedibus plerumque iter facere; impedimenta ſua ac ſarcinas interdum onerariis equis, interdum humeris ipſimet ſuis ferre; nullum laborem recuſare, quem Duces aut Caſtris faciendis, aut itinere præceperant. Si quando verò Mars cecidiſſet adverſus, pernici curſu, quo plerique equis haud erant inferiores, Montium Iuga ſuperantes, incumbentium manus Hoſtium evadere. Acceptam autem contumeliam pariter omnibus æqualem inuſtam exiſtimantes, non priùs unquam dolere ceſſabant, animumve curâ laxabant, quàm ignominiam ſanguine hoſtium eluiſſent. Id quod ſingularis efficiebat Militiæ Diſciplina: certatim enim Nobiliſſimus quiſque in primâ Acie verſari, ac, dum facinus aliquod egregium perpetraret, conſpici, pro magnâ gloriâ ducere; benevolentiâ invicem Primates ſideque ſubditi ſuperare contendere. Hac re, ubi Nobilium quiſpiam periculoſè medio prælio verſari conſpectus erat, qui illum ad bellum ſecuti fuerant, Dominorum diſcrimine commoti, in medios ſeſe hoſtes immittere, & aut pro Domino, aut cum ipſo animam profundere ſæpe niſi ſunt.

Virtus Bellica.

Sepulchrorum ornatus.

Nobilium Sepulchra Obeliſcis decorare mos erat, totidem affixis, quot ipſorum ductu hoſtium occidiſſent Nobiles.

Armatura.

Si quiſpiam autem, aut in itinere, aut in Caſtris, Igniario non inſtructus, & Gladium non lateri accinctum, nec manu geſtare deprehenſus eſſet, Loris per magnam ignominiam cædebatur.

(a) Idem de *Hibernis* refert *Solinus* cap. 22.

Levis tum ferè Armatura erat. Loricam aut ferream aut ex corio, Lanceam aut Arcum & Gladium oblongum individuè lateri accinctum, Umbone à Zonâ, propendente, ferebant. Ita enim ad invadendos hoſtes expeditos, nec quicquam, ubi ſuccumberent, fugæ impedimento fore arbitrabantur. (a) Ea autem Arma magnâ cum curâ colebant, præcipuas clariſſimaſque opes in illis ponentes, neque id temerè. Nam ſi quiſpiam Gladium oppignorâſſet, exauctoratus mox commilitii conſortio, ut indignus, prohibebatur, quæ perjuro quoque pœna erat, eaque longè maxima ignominioſiſſimaque. Qui verò metu aut aciem deſeruiſſet, aut Caſtris quòpiam, non obtento à Duce commeatu, profugiſſet, impunè à quovis necabatur, omneſque ejus Fortunæ Fiſco aſcribebantur.

Qui ſtudent cultui, dentibus mari nantium Belluarum inſigniunt Enſium capulos: candicant enim ad eburneam claritatem: nam præcipua viris gloria eſt in armorum nitelâ.

Mulierum Virtus bellica.

Nec minor propè tùm imbecilliori ſexui virtus inerat, quàm ipſis viris. Nam aut Virgines, aut unà cum Maritis Uxores, ſi nec gravidæ eſſent & ætate etiamnum florerent, ad Militiam dabant nomina, haud parvo rebus gerendis auxilio. Cœterùm ad bellum exeuntes, occiſo quod primum obviàm ocurriſſet animali, ſanguine ejus gladii cuſpidem tingentes deguſtabant, ea ſibi proſpera fore auſpicia pollicentes. At ſi in pugna

gnâ proprium effundi vidiſſent ſanguinem, non ſtatim proſtrato animo concidebant, ſed, irritato potius, viribus omnibus in hoſtes, velut furentes, incurrebant. (*b*)

(*b.*) *Solinus* ibid. Puerpera, ſi quando Marem edidit, primos cibos gladio imponit Mariti, inque os parvuli ſummo mucrone auſpicium alimentorum leviter infercit, & Gentilibus votis optat, non alibi, quàm in bello & inter arma, mortem oppetat.

In bellis autem gerendis, aut privatis etiam inimicitiis, nihil dolo, nihilque fraude agebant, aperto Marte decernere ac vincere, generoſum ducentes. Turpe verò arbitrabantur inimicitias blandiloquio occultantes per dolum poſteà nec opinantibus inſultare, cenſentes id imbecillum eſſe, nec ſuis viribus confidentium, Simplicitatem omnes ſinceritatemque ex æquo ſemper colebant. Virorum generoſitas & ſinceritas.

Quum ad bellum eſſet profiſciſcendum, unuſquiſque proprio ſumptu & id ferè abſque conductitio Milite (qui mos adhuc à noſtris obſervatur) ſub Rege militabat. Sumptus bellici.

Morbo Comitiali, amentiâ, maniâ aut ſimili Tabe (quæ facilè in prolem transfunditur) laborantes inter eos, ingenti factâ indagine inventos, ne genus fœdâ contagione ab iis qui ab illis prognati forent læderetur, caſtraverunt: Mulieres hujuſmodi morborum quâvis tabe Leprâve infectas procul a virorum conſortio ablegaverunt. Quod ſi harum aliqua concepiſſe inveniebatur, ſimul cum Fœtu nondum edito defodiebatur viva. Severitas in Morbidos,

Voraces, Manducones, ſupra quàm erat humanum, Helluoneſque & perpetuæ Ebrietati indulgentes aut addictos, ne tam fœda Monſtra in Patriæ dedecus ſupereſſent, flumine mergentes, priùs, quantum libuit & cibi & potûs vorare ac ingurgitare, eis præbentes, miti ſupplicio exterminârunt. Helluones & Ebriosos.

Juſtitia, ut belli temporibus penè exulabat, ita cum pace reducta primas ubique partes agebat, uſque adeò, ut in hanc eſſent partem plus æquo interdum ſeveriores. At in privatis Contractibus ita ſuum unicuique reddunt, ut ad definitam menſuram Auctarium ſemper quoddam accedat. Juſtitia.

(*c.*) Quale adhuc extat in *Anguſia* in Cœmiterio Eccleſiæ de vico *Meigil.*

Diſciplinis utebantur *Ægyptiis*, unde & oriundi erant, Characteribus in rebus ſecretioribus non vulgaribus, ſed figuris animantium quod (*c.*) Monumenta etiamnum oſtendunt Epitaphia depictorum animalium præ ſe ferentia. Cœterùm ea Ars neſcio quâ hominum negligentiâ intercidit. Diſciplinæ

Remanent autem peculiares adhuc literæ, quæ tum illis vulgares erant, Sed apud eos, qui priſcâ utuntur Linguâ, aſpirationes diphthongoſque omnes & quantumvis barbaras voces optimè exprimentes. Non autem eis nunc vulgò utuntur, ſed ſunt qui eas ruri profitentur, magnis ceremoniis Poëtas Regiâ auctoritate creantes. Literæ quibus uſi ſunt.

Præter autem varias Artes, quas in eam Linguam aut traductas, aut à Majoribus traditas acceperunt, imprimis Medicinam excolunt, nec mediocriter cæteris præſtant, qui ab illis didicerunt herbarum illic natarum naturas, vireſque perſpectas habentes, eaſque propè ſolas curandis Morbis adhibentes. Nulla enim Regio adeò averſa à Sole infœcunditatis ſterilitatiſque damnata eſt, quin ad uſus humanos omnibus abundè per divinam Providentiam cuncta ſuppeditentur, ſi ſit modò qui uti ſciat. Huc uſque *Boethus*. Medicina eaque ex Indigenis.

Hæc erat antiqua Majorum noſtrorum ſapientia, hæc illorum virtus inclyta fuit. Nunc, poſtquàm docti prodièrunt, boni deſunt. Simplex enim illa & aperta virtus in obſcuram & ſolertem ſcientiam verſa eſt, docemurque diſputare, non vivere. Noſque etiam rigidâ ac pertinaci Diſciplinâ, quæ priſcos illos penè acernos & χαλκέντερας efficiebat, prætendimus mundi ſenium, ſub quo noſtra hæc tractari molliùs ætas imbecilla velit. Adeò nempe noſtram amamus intemperantiam, eam ut excuſare quam excutere malimus; ſicque nunc plures interimat Gula quàm Gladius. Quantùm nos à Majorum diſciplinâ receſſimus, idque maximo noſtro damno.

CAPUT XVII.

De Cibo, quo parvâ quantitate sumpto dicit Dion *veteres* Britannos *famem & sitim per plures dies tolerâsse.*

Cibi mirum genus apud *Britannos* & famem & sitim arcens.

Dion Cassius de *Severo* scribens hæc de *Britannis* habet; Famem frigusque & labores omnes perferunt. Nam mersi paludibus capite tenùs, per multos dies inediam sustinent: in sylvis autem, corticibus atque radicibus Arborum aluntur. *Certum cibi genus parant ad omnia, quem si ceperint, quanta est unius fabæ magnitudo, minimè esurire aut sitire solent.* Hist. Rom. Lib. 76.

Sæpiùs autem animum meum subit cogitatio, Quisnam cibus sit à *Dione* memoratus, adeò ut operæpretium censerem inquirere de iis quæ ἄλιμα & ἄδιψα, eâ observatione commendata sint, quòd parvâ quantitate sumpta famem & sitim sedent, ut, si fieri possit, eum cibum deprehenderem a *Dione* memoratum.

Quid Græcis ἄ γμα & ἄδιψα.

Græci ἄλιμα & ἄδιψα vocant, quæ famem & sitim arcent Pharmaca. Sic Ἄδιψον Palmæ genus *Ægyptiæ*, quæ gustata sitim sedat: Et verisimile est Glycyrrhizam ἄλιμον ab effectu dici, quod admorsa famem prohibeat. Ita enim censet *Plinius*, *Quædam exiguo gustu famem sitimque sedant, conservantque vires, ut* Butyrum, *Hippace*, *Glycyrriza.* Idem dicit, *Glycyrrhizam* ἄλιμον *appellari.* Nat. Hist. lib. 11. cap. ult. Nat. Hist. lib. 22. c. 9.

Quid nomen ἄλιμα & ἄδιψα meretur.

Certè nomen ἄλιμα & ἄδιψα meretur: id solum, quod exiguo gustu famem sitimque per diutinum tempus arceat, ut in hoc a vulgaribus cibis distinguatur, quòd alii cibi magnâ quantitate & sæpiùs sumantur; illa parva idque uno die sumpta, vel rariùs, id muneris præstent, ut posteà videbimus.

Cibus cur adeò necessarius.

Magna cibi necessitas est quòd Corporis nostri compages ex contrariis tum substantiâ, qualitate, tum figurâ composita mutuâ partium componentium luctâ & pugnâ perpetuò dissolvatur & interitui obnoxia sit, nisi Natura sagax & provida alimentum, seu præsens quoddam particularum exhaustarum supplementum dedisset, ut egregiè *Lucretius*,

Multaque per sudorem ex alto pressa feruntur,
Multa per os exhalantur, cùm languida anhelant.
His igitur rebus rarescit corpus & omnis
Subruitur Natura, dolor quam consequitur rem.
Propterea capitur cibus, ut suffulciat Artus
Et recreet vires interdatus, atque patentem
Per Membra & Venas ut amorem obturet edendi.

Alimenta necessaria facilè parabilia.

Cùm enim perpetuo substantiæ nostræ fluore imminuuntur vires, & partium omnium inde imbecillitas consequatur: ideò restauratione occurrendum, quæ ciborum assumptione peragitur. Quorum multiplex subsidium liberali manu nobis suppeditavit Natura benigna, ut fluxam & momentaneam vitam alimentorum varietate proferre possimus: nec ad hoc longè petitis cibis, & qui magni constant, opus est; sed ἀπορίστοις facilè parabilibus & ad manum, ut canit Poeta, Petron. Arb. Fragment.

Omnia quæ miseras possunt finire querelas,
In promptu voluit canaidus esse Deus.
Vile olus, & duris hærentia mora rubetis
Pugnantis stomachi composuere famem.
Quod satiare potest, dives Natura ministrat;
Quod docet infrænis gloria, fine caret.

Ex cibo multiplici & copiosè ingesto multi oriuntur Morbi.

Sed, cùm ex cibo multiplici affatim sumpto multi oriantur Morbi tum animi tum corporis, & vita nostra multis obnoxia reddatur. Rectè *Seneca*, *Magna pars libertatis, est benè moratus venter & contumeliæ patiens.* Et, ut idem aliàs, *Nunquam major est animus, quàm ubi aliena sepposuit; & fecit sibi pacem nihil timendo, fecit sibi divitias nihil concupiscendo.* Via igitur ad tranquillitatem animi & bonam corporis valetudinem maximè expedita erit per sobrietatem, si discamus membris nostris inniti, & Epist. 123.

usu,

usu, rerum ornamenta metiamur; si cibus famem sedet; potio sitim; eaque fugiamus quæ excitant alliciuntque veluti præstigiis captam appetentiam: cibus enim & potus vitæ & mortis viaticum sunt, quæ ita sumenda sunt, ut simus ad animi & corporis functiones ritè perficiendas alacriores. Subtilis animus molem ventris refugit; corpore meliusculè habito ad cognatas illi actiones inclinatur, venterque repletus despumat in libidinem. Mens sicco corpore fulget, ut stella nitido cælo, quóque ipsi minus est commercii cum corpore, minus est & vitii. At corpus hesternis cibis onustum

Horat. lib. 2. Sat. 2.

— *Animum quoque prægravat unà,*
Atque affigit humo divinæ particulam auræ.

Certè in hoc beati Angeli, quòd nullo alimento egeant. Ab hoc proximum, quàm minimum requirere. Os regi patiens, pro centum Medicis est. Eximii ergo usus erit hæc Disquisitio tum Philosophis, tum Religiosis, tum Militibus & cujusvis conditionis hominibus peregrinantibus, quâ ejusmodi cibos explicemus, qui exiguo gustu famem sitimque per multum tempus arceant, præsertim cùm faciles paratu sint & ubiq; reperiantur.

CAPUT XVIII.

Ubi varia enumerantur, quæ exiguo gustu famem sitimque sedent.

Primorum hominum alimenta.

MOrtalibus alimenta primùm suppeditârunt Herbæ & teneriores Radices, deinde Arborum fructus: adeò ut Glandibus promiscuè, pecorum instar, vescerentur, priusquàm panis usus inventus esset, quod eleganter expressit *Ovidius*, Fast. Lib. 4.

Panis erant primis virides mortalibus herbæ,
Quas tellus nullo sollicitante dabat.
Et modò carpebant vivax è cespite gramen;
Nunc epulæ tenerâ fronde cacumen erat.
Postmodò glans nata est. Benè erat jam glande repertâ,
Duraque magnificas quercus habebat opes.
Prima Ceres homini ad meliora alimenta vocato
Mutavit glandes utiliore cibo.

Frumenta saluberrimum firmissimumque alimentum, & minimè fastidium pariens.

Frumenta certè saluberrimum firmissimumque nobis alimentum præstant; neque unquam illorum satietas, vel in maximâ copiâ subit, cùm cæteri vel suavissimi cibi statim fastidium pariant. Priusquàm verò panis conficiendi ratio innotuerat, *Pulte* vescebantur *Romani*. Pulte *autem*, *non* Pane *vixisse* Romanos *manifestum*, *quoniam inde & Pulmentaria hodieque dicuntur*. Et *Ennius* antiquissimus Vates Obsidionis famem exprimens, *Offam eripuisse plorantibus Liberis* Patres commemorat. Et hodie *Sacra prisca* atque *Natalium* Pulte fritillâ conficiuntur. Parabatur autem Puls ex farre, Polenta ex hordeo mediocriter frixo. Posterioribus etiam seculis in Castris Pulte usos fuisse *Romanos* Auctor *Ammianus Marcellinus*, Et *Imperatori Juliano*, *cui non cupidiæ ciborum regio more*, *sed sub columellis tabernaculi parciùs cœnaturo* Pultis portio parabatur exigua. Hinc Pultiphagi & Pultiphagonides dicti apud *Plautum*. Apud *Scotos* ex avena & aquâ parabatur, & in usu ad hunc usque diem est. Hinc D. *Hieronimus*, quendam Adversarium suum dicit *Scotorum* Pultibus *prægravatum*. Mox Panis usus successit, qui ex omni quidem frumento conficitur, sed ex Tritico præstantissimus: & multi quidem populi Pane & Aquâ cum paucis Leguminibus & Fructibus contenti sunt. Sed relictis alimentis propriè dictis, videamus quæ facultate suâ ἄλιμα & ἄδιψα sunt.

Puls vetus cibus ex quibus parabatur, & ex quibus Polenta.

Puls Scotorum.

Panis usus.

Plin. Nat. Hist. Lib. 18. Cap. 8.

In Mostellariâ & Pœnulo.

Præfat. in 4. Comment. Hieremiæ.

Et primò quidem Theophrastus hæc habet, Γλυκεῖα δὲ ἡ Σκυθικὴ, γίνεται δὲ ἀπὸ τῶν Μειώτων. Et intrà paulò, Δύναται δὲ καὶ τὸν δίψαν παύειν, ἐὰν τὶς ὑπ' αὐτῇ ἔχῃ. Διὸ ταύτῃ τε ἐν τῇ Ἱππακῇ διάγειν φασὶ τοὺς Σκύθας ἡμέρας ἕνδεκα καὶ δώδεκα. H e. *Sitim quoque extinguit, si teneatur in ore. Quâ de causâ tum eâ tum Equestri vocatâ Scythas undecim & duodecim dies tolerare affirmant sitim*, διάγειν reddi debet transigere ut ex Plinii loco patet. Est autem *Hippace* caseus equinus, ut explicat *Dioscorides*, quâ

Hist. Plant. Lib. 9. Cap. 13.

Lib. 2. Cap. 80.

qui quidem virus redolet, at magnoperè alit. *Plinius* autem fallitur, dum Herbam facit. Invenere Herbas univerſæ gentes: *Scythia* eam quæ *Scythice* vocatur. Magna & ea commendatio, quòd in ore eam habentes famem ſitimque non ſentiunt. Idem præſtat apud eoſdem *Hippice*: traduntque his duabus herbis *Scythas* etiam in duodenos dies durare in fame ſitique. Ab eodem *Plinio* Butyrum & Glycyrrhizon commendantur, quòd exiguo guſtu famem ac ſitim ſedant. Nat. Hiſt. Lib. 25. Cap. 8.

Tabaci uſus apud Indos ad famem ſitimque ſedandam.

Nicolaus Monardes in Hiſtoriâ Medicamentorum Novi Orbis refert, quòd uſus ſit etiam *Tabaci* apud *Indos*, famis ſitiſque ſedandæ gratiâ, hoc modo: Conchylia quædam Cochlearum Fluviatilium urunt; deinde atterunt calcis modo. Hujus & foliorum Tabaci æquas partes ſumunt manduntque, donec ex utriſque maſſa fiat, quam in Pilulas Piſo majores atque in umbrâ ſiccatas in uſum reponunt. Facturi iter per deſerta, ubi neque cibum neque potum inventuros ſe putant, harum Pilularum ſecum delatarum unam inter labrum inferius & dentes reponentes, ejus liquorem aſſiduè ſorbent; quâ abſumptâ, aliam reponunt, atque item aliam, donec peregrinationem triduanam aut quatriduanam abſolvant. Iſtâque ratione toto iſto tempore neque famem ſibi moleſtam eſſe neque ſitim aſſerunt. Cujus cauſam eſſe puto, quòd ſorbentes aſſiduè Pilulas illas etiam Humores pituitoſos è cerebro eliciunt, qui deglutiti & in ventriculum demiſſi naturalem ejus calorem humectant, ſed ab eo tandem abſumuntur, aliorum ciborum defectu, ut in multis animalibus obſervare licet, quæ totâ hyeme ſe in ſuis Latibulis continent ſine alicujus alimenti copiâ, quia calor naturalis occupatus eſt in pinguedine abſumendâ, quam Æſtatis tempore collegerunt. Hiſt. Simpl. Medicament.

Nicotiana ad eoſdem uſus conducit.

Hodiè quidem Nicotiana fumans à multis præſens & certiſſimum famis ſævientis levamen prædicatur. Imò dicunt quidam ſe expertos maſticatam quoque eſſe ad famem & ſitim remedium.

Xyris aliaque δυσώδη

Vir admodùm doctus *Hen: Mundy* Med. dicit ſe à puero expertum eſſe famis aciem poſſe à Xyride aliiſque rebus δυσώδεσι retundi, ſed non vires inde ſervari, nedum Fatiſcentes refici. Comment. de Eſculentis.

Vinum.

Vinum generoſum aliique liquores generoſi modicè ſumpti optimè id præſtant. De Vino generoſo ita *Horatius*. Lib. 1. Epiſt. 15.

Ad mare cum veni, generoſum & lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum ſpe divite manet
In Venas animumque meum, quod verba miniſtret,
Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ.

Alia adverſus ſitim remedia.

Raymundus Mindererus in Medicinâ ſuâ Militari varia ad famem & ſitim arcendam exiguo guſtu commendat: ea ſunt panis ſecalini cruſta maſticata adverſus ſitim remedium. *Imperatoriæ* & *Carlinæ* fruſtum maſticatum idem præſtat, ut & *Coſtus* verus Indicus, Radix Officinalis, piſi magnitudine maſticatus idem præſtat.

Recens Mulſum.

Recens Mulſum apud *Plinium* commendatur, qui hæc habet, *Invenio apud Authores hunc potum bibendum alſioſis, item animi humilis & præparci, quos illi dixere Micropſychos. Eſt & ratio ſubtilitatis immenſæ à* Platone *deſcendens. Corpuſculis rerum levibus, ſcabris, angulo ſis, rotundis magis aut minùs ad aliorum naturam accedentibus, ideò non eadem omnibus amara aut dulcia eſſe; ſic & in laſſitudine proniores eſſe ad iracundiam & in ſiti. Ergò & hæc animi aſperitas, ſeu potius animæ, dulciore ſucco mitigatur, lenit tranſitum ſpiritûs & molliores facit meatus, ne ſcindant euntem redeuntemque. Experimenta cuique in ſe. Nullius non ira luctuſque, triſtitia & omnis animi impetus cibi mollitur. Ideoque obſervanda ſunt, quæ non ſolum corporum medicinam, ſed & morum habent.* Nat. Hiſt. Lib. 22. Cap. 24.

Pliniani autem Argumenti vis in eo ſita eſſe videtur, quòd fames ſitiſque ab acidis, acribus & ſalſis ſive Humoribus, ſive Vaporibus excitentur. Quamdiu enim ſufficit iis temperandis, frænandis & coërcendis Humidum dulce ſanguini cum chylo affuſum, tamdiu ſopiti & compoſiti ſunt iſti Appetitus: at illo in partium nutritionem abſumpto, aſſurgunt Halitus iſti, commoventur & fermentantur & efferveſcunt; & niſi ſedetur æſtuantium à cibo potuve aſſumpto tumultus, efferati evadunt, vellicant mordentque ſuperius Ventriculi orificium, ipſum partium Humidum primigenium deprædantur, multaſque turbas excitant, imò debilioribus Lypothymias accerſunt. Quæ omnia, ut pulchrè *Plinius* ex *Platone* innuit, ab anguloſis eorum partibus minùs ad aliorum naturam accedentibus, & poros proinde diſtendentibus. Eaque omnia, ut ille ait, dulciore ſucco aſſumpto mitigantur: illorum enim aſperitas hujus oleoſis partibus oblinitur, & commodior an rotundior redditur. Acrimonia

nia parte ſpirituoſa edulcoratur, aqueâ diluitur, terreſtri figitur & concentratur. Ideò ira, luctus & graviora quæque animi pathemata cibo molliuntur, imò franguntur & ad temperiem reducuntur.

CAPUT XIX.

Ubi accuratiùs expenditur Locus Dionis *noſtræque de Cibo illo Conjecturæ traduntur.*

Xiph. in Severo.

Caledonii & Mæatæ duo Britannorum genera.

Joannes Xiphilinus, qui Epitomen *Dionis* ſcripſit, dum *Severi* Expeditionem in *Britanniam* tradit, *Britannorum* duo facit genera *Caledonios* & *Mæatas*: nam cæterorum (inquit) nomina ad hos ferè referuntur. Incolunt *Mæatæ* juxta eum Murum, qui Inſulam in duas partes dividit. *Caledonii* poſt illos ſunt. Poſſident utrique Montes aſperrimos, &c. Quòd *Caledonii Picti* fuerint, voluit *Buchananus* Quæritur autem, quinam *Mæatæ?* Et ego quidem *Scotos* eos fuiſſe contendo, eoſque ex iis eſſe, qui Senecæ dicuntur *Scoto-Brigantes*. Sed quoniam quidam contendunt eſſe aliter legendum *Senecæ* locum, & ſic quidem,

Rer. Scot. Lib. 2.

In Apocolocyntoſi.

Ille Britannos *Ultra noti Littora Ponti,*
Et cæruleos Scuta Brigantas *Dare Romuleïs*
Colla Catenis Juſſit, & ipſum Nova Romanæ
Jura Securis Tremere Oceanum.

Alii Cute.

Ego duorum clariſſimorum hujus ſeculi Criticorum Teſtimonia pro nobis adducam. Primus eſt *Joſephus Scaliger*: is enim Notis ad Lib. 4. *Tibulli* Panegyrico ad *Meſſalam*, ad hunc Verſum

Joſephi Scaligeri Teſtimonium.

Te manet invictus Romano Marte Britannus,

Hæc habet, *Invictus ſanè adhuc eo tempore: nam hactenus ne Cæſar quidem eos ſubjugavit. Primus Cæſarum Claudius de eo triumphavit, quod teſtatur Seneca in Apocolocyntoſi in Choricis Anapæſtis.* [*Et Cæruleos Scoto-Brigantes*] *pro quo ineptiſſimè hodie editur Scuta Brigantas.* Alter locus *Joſephi Scaligeri* eſt in Animadverſionibus ejus in Chronologica *Euſebii*, p. 190. *Seneca & cæruleos Scoto-Brigantes*, ut olim feliciter à nobis emendatum eſſe aſſerimus. *Brigantes* ſunt populi *Hiberniæ* Ptolomæo, qui in *Britanniam* trajecerunt. De his Juvenalis,

Dirue Maurorum Attegias, caſtella Brigantum.

Ab *Antonino Pio* in ordinem redacti finibus ſuis ſeſe continuerunt, adhucque *Hibernicam* linguam retinent, homines ſemiferi, quos *Sylveſtres Scotos* vocant. Pauſanias Arcadicis de *Antonino Pio*. Ἀπετέμετο δὲ ὁ τῶν ἐν Βρεττανίᾳ Βριγαντῶν τὸ πολλὸν, ὅτι ἐπεσβαίνειν ὁ ἔτι σὺν τοῖς ὅπλοις ἦρξαν τῆς Γερμανίας μοῖραν ὑπήκοος Ῥωμαίων. Hodiéque Inſcriptiones in *Scotiâ* extant, in quibus mentio eſt Legionis II. & Cohortis cujuſdam, quâ *Antoninus Pius* indomitæ feritati illius gentis frænum impoſuit. In Pago Miniabruch: D.M. C. Julii MARCELLINI. PRÆF. COH. I HAMIOR. In Turri quâdam pervetuſtâ in *Glaſco Imp. Cæſ.* TITO. ÆLIO. HADRIANO. ANTONINO. AUG. PIO. P. P. LEG. II. AUG. PER. M. P. III. DCIX. VI. S. Ibidem in elegantiſſimo Saxo LEG. II. AUG. FEC. Has tres *Scoticas* Inſcriptiones habuimus ab optimo & ornatiſſimo Viro *Criſpino Gericio Elbingenſi Boruſſo*. Et infra; Quos hodie *Wilde Scotten* vocant qui ſunt veri *Brigantes*. Et inferiùs adhuc; Qui igitur *Brigantes* dicuntur *Pauſaniæ*, *Ptolemæo*, *Juvenali*, illi *Claudiano* & inferioris Seculi Auctoribus ſunt *Scoti*.

Alter eſt magnus *Salmaſius*, qui in Exercitationibus ſuis *Plinianis* ad *Solinum* p. 189. hæc habet: Et ſanè *Pictos*, ſive *Agathyrſos*, ſive *Gelonos*, haud aliter interpretari liceat, quàm aliquo colore fucatos. Sic *Picti Scoto-Brigantes* Senecæ, & *Picti* populi *Britanniæ* ab eadem ratione dicti.

Salmaſii Teſtimonium.

Geograph. Lib. 2. Cap. 2. 3. & 6.

Certè *Ptolomæo* in *Hiberniâ Brigantes*, & in *Albione* quoque *Brigantes*. Sub *Elgovis* & *Ottadinis* ad utraque Maria habitant *Brigantes*, in quibus Urbes *Epiacum*, *Vinnovium*, *Caturactonium*, *Calatum*, *Iſurium*, *Rhigodunum*, *Olicana*, Eboracum;

& in *Hispaniæ Tarraconensis* Septentrionali latere *Flavium Brigantium*. Nam *Brigantes Britanniæ* ἄποικοι fuere *Brigantum Hiberniæ*; Qui quoque, & eorum in *Britanniâ* vicinis *Silures*, ex *Hispaniâ* utrique venerunt. Pingebantur veteres *Britanni*, non ad decorem, sed ut cæruleus color terribiliorem pugnantium speciem in Acie hostibus offerret. Is verò color quomodo in angusto Scuto terribilis videri posset, non intelligo. Itaque verisimile est, ab homine doctissimo & *Britannicarum* rerum perito, ut qui totam Insulam, juxta *Dionem*, usuris oppressam teneret, *Scoto-Brigantes* scriptum fuisse, ut diversi ab *Hispanis* & *Gallis Brigantibus* intelligerentur. Eodem quoque pertinet illud, quòd eodem carmine *Britannos* & *Brigantes* separavit, velut diversas nationes: quod à nonnullis *Britannicis* scriptoribus est factum, qui *Britanniæ* finem *Humbrum* faciunt. Ipse certè *Cæsar*, dum de Incolis *Britanniæ* agit, huic divisioni dat locum, dum ait, Interior pars ab iis incolitur, quos natos in Insulâ ipsi memoriâ proditum dicunt: maritima pars ab iis, qui, prædæ ac belli inferendi causâ, ex *Belgio* transierant, qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eò pervenerunt, & bello illato ibi remanserunt, atque agros colere cœperunt.

Buch. Rer. Scot. Lib. 2.

De Bello Gal. Lib. 5.

Quòd verò *Claudius* de *Britannis* triumpharit, præter hunc locum *Senecæ*; confirmat alter *Seneca* in *Octaviâ* Tragœdiâ,

> *Et qui Britannis primus imposuit jugum.*

Historici præterea, Lapides & Nummi. Eadem verba *Cassiodorus* retulit, *Crispino* & *Tauro* Cos. Hoc ipso anno. Debellatæ *Britanniæ* autem ductu *Plautii* Præfecti virtute *Vespasiani*. Inde summam Victoriæ ei attribuit *Valerius Flaccus* Poëta,

> *Tuque ô Pelagi cui major aperti*
> *Fama, Caledonius postquam tua carbasa vexit*
> *Oceanus, Phrygios prius indignatus Julos.*

Manifestò ait *Britanniam* à C. *Julio Cæsare* frustra tentatam, à *Claudio* repetitam & domitam fuisse, ejusque Victoriæ majorem partem ad *Vespasianum* pertinere. *Pomponius Mela*: *Britannia qualis sit, qualesque progeneret, mox certiora & magis explorata dicentur: quippe tamdiu clausam aperit ecce Principum maximus. Nec indomitarum modò ante se, verùm ignotarum quoque gentium victor, qui propriarum rerum ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat. Isaacus Vossius* celeberrimus Criticus legit, *Qui propriarum rerum fidem ut bello adfectavit*: & notat, quòd sic omnes etiam antiquissimi Codices locum hunc exhibent: Sensus est, *Claudium Cæsarem* affectâsse bello istud efficere, nequis in posterum de *Britanniâ* & rerum suarum fide dubitaret. Antequàm enim *Claudius* eam pacificaret, incerta erant omnia, quæ de *Britanniâ* ferebantur, nec constabat, utrùm esset Insulâ, an alterius Orbis initium, an Nomen vanum: quia non satis credebatur iis, quæ de hâc scripsit *Cæsar*. In veteri Epigrammate ad *Claudium* de captâ *Britanniâ*,

In Observat. ad *Pomp. Mel.* Lib. 3. C. 6.

> *Fabula visa diu, mediòque recondita Ponto*
> *Libera victori quàm citò colla dedit.*

Addit dein *Mela* illum etiam triumpho declaraturum *Britanniam* non esse Nomen tantùm.

Posteà autem, cùm iidem *Scoto-Brigantes* (ut habet *Pausanias*) *Genuinos* P. R. Socios armis lacessiêrant, ab *Antonino Pio* magna agri pars iis adempta: unde magis Septentrionem versus sedes suas movere coacti sunt. Et ex hisce necessariò fuere *Mæatæ*, quos dicit *Xiphilinus* incolere juxta *Murum*. Doctissimus *Langhornius* dictos *Mæatas* dicit, quod orti sint à *Mæotis*. Et quidem verisimile admodùm est, & argumentum nobis præbet *Scotos* fuisse, ut habet quoque Epistolâ ad Pontificem *Romanum* scripta a Communitate *Scotiæ* data apud Monasterium de *Aberbrothok* 6. *Aprilis* 1320, cujus Originalem Membranam cum appensis Nobilium Sigillis per aliquod tempus, concessione illustrissimi Comitis de *Hadingtoun*, habui. Talis illic traditur *Scotorum* Origo; *Scimus sanctissime Pater, & ex Antiquorum gestis & libris colligimus, quòd inter cæteras nationes egregias nostra scilicet Scotorum natio* multis præconiis *fuerit insignita, quæ de Majori Scythiâ per Mare Tyrrhenum & Columnas Herculis transiens, & in Hispaniâ inter ferocissimos per multa temporum curricula residens.* Et infra

In Arcadicis Lib. 8.

In tractatu, cui Titulus Introduction to the History of England pag. 40.

Qualis fuit Scotorum Origo apparet ex Epistolâ scripâ ad Pontificem Romanum à Communitate Scotiæ an. 1320.

infra: *Indeque veniens post mille & ducentos annos à transitu populi Israelitici sibi sedes in Occidente, quas nunc obtinet, adquisivit.*

Hinc constat *Mæatas* illos (*Mæotas* legendum) *Scotos* fuisse, ita dictos, quòd ex locis circa *Mæotidem* Paludem exorti sunt. Illa enim loca in Majori *Scythiâ* sunt. Et (ut Capite præcedente observatum est) *Scythica* illa herba, quam *Theophrastus* ad sitim tolerandam commendat, nascitur ad *Mæotim*; ut nunc restet tantum inquirendum, num *Scoti* nostri prisci simile quid in usu habuerint. Et primò quidem, Cibus ejusmodi in usu apud eos fuit, quem ita describit Hector Boëthius, *Semper autem massam quandam ex farinâ, butyro, caseo, lacte atque aceto temperatam contra extremam famem domo asportabant, multos nonnunquam dies, ubi extrema commeatus inopia premebat, ejus suctu appetitum lactando, vitam sustinentes.*

Mæatæ Scoti, & unde sic dicti.

Hist. Plant. Lib. 9. Cap. 13.

Scythica herba supra memorata ad Mæotidem Paludem nascitur.

Fol. 11.

Quo cibi genere prisci *Scoti* diu famem tolerabant.

Sed quoniam *Xiphilinus* ex *Dione* tradit, quòd Corticibus atque Radicibus Arborum aluntur, ne ille quidem à Boëthio appositus cibus mihi videtur esse is à *Dione* & *Xiphilino* memoratus. Et cùm in hunc usque diem *Scoti* nostri Montani (qui priscorum victum & mores magis retinent) Tubera rotunda & nigra adnascentia radicibus Plantæ cujusdam (quæ apud illos *Karemyle* dicitur, quæ Tubera adnascentia saporem habent *Glycyrrhizæ*) ad famem & sitim tolerandam masticant, & aquam cum iis temperant pro potu, ut mihi relatum est à plurimis, præsertim à nobilissimo & doctissimo Viro D. *Georgio Mackenzio* de *Tarbut* Equite et *Archivorum Regni Custode*: ejus ego Plantæ Tubera cibum fuisse sentio à *Dione* memoratum. Utque id credam, inde persuasus sum, quòd docti communiter Plantam à *Theophrasto* traditam interpretantur esse *Glycyrrhizam vulgarem*: quod ideo probabile est, quòd in illis locis & vicinis sponte proveniat *Glycyrrhiza*; quæ cùm non sponte nascatur in ullâ *Britanniæ* parte (in cultis quidem plantata lætè et copiosè ubique provenit et magnâ quantitate exportatur) Majores nostri, qui ex *Majori Scythia* oriundi sunt, ubi *Glycyrrhiza* sponte provenit, cùm hujus Plantæ Tubera invenirent esse saporis *Glycyrrhizæ*, eaque ad eosdem usus valere, eadem usurpârunt.

Cibus *Dionis* fuit Planta indigena *Karemyle* dicta.

Planta autem ea est, quæ *Astragalus Sylvaticus Thalii* dicitur: *Sylvaticus foliis oblongis glabris* B. P. *Astragaloides sive Astragalus Sylvaticus Fuchsii*, *vel* Chamæbalano leguminoso affinis Planta J. B. *Orobus sylvaticus nostras perennis siliquis propendentibus radice tuberosâ Historiæ Oxonienſis Morisonii* nostri, Cujus Iconem libro tertio dabimus atque fusè de eâ agemus.

CAPUT XX.

De *Modernorum* Scotorum *Moribus.*

Scoti Montani & inferioris plagæ.

SCoti in *Montanos* (qui se *Scotos* priscos dicunt) & *Scotos inferioris plagæ* dividuntur, qui linguâ, vestitu, vivendi modo, institutis & moribus vitæque genere admodùm differunt.

Scotorum Montanorum descriptio.

Lib. 4. Epist. 20.

Scotis Montanis planè conveniunt illa *Sidonii Apollinaris*, *Pedes primi perone setoso, talos adusque, vinciebantur, genua, crura suræque sine tegmine. Vestis alta, stricta, versicolor vix appropinquans exertis poplitibus: Manicæ sola Brachiorum principia velantes: viridantia Saga limbis marginata puniceis: penduli ex humero Gladii: Lanceis uncatis securibusque missilibus dextræ refertæ, clypeis lævam partem adumbrantibus, quorum lux in orbibus nivea, fulva in umbonibus, ita censum prodebat ut studium.* Eorum mores graphicè describit *Buchananus* noster in hunc modum,

Rer. Scot. Lib. 1.

In victu, vestitu, totâque rei domesticæ ratione, antiquâ utuntur parsimoniâ. Opsonatio illis est venatus & piscatio. Carnem aquâ in omasum, aut cæsi pecoris pellem infusâ coquunt: in venationibus interim, sanguine expresso, crudâ vescuntur. Pro potu est jus carnium elixarum. Serum lactis aliquot annos servatum in conviviis etiam avidè bibunt. Major pars aquâ sitim sedat. Panem ex avenâ et hordeo (quæ sola frugum genera in illis regionibus proveniunt) conficere non injucundum ex diuturno usu peritiâ quâdam adhibitâ consueverunt. Manè ex eo paulum degustant, eóque contenti

„venantur: aut, ſiquid aliunde operis eſt objectum, uſque ad veſperum cibo abſti-„nent. Veſte gaudent variâ, ac maxime virgatâ. Colores amant maximè purpureum „ac cæruleum. Majores ſagis verſicoloribus plurifariàm diſtinctis utebantur, ut adhuc „pleriſque mos eſt. Verùm plures nunc magis fuſcas, & ericæ frondes proximè imi-„tantes, ne in ericetis cubantes luce floridâ veſtis agnoſci poſſint, ferunt. His involuti „potius, quàm tecti ſæviſſimas tempeſtates ſub dio tolerant, ac interdum nivibus ob-„ruti ſomnum capiunt. Domi etiam ſuæ humi cubant. Subſternunt filices aut ericam, „ſed hanc radicibus deorſum, frondibus ſurſum verſis: adeóque ſcitè hâc ratione le-„ctos concinnant, ut mollitie cum plumâ certent, ſalubritate longè ſuperent. Erica „enim naturali ſiccandi vi prædita ſupervacuos humores exhaurit, nerviſque eorum „moleſtiâ liberatis ſuum vigorem reſtituit, ita, ut qui veſpere languidi & laſſi decubue-„runt, manè vegeti & alacres reſurgant Omnibus non negligentia modò in culcitris & „ſtragulâ veſte, ſed affectatio inculti horroris & duritiei ſumma eſt. Siquando uſus, „aut neceſſitas eos in peregrinum ſolum trahit, culcitras & hoſpitum ſtragula humi „provolvunt, ac ſuis veſtibus involuti ſe quieti componunt: ſolliciti videlicet, ne bar-„bara illa (ut ipſi vocant) mollities patriam & ingenuam duritiem contaminet. In „bello autem, quibus corpora tegunt, arma ſunt caſſis ferrea & lorica ferreis annulis „confecta, plerumque ad talos uſque demiſſa. Tela adverſus hoſtem arcus & ſagittæ, „maximâ ex parte hamatæ, ferreis utrinque barbulis eminentibus, quæ niſi vulnere la-„tè patefacto è corpore extrahi non poſſunt. Sunt qui enſibus latis, aut ſecuribus pu-„gnent. Loco tubæ tibiâ utuntur utriculari. Muſicâ maximè delectantur, ſed ſui gene-„ris fidibus, quarum aliis chordæ ſunt æneæ, aliis è nervis factæ, quas vel unguibus „prælongis, vel plectris pulſant. Unica illis ambitio eſt, ut fides multo argento exor-„nent & gemmis. Tenuiores pro gemmis cryſtallum adhibent. Accinunt autem car-„men non inconcinnè factum, quod ferè laudes fortium virorum contineat. Vetere Gallorum ſermone paulùm utuntur. Itinerantes aſperrimâ hyeme, intenſiſſimis frigo-ribus, lagenulâ aquæ vitæ & caſeolis aliquot muniti (nam de opſonio aut pane parùm ſolliciti ſunt) longiſſima itinera ſine incommodo pedibus emetiuntur.

Orcadenſium deſcriptio ex *Buch.* libro citato.

Orcadenſes quoque linguâ à *Scotis* & *Anglis* diversâ utuntur, & quæ à *Gotthicâ* non multùm diſcrepet. In convictu quotidiano multum è vetuſtâ parſimoniâ adhuc vulgus retinet: itaque perpetuâ ferè corporis & animi ſanitate omnes fruuntur. Rari morbis, plerique ſenio ſolvuntur; pluſque apud eos deliciarum ignorantia, quàm apud alios Medicorum ars & diligentia, ad ſalutem tuendam prodeſt. Eadem parſimonia & ad formæ elegantiam & ad ſtaturæ proceritatem plurimùm facit. Frugum proventus eis exiguus eſt, præterquam avenæ & hordei, ex quibus eis & panis & potus ſuppetit. Ex gregalibus animantibus oves, boves & capræ non infrequentes, unde multis eis lactis, caſei & butyri eſt uſus, aves marinæ innumeræ: ex his ferè & piſcibus victus eorum magnâ ex parte conſtat. Nullum ibi venenatum animal, ac ne deforme quidem aſpectu apparet. Sunt eis equulei, ſpecie quidem contemptibiles, ſed ad omnes uſus, ſuprà quàm credi poteſt, ſtrenui. Nunc autem, vicinis nationibus invaleſcente luxuriâ corruptis, paulatim diſciplinâ vetere labefactatâ, blandientibus quoque deliciis ipſi ſeſe dedidere. Multùm etiam præcipitantem temperantiam impulere Piratarum commercia, qui ex Inſulis aquantur, & vina merceſque alias aut commeatibus mutant, aut vili pretio diſtrahunt. Inſulani autem non omnino inviti ſecuritatem cum lucro conjunctam, adblandiente etiam voluptate, vel receperunt vel non rejecerunt.

Hethlandicorum deſcriptio ex eodem lib.

Victus quoque ratio *Hethlandicis* eadem quæ *Orcadenſibus*, niſi quod juxta copias domeſticas paulò aſperior. Veſtiuntur *Germanico* ritu, ſed juxta facultates non indecorè. Proventus illis eſt ex panno ſui generis craſſo, quem *Norvegis* vendunt, ex oleo è piſcium inteſtinis confecto, è butyro, è piſcatu. Piſcantur naviculis duorum ſcalmorum, quos factos è *Norvegis* coëmunt. Quos ceperint piſces, partim ſale condiunt, partim vento ſiccant. Ex iis ferè rebus divenditis pecuniam conficiunt. Menſuris, numeris ac pondere, ad morem *Germanicum*, utuntur. *Germanicus* etiam, aut penè vetus *Gotthicus* eſt illis ſermo. Ebrietatem ignorant, niſi quòd ſingulis menſibus ſe mutuò invitant, eoſque dies hilarè & ſimpliciter, ſine rixis & cæteris, quæ fert ebrietas, vitiis tranſigunt, eamque conſuetudinem ad mutuam amicitiam retinendam facere ſibi perſuadent. Salubritatis firmitudo in *Laurentio* quodam noſtrâ ætate apparuit, qui poſt centeſimum annum uxorem duxit. Centeſimum quadrageſimum annum agens ſæviſſimo mari in ſuâ naviculâ piſcatum prodibat, ac nuper nullâ vi gravioris morbi labefactatus, ſed ſenio ſolutus deceſſit.

Qui-

Qui inferiorem plagam *Scotiæ* habitat populus, mixtus eſt ex antiquis *Scotis*, *Gallis*, *Anglis*, *Danis*, *Germanis*, *Hungaris* aliiſque. Et gentium, ex quibus oriundi ſunt, naturam redolent, ad *Gallorum* autem temperaturam & mores maximè accedunt, propter longum fœdus inter utramque gentem *Caroli Magni* & *Achaii* noſtri tempore initum, mutuaque inde commercia & connubia, & mutua quoque rebus periclitantibus ſubſidia. Accedit, quòd, qui ſcientiis & belli artibus ſe applicant, prima tyrocinia ferè omnes in Galliâ ponunt.

Inferioris plagæ populus ex quibus compoſitus, & ad quorum mores proximè accedat.

Barcl. Icon animorum.

Scotis autem eſt animus ad humanæ conſuetudinis culturam facilis, & corporis habitus ſupra multas gentes. Præceps iis ad omnia animus, quæ ſpes ſemel perſuaſit, cui maximè credunt: Iracundia in promptu, ſed quam facilè poſt primos impetus mitigant. Ingenia *Scotorum* vivida ſunt, excitata, ignea, ſapientiæ capeſſendæ maximè idonea. Animi illis, in quæcunque ſtudia inclinant, mirifico ſucceſſu inclyti, ut nullis major patientia Caſtrorum, vel audacia pugnæ, & Muſæ nunquam delicatiùs habeant, quàm cùm inciderunt in *Scotos*. Etiam urbanis negotiis pares, ad omnis fortunæ vitæque genera ſuam induſtriam aptavere. Nihil eſt, quod non ſuperare potuiſſet ingenium *Ioannis Duns-Scoti*, ſi tempora modò cultum animi elegantiorem ipſi non invidiſſent. Nunc in Scholaſtico illo (curioſone magis an utili) de rebus ſacris diſputandi genere nihil eo acutius, nihil accuratius, nihil abſolutius. *Subtilem Doctorem* vulgus, *Scaliger* etiam *Limam veritatis* vocat. Alterum *Scotiæ* Lumen fuit *Geo. Buchananus*, Poëta incomparabilis, qui Odâ, Elegiâ, Tragœdiâ non ſolùm noſtri ſeculi homines ſuperavit, ſed antiquiſſimos æquavit. *Ioannes* quoque *Barclaius Argenide* ſuâ immortale ſibi nomen peperit. Illos nominaſſe ſufficit qui extra omnem controverſiam ſumma ſeculi ſui ornamenta fuere.

Scotorum ingenia & mores.

Ioan. Duns-Scotus.

Exercit. 324.

G. Buchananus.

Jo. Barclaius.

Scoti omnis generis exercitiis utuntur. Jactu brachia, ſaltu crura, curſu pedes exercent. Quidam ad ſcopum jaculantur. Nobiliores, præter Venationem, quâ valdè delectantur, diſcunt equos in gyrum flectere, ac pilâ, choreis, haſtiludiis, militaribuſque Velitationibus ſe exercent. Sed maximè ſeſe oblectant certaminibus de curſu equorum, quos parant in eam rem velociſſimos, & diætâ & exercitiis alunt, quò magis diſpoſiti ad curſum ſint. Hoc certè præ multis gentibus laudis habet *Scotia*, quod invicta bello, viginti jam Seculis *Imperii* formam longâ ſerie ad hunc uſque diem ſervavit. Centum enim & decem Reges numerantur à *Ferguſio* ad *Carolum* ſecundum, qui nunc regnat, quem diu ſoſpitem conſervet Deus, & faxit, ut in perpetuum regnet ejus Stemma.

Scotorum variâ exercitia.

CAPUT ULTIMUM.

De Ἀυτάρκεια SCOTIÆ.

Seu de ejus fœcunditate in iis producendis, quæ ad vitæ uſus neceſſaria ſunt.

Scotia noſtra, arcto licet ſpatio concluſa ſit, propter Soli ſui inæqualitatem, tamen Regionum etiam ſub diverſis cœli cardinibus variam indolem redolet. In quibuſdam enim locis terra pepetuis ferè nivibus obducta riget; in aliis Lacus nunquam congelaſcit, ſolum bitumine accenſo fumat. Hîc Saxo ſterilis ac Lacubus horrida, adſpectu triſtis eſt, ſolamque Ericam producit; illîc optimarum Frugum ferax felicibus quoque Paſcuis abundat. Nec ſuperficie tantùm ſuâ varias diverſaſque Terras imitatur: ſed &, quoniam eam benignioribus Radiis Sol per Æſtatem diutius fovet, quæcunque ferè ſunt in Regionibus aliis cœlo & ſolo diverſiſſimis (quaſi utriuſque Orbis opes in hoc Terræ punctum congereret liberalis Natura) ea omnia in fertili ejus gremio inveniuntur.

Scotiæ diverſarum Regionum indolem redolet.

Ejus Soli felicitas.

Et ſummâ quidem copiâ proveniunt optimæ Fruges Triticum, Hordeum, Avena, Secale; & Legumina meliora Fabæ et Piſa, quæ in cibum et potum nobis cedunt, ut, licet (quæ noſtra fœcunditas) abundet populus, levi tamen pretio quilibet ea, quæ ad vitam neceſſaria ſunt, comparare poſſit.

Fruges.

Vino quidem caremus magno noſtro commodo, quòd frequens ejus uſus plurimorum inæquali temperamento non conveniat, in quibus ſcilicet exteriora frigcant, interiora urantur. Varios autem potus habemus, nobis certe cum commodiores tum ſalubriores, Zythum & Cerviſiam, quæ ex Hordeo quoque, ſed cum Lupulo paratur. Noſtri autem *Montani* bibunt ſerum lactis aliquot annos ſervatum, etiam in conviviis, idque potionis genus *Blandium* appellant. Nobiles Pomaceum quoque bibunt ex patriis pomis expreſſum, quod quidem in Scorbuticis & Melancholicis Morbis aliiſque valdè commendatur: nervoſum autem genus minùs quàm Vinum tentat, & ſtomacho gratus potus eſt. Nobiles quoque potûs genus è Groſſulis & è Rubi Idæi fructibus parant refrigerans & gratum. *Montani* autem *Scoti* ſpiritum ex hordeo & herbis quibuſdam indigenis & hortenſibus parant, qui multi uſus apud illos eſt. Illi quoque aquam fontanam (quâ ſolâ ferè apud illos plebs utitur) temperare ſolent Tuberibus illis rotundis, quæ Radicibus *Aſtragali ſylveſtris Thalii* adnaſcuntur, in ea maceratis, quæ dulcem Glycyrrhizæ ſaporem ei conciliant.

Potusvarii.

Butyri copia,

Oleo quoque caremus: ſed ejus defectum abundè ſupplet magna Butyri abundantia, quod nobis quidem & uberius alimentum, & ſuavius & gratius condimentum præbere videtur. Et, ſi ſublato quandoque per Bella commercio, ſaccharo & aromatibus privemur, Mel ſatis abundè habemus & Sal, quæ ejus uſum commodè ſatis ſupplere poſſunt: Rhaphanum autem Ruſticanum, Angelicam, Caryophyllatam, Scorzoneram, Roſmarinum, Betonicam, Mentham, Abſinthium, Lilii Convallium flores, Crocum, Cepam *Askelonicam*, Allium, Cochleariam & Naſturtia, quæ magis corporibus noſtris quam Aromata conveniunt.

Mellis & Salis.

Plantæ aromaticæ.

Succi acidi, qui nobis abundant.

Et, ſi Citriis, Limonibus, Malis Granatis & Aurantiis careamus, præter Pruna varii generis Ceraſaque, non minùs utiles & gratos ſuccos nobis conceſſit Naturæ benignitas; cùm Acetoſam, Acetoſellam, Berberim, Ribeſia & Uvas criſpas dederit.

Plantæ culinariæ.

Quæ verò Culinariæ Plantæ ſunt, Cepa, Allium, Moly, Porrum, Napus, Rapum, Raphanus, Beta rubra, Tragopogon, Siſarum, Paſtinaca tenuifolia, Apium ſeu Petroſelinum, Braſſica, Naſturtium, Eruca ſativa, Beta vulgaris, Spinachia, Lactuca, Cichoreum, Intybus, Urtica minor & major, Cerefolium, Tanacetum, Thymum, Satureia, Borago, Bugloſſum, Portulaca, Pimpinella ſpicata minor, Valerianella, Dracunculus hortenſis, Crithmum, Naſturtium *Indicum*, Sinapi, Fœniculum, Cuminum, Carvi, Aniſum, Coriandrum, Anethum, Aſparagus, Lupulus, Sambucus, Cinara ſativa, Malûs variæ ſpecies, Pyrus, Cydonia, Perſica, Armeniaca, Nux Juglans, Corylus, Rubus *Idæus*, Rubus, Ribes, Uva criſpa, Myrtillus *Germanorum*, Fragaria, eæ omnes lætè & copioſè apud nos proveniunt.

Animalium quadrupedum carnes.

Quæ in cibos veniunt animalia omnis generis, ea magno proventu apud nos ſunt, & quidem egregii ſaporis, Boves, Oves, Capreæ, Sues, Lepores, Cuniculi, Cervi.

Lac, Butyrum, Caſeus.

Et, quæ ex mitioribus Animalibus Bove & Ove proveniunt, Lac, Butyrum, Caſeus magnâ copiâ ſunt.

Aves.

Aves autem, quæ cibum ſuppeditant, Gallinaceum genus, Columbæ, Urogallus major, Gallus paluſtris, & qui niger dicitur, Perdices, Gallinagines, Turdi, Alaudæ, Coturnices, Rallæ, Anſeres domeſtici & feri, Anates quoque domeſticæ & feræ. Quædam etiam marinæ aves, noſtræ peculiares Regioni, egregii ſaporis, Lyræ, Anas Arctica & Anſeres *Solanæ*, quæ mixto ex carne & piſce ſapore, gulæ mirè adblandiuntur.

Piſces.

Mare verò noſtrum piſcibus adeò ſcatet, iiſque optimæ notæ, ut non ſolùm nos habeamus, quæ uſui noſtro ſufficiant & quæ exteris divendamus, ſed & *Batavi* ex piſcatu è noſtro Mari, quæ ipſis pro victu inſerviant, & quæ vel ad remotiſſimas oras diſtrahant, nanciſcuntur. Valdè enim apud nos abundant Tructæ variarum ſpecierum, Lucii, Percæ, Anguillæ, Salmones, Sturiones, Aſelli, Haleces, Scombri, Squatinæ, Soleæ, Rhombi, Lupus marinus *Schonveldii*, Eperlani, Cancri, Aſtaci, Oſtrea, Mituli, Cochleæ, Pectunculi.

Metalla & Mineralia.

Sed & Mineralia & Metalla omnis generis apud nos reperiuntur Aurum, Argentum, Cuprum, Ferrum, Plumbum, Sulphur, Alumen, Vitriolum, Et, quæ inſtrumenta Luxuriæ ſunt, Non ſolum apud nos Lapides Architecturæ utiles, ſed & Marmora omnis generis & Alabaſtrum, Achates, Jaſpis, Corneolus, Talcum; & quæ Terræ, Artificibus utiles, Ochra, Rubrica, paſſim reperiuntur.

Quæ Fluvii, Mare & Fontes Medicati ſuppeditant.

Fluvii Margaritas ſuppeditant, etiam melioris notæ; & Mare in uſus noſtros evomit Sperma Ceti, Succinum et *Ambram Griſeam* fatiſcentis naturæ ſubſidium.

Fontes

Fontes quoque Medicati variis in Morbis salutares passim ebulliunt.

Magnam verò pro commerciis opportunitatem præbent Flumina insigniora & ferè undique circumfluum Mare.

Quod Regionis incommoda attinet, si Aëris intemperiei frigidæ diu expositi videmur, in Montanis Regionibus frequentes Sylvas, in humiliori plagâ Carbones fossiles, aut aridæ illius Terræ *Moss* dictæ Tessellas habemus, ex quibus peti possunt optima ignis fomenta. Quòd si ex salsuginoso crassiorique Maris vapore attracto, & impeditâ, propter Aëris frigiditatem, diapnoë, sanguis diathesin Scorbuticam aliosque Morbos à redundante sero contrahere aptus est, etiam adversus hæc mala provisum est nobis Plantis Indigenis sponte nascentibus, ut Cochleariâ, Nasturtio & Trifolio Aquatico, Acetosellâ, Rhaphano Rusticano & aliis, quæ contractam sanguinis labem emendent. Proindéque nos summi Numinis bonitatem omnibus viribus nostris laudare, ejus sapientiam mirari, potentiam adorare decet, operumque ejus non solum contemplatores, sed & gratos enarratores nos exhibere.

Optimè adversus Regionis incommoda provisum est.

Psal. 8. v. 3. ad finem.

Luce quum cœlos vitreâ serenos,
Pollentis opera dextræ
Cerno: quum Lunam nitidasque Stellas
Per te creatas conspicor;
Quantulus (mecum tacitus revolvo)
Homo est, ut ejus sis memor?
Quantula humanæ est sobolis propago,
Dignere ut illam visere?
Hunc Deo æqualem propè reddidisti:
Ornâsti honore & gloriâ:
Et tuæ dextræ super universa
Opera creâsti principem:
Cuncta, vitalis quibus haustus auræ est,
Illi dedisti sub pedes.
Huic boves parent & oves, pecusque
Quodcunque campis pascitur.
Quique pennarum celeri volatu
Metitur ales aera:
Quique pinnarum celeri natatu
Piscis pererrat æquora.
Gentis humanæ pater atque custos,
Quàm sancta Majestas tui
Nominis terras stupefecit omnes,
Sol quas recurrens adspicit!

Partis primæ Libri primi

F I N I S.



PRODROMI

NATURALIS HISTORIÆ *SCOTIÆ*;

PARTIS PRIMÆ LIBER SECUNDUS:

Ubi de

MORBIS in SCOTIA Graſſantibus,

De Methodo medendi & de Medicinâ Indigenâ,

SECTIO PRIMA

De MORBIS in SCOTIÁ.

CAPUT PRIMUM.

De MORBIS in genere.

HOMINEM primævâ ab origine, ab omni labe immunem, in Voluptatum Deliciarumque Horto ex limo terræ coagulatum divinoque Spiritu animatum poſuerat Altiſſimus. Illi erat παράκειμαι vitæ cuſtos *Arbor Vitæ*, cujus fructus aderat homini cibus, ne eſuriret; potus, ne ſitiret; & lignum vitæ, ne Senectus eum deprimeret ac diſſolveret: *Vitæ*, inquam, *Arbor*, Medicinæ modo, homini corruptionem prohibebat. At, fractis Potentiſſimi Legibus, Anima ab origine primâ ſceleris pura & convenientem ſibi ſortita Baſilicam, ſimul atque, ſupra modum, inſoleſcente genio ad deteriora deflexit, in aurâ cœleſti caliginem, in mole terrenâ mortem, inter utrumque bellum aſſiduum miſer homo expertus eſt. Unde lucidus Intellectus interiores primùm tenebras ſenſit, & Appetituum regina Voluntas Senſuum illecebris delinita Rationem deſpexit commonentem; tandemque divina licet Anima, tanquam *Apellis* Tabula demerſa cœno, propter Corporis impuritatem, aliquâ mortalitatis maculâ fœdata eſt: ab eo tamen, ſine maximo cruciatu, ſejungi non poteſt; quòd amet iis in partibus ſtabulari, quarum operâ diutius uſus eſt. Hinc perfecta, æterna & immaculata apud *Deum* & *Angelos* permanſit Sanitas; homini verò naturalis vitreaque, quæ tantùm conſtans in ſuâ levitate, & innumeræ Morborum ſpecies, morſque inevitabilis fuit illi ex peccato hæreditas. Morborum origo.

Morbus eſt affectus præter naturam, actionem per ſe lædens. Morbus quid.

Morborum differentiæ

Morborum alii σποραδες, *h. e.* diſperſi, qui ſingulos ſeparatim corripiunt. Sunt plures ſimul Morbi vagantes & genere diverſi, quorum alius alium invadit; non ab Aëre, ſed à ratione Victûs naſcuntur, quam ſinguli habent propriam & peculiarem.

Alii κοινοι, *h. e.* communes, qui certi ſunt morbi & ſingulares, qui alicubi vagantur et multos æquè ſimul corripiunt. Cauſam habent hi communem, ut Aërem; Aquæ malæ potum, vel cibum aliquâ de cauſâ vitiatum, gravem tetram que Exhalationem, vel ſimile quid, quod vitari nullo modo poteſt.

Atque hi communes ſunt ενδημιοι, *h. e.* Patrii, Vernaculi, & alicui Regioni familiares. Hi in aliquâ Regione frequentes ſunt & perpetui, & omnes ex æquo corripiunt, ob cauſam quæ omnium communis eſt. Atque de his maximè in hoc libro agitur.

Vel επιδημιοι, qui communes quidem Morbi & a communi cauſâ nati; non tamen Patrii & familiares, ſed potius externi & adventitij. Hi ſunt vel λοιμωδεις peſtilentes, qui contagioſi & omnium perniciosiſſimi; vel non peſtilentes, ſed peſtilentibus mitiores.

Cauſæ Morborum

A malâ corporis diſpoſitione variæ Morborum differentiæ oriuntur. Nam ut bona valetudo videtur eſſe à ſanguine & partibus ritè conſtitutis; ita mala ſeu morbus à ſanguine peccante, vel partibus à proprio naturalique ſtatu recedentibus. Sanguis autem comprehendit Limpham quoque & ſuccum Pancreaticum, alioſque humores qui ſanguini admiſcentur. Hâc de re egregius eſt locus *Hippocratis*; At verò cor- Lib. de Naturâ humanâ, Text. 5. & 6.
„pus hominis habet in ſeipſo ſanguinem, & pituitam, & bilem duplicem, flavam *viz.*
„& nigram: atque hæc ſunt ipſi corporis natura, & per hæc & ægrotat & ſanus eſt.
„Sanus equidem maximè eſt, ubi temperamentum hæc inter ſe habuerint moderatum,
„tum facultate, copiâ, & ubi maximè fuerint permixta. Ægrotat autem, cùm ho-
„rum quid minus aut amplius fuerit, aut ſeparatur in corpore, & non fuerit reliquis
„omnibus contemperatum. Neceſſe eſt enim, cùm quid horum ſecretum fuerit et per
„ſe ſteterit, non ſolum cum locum, unde ſeceſſit, morbidum fieri, ſed etiam eum,
„in quo ſtat, et in quem propter nimiam copiam diffuſum eſt, dolore ac morbo vexari. Hinc ſi ſanguis ſpiritibus orbatus et effœtus evadat, debilitas pulſûs, virium languor, partium refrigeratio, et totius corporis hebetudo præſtò ſunt. Ut macies et tabes, ſi amiſſo glutine ſolvatur; ſi verò vel acidus, vel acer, vel motu celerior fiat, inflammationes, puſtulas et ſimiles morbos affert. Si plus juſto ſeroſus evadat, hydronoſi vel aqueï morbi exoriuntur.

Ad partes quod attinet, ſi à propriis locis recedant, magnitudine augeantur, ſcindantur, corrumpantur, vel obſtruantur illorum ductus, aut alio modo afficiantur, luxationes, tumores, ulcera, putredines, obſtructiones et alia hujuſmodi emergunt.

In ſemine quoque latent morborum et mortis germina, quæ & paria his ex quibus orta ſunt faciunt, et citius corpore adoleſcunt. In illo viget repugnantia primordiorum quæ ut vivendi cauſa ſunt, ita et viæ mortis, vitæque tam ſanæ quam ægræ ſtamina, nec minùs morborum Elementa quàm corporum. Ac licet in permiſtionem quodammodò paria venerint, brevi tamen impari prælio ſeſe vehementer exagitant: et dum in nos intus foriſque ſæviunt, ſanitatem quam fecere ſubvertunt, adeò infida eſt ex contrariis origo. Eſt et à ſemine inſitus calor, qui eâdem manu nos fovet ac conficit: et quia ſalutatem humorem ſuâ efficientiâ furtim, ſed avidiùs carpit, ipſum quoque ſe perimit, ita ut qui auctor eſt vitæ idem ſit et necis.

Procatarctica præcipuè morborum cauſa eſt intemperantia, poſtquam (ut ſcribit Epiſt. 59.
„*Seneca*) cœpit cibus non ad tollendam, ſed irritandam famem quæri, et inventæ ſunt
„mille condituræ, quibus aviditas excitaretur: quæ deſiderantibus alimenta erant, one-
„ra ſunt plenis. Inde pallor et nervorum vino madentium tremor, et miſerabi-
„lior ex cruditatibus quam ex fame macies. Inde incerti labantium pedes, et ſem-
„per qualis in ipſâ ebrietate, titubatio. Inde in totam cutem admiſſus humor diſtentuſque
„venter, dum malè aſſuefcit plus capere quam poterat. Inde ſuffuſio luridæ bilis et de-
„color vultus, tabeſque in ſe putreſcentium, et retorti digiti articulis obrigeſcentibus.
„Nervorum ſine ſenſu jacentium torpor, aut palpitatio ſine intermiſſione vibrantium.
„Quid capitis vertigines dicam? quid oculorum auriumque tormenta, & cerebri æſtuan-
„tis verminationes, & omnia per quæ exonerantur internis ulceribus affecta? Innu-
„merabilia præterea Febrium genera, aliarum impetu ſubeuntium, aliarum tenui peſte
„repentium, aliarum cum horrore et multâ membrorum quaſſatione venientium? Quid
„alios referam innumerabiles morbos ſupplicia Luxuriæ?

CAPUT

CAPUT II.

Ubi enumerantur Morbi, qui in Scotiâ *maximè graſſantur.*

Cùm (ut ſuprà tradidimus) *Scotia* noſtra ad ultimos ferè Septentriones detruſa ſit, & reliquo Orbe diviſa, niſi quâ *Angliæ* jungitur, omni ex parte ſævientis Oceani injuriis pateat; Aërque ſæpius craſſus, nebuloſus pluvioſuſque ſit; Hyems etiam diu duret, & frigus penetrantius ſit; Tellus quoque valdè inæqualis ſit, ubique aut montium verticibus elata, aut humilioribus vallibus iiſque declivioribus depreſſa: neceſſe proinde eſt, varias temporum mutationes in eâ frequenter accidere. Quæ *mutationes temporum* (ut ait magnus *Hippocrates*) *maximè pariunt morbos: & in ipſis temporibus magnæ mutationes aut frigoris, aut caloris.* Fieri igitur non poteſt, quin nos *Scoti* maximè inæquali ſimus temperamento, multique apud nos morbi ſint: cùm per totam *Scotiam* nunc tellus ſuo gremio mare excipiat, nunc (quaſi indignata reſtringi) fluctibus prævaleat longéque in mare excurrat; hìc montes eminneant, illic minùs profundum mare cum terrâ luctetur. Hæc enim terræ facies, figura & ſitus multis evaporationibus inter hoſce anfractus ſemet involventibus & magis in ſe incumbentibus originem præbent, cauſamque & materiam tempeſtatum dant, quæ ſuâ inconſtantiâ & inæqualitate debitam corporum diapnoën impediunt & morbos procreant: ut veriſſimum ſit, quod habet *Galenus*; „ Ὅτι γὰρ δύκρατοτατον, οὔτε ἀμεμπτοτατον τῇ κατασκευῇ γινεσθαι „ σῶμα δυνατὸν ἐν τοῖς ἀμίκτως κεκραμενοις χωροις, ὥστε ὅ, τι λέγω ὑπαγορεύει, ἡ πεῖρα δίκαιον: ἔνεστι μὲν „ γὰρ ἰσχνοὺς, ἢ οἷον ἐσκληκότας γίνεσθαι κατὰ τὰς θερμὰς χώρας οἱ ἀνθρωποι. Ἀναμίκτοις δὲ τοῖς κράσεσιν, ὡς τὰ „ μὲν ἔξω ψυχρὰ, τὰ δὲ ἔνδον τε ἢ κατὰ τὰ σπλάγχνα θερμὰ περιττεύει τοῦ σώματος ἔχειν, οἱ τῶν ψυχρῶν οἰκήτορες. „ *h.e.* Quum nec optimo temperamento, nec inculpabili conſtitutione ullum corpus in „ iis Regionibus, quæ à temperamenti modo receſſerunt, gigni poſſit; ſicuti tum ratio „ docet, tum experientia commonſtrat. Quippe ſicci, graciles & veluti torrefacti in „ æſtuoſis tractibus homines fiunt; Rurſus frigidioris Plagæ incolæ inæquali temperamento viſuntur, ut quibus exteriora frigeant, interiora, atque in his viſcera, immodicè caleant.

Aphor. Sect. 3. Aph. 1.

Telluris inæqualitas (unde temporum mutationes) morbos parit.

Lib. 2. de Sanitate tuenda cap. 7. Edit. Charterii.

Olim quidem, pro Majorum noſtrorum temperantiâ & validis exercitiis, quibus utebantur, tum pauciores, tum minus graves erant morbi. Ab Hiſtoricis enim noſtris relatum eſt, quod ignota fuere noſtris Majoribus tot morborum genera, quot noſtrâ ætate conſpiciuntur. Vix quiſpiam tum elanguebat, niſi aut calculo, aut exundante pituitâ, ſimilive morbo frigido aqueove humanum vincente temperamentum cauſam præbente: probè enim degebant, parſimonia corpora ab adverſâ valetudine tutabatur, vitamque noſtratibus in longum ævum protraxit. Morbi autem ex frigore & pituitâ redundante enati erant: qualis fuit morbus *Kennethi Keyr Convalli* Regis filii, qui Catarrhi in Tracheam Arteriam defluxu ſubitariâ morte eſt extinctus. Paralyſis & ventris profluvium à frigore quoque quoſdam invadebat. Primus autem *Congallus* Rex notatur Articulari Morbo, ſeu Podagrâ correptus, quem ex frigore ac multis laborioſis expeditionibus in juventute peractis contraxiſſe in ultimâ ſenectute dicitur. Febres quoque ex nimio labore nonnullos invaſerunt. At ubi, patrio victu poſthabito, omnium deliciarum genere defluxere, ſimul cum peregrinis deliciis peregrini & eatenus incogniti erupere morbi. Ordinarii autem morbi præcipuè ſunt illi, qui *Hippocrati Hyemales* & *Autumnales* dicuntur. Imprimis verò Hyemales, qui enumerantur Aph. 23, ſcil. Pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, gravedines, raucedines, tuſſes, dolores pectorum, laterum ac lumborum, capitis dolores, vertigines, ſiderationes. Frequentes etiam ſunt morbi Autumnales Aph. 22. enumerati; *viz.* Febres erroneæ, ſplenes, & hydropes, & tabes, & urinæ ſtillicidia, & inteſtinorum lævitates, & dyſenteriæ, & Coxendices, et anginæ, & anhelationes, & volvuli, & comitiales, & inſaniæ, & atræ biles.

Boeth. Hiſt. Scot. Lib. 2.

Cur pauciores & minus graves morbi Majores noſtros tentarunt.

Id. Lib. 9. Fol. 171.

Aph. 22. & 23. Sect. 3.

Morbi Hyemales.

Morbi Autumnales.

Cauſæ autem morborum noſtrorum ferè ſemper ſunt aliquæ ex his, Aëris ſcil. vitium, ſoli cælique natura, victus, conſtricti nimio frigore pori, redundans in maſſâ ſanguineâ ſerum, aut ejus in caput aliaſve partes raptus; ſanguis ipſe vel nimium redundans, vel in motu concitatior aut ſegnior, vel acrior aut acidior, vel miaſmate ſcorbutico contaminatus.

Morborum noſtrorum cauſæ.

CAPUT III.

Accuratior Morborum in Scotiâ *graſſantium expoſitio.*

Capitis Morbi.

MOrbi alii caput, alii thoracem, alii ventrem inferiorem; quidam artus, nonnulli totum corpus afficiunt; aliqui externas tantùm partes; quidam epidemici. Morbi autem capitis, qui frequentius apud noſtrates occurrunt, ſunt hi; Catarrhus, gravedo, odontalgia, auris dolor, tumor genæ, paroris, aquoſi tumores circa maxillas, viſus debilitas, *Scotoma*, hypochyma, paraſynanche, hydrocephalus, capitis dolor, hemicrania quandoque periodica, vertigo, caros, apoplexia levis quæ in paralyſin mutatur, apoplexia fortis, lethargus periodicus ſeu hydrops cerebri, epilepſia, eryſipelas capitis & faciei.

Pectoris morbi.

Morbi pectoris, Raucedo, tuſſis, dyſpnæa; aſthma periodicè recurrens, continuum; pleuritis, lateris dolor, peripneumonia, phthiſis, ſyncope, palpitatio cordis, hydrops thoracis, ſanguinis ſputum, vomitus ſanguinis.

Morbi Ventris inferioris.

Ventris inferioris morbi, Diarrhœa ſeroſa, vomitus aquei, ventriculi cruditas, oppreſſio, cardialgia, cholera, colicus dolor, colica in paralyſin deſinens, hydrops aſcites, tympanites; affectus hypochondriacus, hyſtericus; ſcorbutum, affectus quidam ſpaſmodici; calculus renum, veſicæ; iſchuria, hydrops uteri, lumbrici, obſtinata alvi conſtipatio, ſanguinis nimii fluores.

Artuum Morbi.

Morbi Artuum, Arthritis, Rachitis, ſcrophulæ & ſtrumæ, Arthritis vaga ſcorbutica, iſchiadicus dolor, artuum tremor.

Morbi totum corpus afficientes.

Morbi, qui totum corpus afficiunt, ſunt Febres, rheumatiſmi, dolores qui membranaceum & nervoſum genus afficiunt, leucophlegmatia & habitus aquoſus cum tumore, icterus, chloroſis, exanthemata, ſcabies, paralyſis fortior, ſtupor circa partes nervoſas, tabes.

Febres variæ.

Febres autem variæ ſunt; diariæ, quales hemicraniam & ſimiles affectus comitantur, & eryſipelata præcedunt, ſynochi quoque imputres & putres, febres catarrhales; nervoſum genus afficientes, comatoſæ, cum deliriis, ſpaſmis & ſimilibus ſymptomatis comitatæ; febres malignæ, purpuratæ, peſtilentiales; hecticæ, lentæ febres; febres puerperarum; variolæ & morbilli, iique regulares vel anomali; Febris *Scarlatina*, Febres intermittentes, Quotidiana, Tertiana, rarior Quartana, Semitertiana, intermittentes Anomalæ.

Morbi externi.

Morbi externi, Tumores Scirrhoſi, œdematoſi; Hydrocele, Cancer, ſphacelus ſcorbuticus, gangrenæ poſt febres, ſpina ventoſa, ulcera mali moris.

Morbi Epidemici.

Morbi Epidemici, Febres quædam malignæ Autumno maximè graſſantes, & Vere febres intermittentes, quæ ſingulis ferè annis differentibus comitatæ ſymptomatibus, Dyſenteriæ, Paraſynanche, Tuſſis ferina, Variolæ, Morbilli.

CAPUT IV.

De Cauſis Morborum in genere.

UT commodiùs de cauſis agam, Incolæ *Scotiæ* dividendi ſunt in Plebem & Nobiles. Plebs iterum in eos qui in Urbibus, & eos qui in Agris degunt: quoniam victu, exercitiis & toto vitæ genere inter ſe differunt.

Quomodo Nobiles.

Nobiles tam majores quàm minores ſplendidè, ut plurimùm, vivunt, & venationibus & equitationibus ſatis exercentur, vinoque è *Galliâ* & *Hiſpaniâ* delato multùm utuntur. Hi paucioribus morbis tentantur, hiſque, ut plurimùm acutioribus, et qui feliciùs terminantur, niſi ſint qui Venere et Crapulâ graviores ſibi morbos progignunt.

&

Plebeii morbos ſibi acceſſant.

Plebs, quæ in Urbibus degit, paucis utitur exercitiis, & non pauci ex iis vino diti temperamentum, quod in illis non ita validum eſt, nimio potu et deſidiâ corrumpunt, et multos ſibi morbos acceſſunt intempeſtivo cereviſiæ potu ſæpéque ſpiritus vini, manè præſertim, jejuno etiam ventriculo: unde fibræ ſtomachi nimium ſolvuntur,

calor

calor imminuitur, fermentum ſtomachi diluitur & obtunditur, omniſque digerendi vis infringitur. Cruditates etiam ſtomachi, Inflationes, oppreſſiones, imò cachexia, paralyſis, convulſio, tabes, multique alii morbi oriuntur. Videre etiam eſt frequenter inter eos febres erraticas mali moris, pleuritidas nothas, anhelitûs difficultates, totius abdominis turgeſcentiam & ſaburrationem, hydropes, imò ſtupores, Lethargos & Apoplexias.

Plebs autem ruſtica, licet tenui admodùm victu validiſque exercitiis utatur, ex quo tamen maleſana libido reditus augendi noſtrates invaſit, non paucioribus nec levioribus morbis infeſtatur. Teſqua enim, Ericeta & ſimilia, quæ anteà in Paſcua (dicam etiam cum non ſpernendo proventu) cedebant, nunc calcis cumulis conſperguntur, ſicque conſperſa aratro proſcinduntur, ut ſanè fruges producant, quæ ſoli calciſque naturam reſipiant, calidaque (ut jam dictum de Septentrionalibus populis) viſcera magis inflamment & accendant, novamque morborum ſuppellectilem quotidie producant. Hinc ventriculi æſtuationes, vigiliæ, deliria, affectus hypochondriacus, mania, dyſenteria, ſcrophulæ, cancer & dira morborum cohors, quæ Agricolas olim à morbis immunes nunc paſſim invadit.

Plebs ruſtica non minùs, quàm urbana, morbis obnoxia.

Morborum autem enarratorum cauſa, ut plurimùm, à victu eſt, quod pravi cibi potuſque aſſumantur majori quantitate, quàm commodè à nativo calore concoqui & à nutritivæ facultatis adminiſtris diſtribui queant, & quòd corpora non ritè exerceantur. Et qui non ab hac cauſâ fluunt, ii, ut plurimùm, ab impeditâ tranſpiratione fluunt, quod inæquali tempeſtatum anni conſtitutioni tribuendum eſt. Quæ tempeſtates ſæpe perverturtur, ita ut Hyemis conſtitutio quandoque Auſtrina ſit & Ver magis redoleat; Veris autem Borealis, & Hyemem ſapiat. Nec Æſtates ipſæ hâc à perverſione immunes, quæ Vernam aut Autumnalem ſapiunt conſtitutionem, non ſine frigidiſſimis Ventis quandoque. Quin in unâ eâdemque anni tempeſtate ſummus quandoque urget calor, quem ſtatim frigus penetrantiſſimum ſequatur: unde, conſtipatis à frigore poris, fit anadrome & raptus ſeri verſus caput, et multi progignuntur morbi rheumatici et febres catarrhales, quæ nervoſum maximè genus afficiunt. Nec aliter fieri poteſt in Regione tam inæquali, in quâ tot ſint evaparationes corporum valdè inter ſe differentium, quæ tempeſtates pro ſuâ naturâ alterant et graves in corporibus noſtris mutationes inducunt.

Morborum enarratorum cauſa ſæpe à victu eſt, vel ab impeditâ tranſpiratione; atque hoc tempeſtatum inæqualitati tribuendum eſt.

Aër quoque ſæpe craſſus et (quòd magna pars *Scotiæ* Mari vaſtiſſimo exponatur) ſalſuginoſus eſt, à quo inſpirato ſanguinis craſis corrumpitur: acrior enim et fœculentior evadit. Et cum ſal in fluore reliquis prævaleat; concitatior evadit et efferveſcere incipit: unde venarum *ναυτιῶντις*, per quam tranſlato in varias partes ſanguine, rheumatiſmi, dolores varii, imò phthiſis ſatis frequens aliique conſimiles morbi ab humorum *μετάστασι* oriuntur; et à craſſo fœculentoque ſanguine, ob acredinem ad nutritionem inepto, viſcerum infarctus et obſtructiones, humorum in præcordiis congeſtio, ſcorbutus, atrophia, tabes, hydropes, febres lentæ, icterus, calculus, et morbi, qui à tartaro in partibus depoſito; et in iis qui liberaliùs indulgent corpori illudque ſaginatum et ſaburratum nimis reddunt; adeo ut regendis humoribus impar natura ſit, copioſæ accidunt ſanguinis et humorum ejectiones per vomitum, et per alvum aliaſque vias. Imò humorum abundantiâ ſic opprimitur natura, ut Apoplexiæ, Syncopæ et ſubitaneæ mortes ſequantur, à quibus omnibus immunes vivunt, qui appetitibus irregularibus fræna imponunt, et temperatè ſobrieque vitam tranſigunt.

Aër craſſus & ſalſuginoſus eſt etiam horum morborum cauſa.

CAPUT V.

Obſervationes quædam rariores de Morbis, & primo de Febribus quæ in Scotiâ *graſſari ſolent.*

MUltæ ſunt Febres, quæ in *Scotiâ* graſſantur, Vere quidem intermittentes magis (nam rariſſimæ apud nos Quartanæ Autumno invadere ſolent) Vere quoque quædam etiam malignæ, quandoque Epidemicæ ſunt: ſed Autumno ſæpiùs malignæ Epidemicæ ſuboriuntur, & tunc mali moris ſunt.

Febres Verno & Autumnali tempore.

Febres noſtræ intermittentes irregulares & anomalæ.

Intermittentes noſtræ ſæpe irregulares & anomalæ ſunt: non enim ſuas ſervant periodos, ſed ex Tertianis Quotidianæ fiunt & ex Quotidianis nonnunquam Tertianæ. Aliquando ſeptimo, imò etiam decimo quarto die recurrit Paroxyſmus, ut in nobili quodam viro obſervavi, qui Paroxyſmus acutiſſimus erat, cum deliriis & magnâ corporis jactatione. Quinetiam aliquando continuæ evadunt, ſummo Ægrorum periculo.

Febres continuæ.

Continuæ autem rariſſimas habent criſes apud nos. Superveniunt quidem plures ſudores, aliquando alvi fluxus, & maximè in iis ſalutaris, ſalivatio copioſa: ſed, his non obſtantibus, aliquando ad 15. 17. 21. 25. 29. imò 31 dies producuntur. Sæpe autem accidit, ut, priore febre in ἀπυρεξίαν deſinente, nova quædam lenta febris ſuboriatur cum exacerbationibus; unde diu languent Ægri. Imò cum hanc lentam alvi fluxus, aut frequentiores ſudores comitantur, hectici fiunt Ægri.

Febres Purpuratæ.

Febres Purpuratæ dictæ (ut & Variolæ & Morbilli,) apud nos aliquando maculas Lividas, imo nigras purpureis admiſtas habent: neque illæ tunc adeo periculoſæ ſunt, niſi maculæ latiores ſint. Maximum apud nos periculum eſt à ſubito macularum recurſu, cùm febris cum dyſpnœa intenditur & alvi fluxus ſupervenit: rarò enim tunc Ægri mortem effugiunt.

Aliæ Febres.

Et generatim quidem Febres noſtræ miaſma quoddam ſcorbuticum magis, quàm peſtilentiale virus redolent, nec ita frequentes ardentes Febres ſunt, ac illæ quæ Lympham & genus Nervoſum afficere videntur, in quibus non tam accenditur & conflagrat ſanguis, quàm à raptu colluvici feroſæ ſpiritus opprimuntur & perturbantur.

Sunt etiam Febres à ſanguine accenſo, ſed mitiores plerumque, niſi in iis, in quibus magnus humorum apparatus: iis enim putreſcentibus peſtilentiales febres ſuboriuntur quandoque, quarum unam hic apponam.

Obſervatio de Febre quâdam peſtilentiali.

Nobilem quendam virum tenuis & rari corporis habitus febris anniverſaria invadere ſolebat, ſemper ferè Menſe *Aprili* (quo natus eſt) aut *Majo*: à quâ tamen per duos annos, ob cœlum forſan & ſolum mutatum, quòd tunc peregrinaretur, immunis fuerat. Sed anno ſequente, dum primo *Iunii* apud Conſanguineum ruri ageret, & in Valle quâdam ad Amnem reclinatus cum Amico confabularetur, loci amœnitate captus (planities enim ferè rotunda erat, quam Rivus placidè fluens interfluebat, quæ ambientibus undique collibus arborum varii generis ſylvâ tectis & per gradus in faſtigium aſſurgentibus, Amphitheatri ingentis caveam et gradus repræſentabat) ſenſit ſubitò turbatos ſibi ſpiritus, impeditos & in ἀπαξίαν quandam actos fuiſſe, nullo ſe prodente ſigno exteriùs; conſurrexit & domum reverſus eſt. Sequente die, pluvioſa tempeſtate et flante in faciem ſubſolano, in urbem reverſus eſt ſine ocreis, quod multùm ſibi nocuiſſe putavit. Tertio die alterationem ſenſit. Quarto die ſubortus eſt ſupra Laryngem tumor durus indolens primùm magnitudine ceraſi, qui exinde quotidie magis augebatur. Sexto et ſeptimo die magna aderat anxietas. Purgatus tunc fuit leni medicamento. Die ab invaſione ſeptimo, circa horam quintam matutinam, rigorem in regione lumbari, poſteà per totum corpus ſenſit. Duabus poſt horis levem lipothymiam paſſus eſt, quam ſecutus eſt vomitus humoris feroſi amareſcentis, quæ prima febris invaſio erat. Die nono dolor in tumore ſubortus: auctus autem tumor pugnum ſuperabat. Ægrè panem deglutiebat Æger, et febris ſenſim creſcebat. Decimo die cibum faſtidiebat et magnum calorem per totum corpus ſentiebat: nec dormire poterat noctu, ſed huc illuc ſe jactabat. Volebat ſanguinem mittere ſtatim, percepto tumore; ſed amici impediebant. Advocatus Medicus cenſuit abſtinendum etiam tunc à venæ ſectione, niſi tumor magis augeretur. Die ſequente auctus tumor, et tunc ſanguis ad uncias ſex è brachio miſſus. Sanguis ſpumoſus erat, putridus et feroſior; cruſtâ quoque cœruleâ aliquâ ex parte obductus. Tumor magis magiſque augebatur, adeò ut ab illo die per ſex aut ſeptem ſequentes panem deglutire non licuerit. Juſculum aut Ptiſanam tantùm, Julapium et ſimilia, potulenti formâ, ſtillatim hauriebat. Tumori varia applicata fuere Emplaſtra; Diachylum ſimplex cum æquâ parte Diachalciteos: dein Emplaſtrum de Mucilaginibus, Diachylon magnum, cum Gummi cum Unguento Baſilico. Auctus magis tumor, unáque aucta febris, cum vigiliis perpetuis; dejectus planè appetitus; collum anterius & regio thoracis uſque ad mammas inflammata, valdè dolebant et inquietudinem augebant. Applicatum fuit tumori Cataplaſma de foliis Acetoſæ Hortenſis, cum Ficubus toſtis. Febris ſenſim augebatur, et mille rerum ſpecies menti obverſabantur; querebaturque ſibi non ſolùm ſpecies rerum occurrere, ſed et populi clamores et ſtrepitus: quæ tamen phantaſiæ illuſiones eſſe ſatis clarè perſpiciebat. Imaginatio (ut ipſe referebat) valdè exaltata erat, adeò ut ſibi temperare nequiret, quin Orationes mente tacitus verſaret.

ſaret. Oculi rubicundi erant et phreneſin minabantur, quod *Deus* pro ſuâ miſericordiâ avertebat. Advocati in conſilium alii Medici, ex quorum conſilio Clyſter injectus; & ſub noctem Potio ſomnifera cum grano Ladani exhibita. Turbata fuit mens à Ladano, ita ut deliraret: dormiebat parùm tamen. Quoniam cum tumoris incremento valdè augebatur febris, ſuadebant quidam tumoris apertionem Cauterio aut Lanceâ; ſed alii malebant ejus maturationem expectare. Injectus ſub noctem Clyſter, in quo reddendo Lipothymiâ correptus eſt, & per tres horas pòſt, pulſus intermittebat, delirabatque Æger: dicebat enim ſe ad Ripam Rivi cujuſdam inter Cautes jacere, auxiliumque, ut inde eriperetur, implorabat. Die ſequente ruptus eſt tumor, & per quinque ſequentes dies multum puris effluxit. Remiſere ſenſim omnia Febris Symptomata, & ſedatior factus Æger dormiebat paulùm, nec menti obverſabantur illæ rerum ſpecies. Poſt ruptionem tamen exorti infra mammillam dextram intra coſtas tumores duo piſi magnitudine, qui adeò dolebant, ut nec Linteorum tactum paterentur, inflammatâ quoque circumcirca cute. Poſteà etiam in axillâ dextrâ duo tumores ſimiles exorti, qui tamen poſt duos dies omnes evanuere. Ruptionem quoque ſtatim inſecuta copioſa ſalivatio per aliquot dies, quâ multa phlegmata craſſa per ſputum reddebat. Eam ſecuta eſt tuſſis ſicca, quæ Ægrum valdè quaſſavit, ut à debilitate per morbum contractâ per ſex ſeptimanas poſteà non niſi baculo innixus incederet, quamvis ptiſanâ laxativâ purgatus fuiſſet & bechicis multùm uteretur. Divinæ benignitatis certè munus fuit, quòd evaſerit, cùm multi robuſtiores paſſim tunc morerentur ex febribus minùs mali moris: hæc enim per hauſtum in illâ Convalle miaſma quoddam putridum, quod ſpiritus & totam ſanguinis maſſam corrumpebat, contracta, Febris planè Peſtilentialis typum expreſſit. Nunc de novâ Febris ſpecie agemus.

Quemadmodùm indies creſcit hominum luxuria, ita & novi ſuccreſcunt morbi, ſi non veteribus incogniti, intacti ſaltem. Nec mirum, cùm ab inſolitis cibis & varia eorum mixturâ novæ oriuntur humorum depravationes. Inter multos autem morbos, qui hunc Seculo originem debent, nuperrimè Febris obſervata eſt, quæ *Scarlatina* dicitur a coccineo colore (noſtratibus *Scarlet* linguâ Vernaculâ appellato) quo cutis ferè univerſa tingitur. Hujus Morbi non ita frequentes Obſervationes ſunt, ut inde accurata ejus theoria tradi & curandi methodus extrui poterit. Unam Obſervationem apponam: reliqua accuratior obſervatio poſteà complebit. Obſervatio de Febre Scarlatina.

Puella quædam nobilis Senatoris in Foro Juridico filia, octavum plùs minùs agens annum, cœpit de dolore gutturis queri, quem ſecuta eſt Febris. Vocatus deprehendi pulſum valdè concitatum; magnus quoque aderat ad tactum calor; facies ſummè rubebat, ita ut Variolas metuerem; delirabat & ſe in lecto jactabat. Sequenti die eam viſens videbam rubedinem quandam non ſolum per faciem, ſed et per brachia & pectus, una cum levi quodam tumore ad tactum aſpero, per cutem undiquaque diffuſam. Perſeverabat delirium. Ego ejuſmodi temperata Cardiaca ſuadebam, quæ in Variolarum eruptione familiaria ſunt. Die tertio reperi Febrem minorem, quarto adhuc leviorem; & evanuerant rubedo et tumor. Quinto ſurrexit è lecto Febre libera.

In adultis autem obſervavi cuticulam ferè per totum corpus decidiſſe. Quibuſdam quoque (ut ab aliis Medicis mihi relatum eſt) poſt rubedinem illam puſtulæ per totam cutem eruperunt, minimæ quidem illæ inſtar capitis aciculæ, quæ tamen maturaverint, et arefactæ cruſtam depoſuerint. Videtur autem à ſalis in ſanguineâ maſſa fluore miaſma quoddam Scorbuticum in hâc Febre prævalere, à quo fermentante et effervescente natura materiæ tenuioris efflorescentiam in corporis Ambitum protrudat, quæ pro materiæ ſubtilitate et raritate, citius et tutius periodum ſuam abſolvat: pauciſſimi enim ex hâc Febre mortui ſunt. Aliæ de hâc Febre Obſervationes.

CAPUT VI.

De Miris quibuſdam Affectibus Spaſmodicis.

PUella quædam undecim annorum, filia Coloni prope *Limnuchum* in *Lothianâ Occidentali*, poſt malignam Febrem cœpit horridis Spaſmis agitari, ita ut, cùm muſculi in ἐκτάσιν à motibus convulſivis agerentur, à viris robuſtiſſimis vix teneri poterit, quin ad ipſum domûs tectum ſe levaret. Parentes et qui in Viciniâ degebant rei novitate obſtupefacti Miri motus convulſivi in Puellâ quadam.

peſacti eam Dæmoniacam judicabant, & quòd illi horrendi motus à Dæmone corpus ingreſſo excitarentur. Cùm ego tum in iis oris agerem, à Parentibus vocatus ſum, ut Ægram inviſerem: ita autem illam affectam inveni. Jacebat in pavimento ſupinus Pater, eamque brachiis & pedibus arctiſſimè adſtringebat. Erat illa tunc Paroxyſmo libera: ſed vix per quadrantem horæ aſſederam, cùm illa primùm cœpit γογγυσμὸν & ſonum inconditum proferre; dein per totum corpus horrendum in modum convelli. Facies verſus colli poſteriorem partem retorquebatur, manus pedeſque quoque retrò vertebantur; & tunc cœpit motibus convulſivis violentiſſimis agitari cum maximis ſubſultibus, adeò, ut, quamvis Pater vir robuſtus illam omnibus viribus deprimeret, ſe tamen ad trium pedum altitudinem à ſolo unà cum Patre elevaret. Qui adſtabant narrabant eam aliàs multò altiùs evectam fuiſſe. Duravit hic Paroxyſmus per horæ dimidium, quo durante murmur quoddam inarticulatum edebat, donec ſenſim ſe remitterent motus convulſivi; & tunc per aliquod tempus ab iis immunis erat. Ego in eo eram animo, quòd morbus eſſet contractus ex recrementis acribus quæ Febris reliquerat: decumbebat enim Ægra in tugurio adverſus Aëris injurias parùm munito, unde à frigore impediebatur ſudor, per quem Febris judicari ſolet, & tranſpiratione læſâ magna ſeroſi humoris erat in cerebro (ad quod maximè in iis Febribus rapitur) coacervatio, Unde vellicatæ cerebri fibræ illos ſpirituum animalium motus inordinatos inducebant. Cerebrum certè primò affectum fuiſſe argumento eſt, quòd facies primùm, dein totum corpus convelleretur. Suaſi igitur, ut Parentes bono eſſent animo, morbus cùm eſſet intra naturæ vires, nec ab ullo Dæmone excitatus: ſperare me, quòd ordinariis remediis debellari poſſit, modò in eorum uſum conſentirent & Ægram ad Urbem vicinam deducerent. Conſenſere, & exhibita meo juſſu fuere ea Medicamenta, quæ in affectibus Spaſmodicis maximè valent, quorum uſu, aſpirante divino Numine, ab illis motibus convulſivis planè liberata fuit. Sed diu erat, antequam artus firmi evaderent, quòd à frequentibus convulſivis motibus nervi admodùm debilitati eſſent.

Motus Spaſmodici Abdomen afficientes.

Sunt etiam motus quidam Spaſmodici, qui cum ſævis doloribus Ventrem inferiorem afficiunt; quales in Cive quodam *Limnuchenſi* vidi, qui ſæviſſimis cruciatibus in Abdomine ferè per annum integrum affectus erat, qui nullis remediis nec Opiatis cedebant, ſed miſerum Ægrum primò ad tabem, dein ad mortem ultimum malorum remedium deduxere.

Multi dolores Spaſmodici Splenetici, Hyſterici, Nephritici perperam appellantur.

Multi ex his doloribus Splenetici dicuntur vulgò, quidam Hyſterici, quidam Nephritici; in quibus tamen Splen, Renes, Veſica & Uterus ab omni labe immunes ſunt; Peritonæum autem & Nervi ſexti Paris per Abdomen ſparſi ab acrium humorum recrementis vellicantur, indeque motus illi Spaſmodici dirique dolores proveniunt. Scorbuticis autem maximè familiares ſunt, à quibus etiam Appellatio *Germanica* SHORBUTT originem traxit.

CAPUT VII.

Obſervatio de Dolore Rheumatico in Dorſo periodicè cum Paraxyſmo Febrili recurrente, & in Tabem Lethalem deſinente.

Rarus quidam affectus.

QUidam honeſto apud ſuos loco, validæ & robuſtæ Conſtitutionis vir ἰσχυρὸς, circa ætatis annum triceſimum ſextum, cœpit Ventriculi debilitate & doloribus Colicis laborare, cum diſpoſitione quâdam Scorbuticâ, ut apparuit poſteà ex laxiore facto corporis habitu obeſioreque, alvique nunc conſtipatione, nunc mollitie, in Diarrhæam trium aut quatuor dierum erumpente.

Circa quadrageſimum annum invaſerunt dolores Nephritici, qui per ſex aut ſeptem ſeptimanarum periodos primò leniùs, dein ſæviùs, tandem atrociſſimè infeſtabant. Dolores colici, nephritici & alvi fluxus cum frequentiùs, tum atrociùs vexabant, poſtquam gravilſimam animi ægritudinem contraxerat propter illatam ſibi à potentiore quodam Cive injuriam, nonnullaque in ſe publicè cum multâ indignatione exprobrata:

ab

ab eo enim tempore, rebus ſuæ partis indies pejus cedentibus, graviſſima animi pathemata contraxit, quæ dolores illos & alvi fluxus ſæpe excitabant. Demum ex lapſu de Curru dolorem in Hepatis regione contraxit, à quo tempore cæpit doloribus Rheumaticis cruciari, ſine ullo ſemper tumore, aut cutis diſcoloratione. Et hi quidem primo pectus invadebant; dein, menſe elapſo, dolor humeros & interſcapulium invaſit, urgentibus ſimul Colicis & Nephriticis doloribus; & dolor verſus lumbos tunc repebat, qui poſteà Os ſacrum occupavit.

Poſtquam verò Rheumaticus hic dolor Os ſacrum occupaverat, ita pertinaciter huic parti inhæſit, ut per tres ferè menſes nec Venæ ſectionibus, nec Anodynis cederet, donec tandem applicatis binis Cucurbitulis cum Scarificatione remitteret quidem parùm, & verſus Iſchium ſive Coxendicem magis vergeret. Sanguis de Venâ, ut & Scarificatione eductus ſtatim colorem albo-palleſcentem inſtar ſeri lactis contraxit, eamque viſciditatem, ut vix ſcindi poſſet.

Dolor hic rebellis, ſine tumore aliquâve partis coloratione, dextræ quandoque, aliquando ſiniſtræ natis partem interiorem invaſit, & inde in crus, ac tandem in pedem ipſum prorepſit. Et (quod mirum) primò, inſtar Paroxyſmi Febris alicujus intermittentis, ſtatis horis invadebat, citato & pleno, robuſtoque ſub initium Paroxyſmi pulſu, qui ſub finem rarus, debilis & tenuis evadebat. A dolore liber benè ſe habebat ad oblata, cibumque & appetebat & digerebat, donec invaleſcente morbo & fatiſcentibus viribus dejiciebatur Appetitus.

Ultimò extenuatum vigiliis & doloribus Febris Hectica invaſit, quæ vix poſteà remiſit, licet ſemper de frigore conquereretur, & frigidæ manûs tactum non pateretur. Hanc tuſſis cum ſanguinis excreatione ſecuta eſt. Quatuor ante mortem diebus Febris leves deliriones inducebat: pulſus autem, qui aliàs ad miraculum validus perſtiterat, debilis & tenuis evaſit.

Omnia ferè ſolamina, quæ Æger admitteret, ex Medicorum conſilio tentata ſunt: ſed vel levem, vel nullum effectum habuere, abeunte ſenſim affectu in tabem, quæ mihi videtur, ſi non eadem, conſimilis certè illi, cujus meminit *Hippocrates* ſub nomine *Tabis dorſalis*, ab humoris in Spinalem Medullam defluxu, qui ita apud eum deſcribitur.

Affectus hujus Ætiologia ex *Hippocrate*.

Lib. de Glandulis, Sect. 18. „Alius morbus oritur ex defluxione Capitis per Venas in Spinalem Medullam: „inde autem in Sacrum Os impetum facit, quò Medulla ipſa fluxionem perducit, & „in Coxendicum acetabula ſive juncturas deponit; &, ſi tabem fecerit, homo mar„ceſcit. Atque hoc modo contabeſcit & vivere non expetit: ſtatim enim ſcapulæ do„lent amboque pedes & cruta conſequuntur, & ſemper tandem pereunt multo tem„pore curati; atque ſic defloreſcit homo & moritur. Idem ait: Quùm verò in Me„dullam fluxio contigerit, tabes occulta ac inconſpicua oboritur. Quod apprimè in hoc morbo tenebat: nam per totum morbi decurſum nunquam vel tumore, vel cutis diſcoloratione ſe prodebat dolor.

Lib. de locis in homine, Sect. 10.

Ut autem tam rari affectus Ætiologiam ex divini Senis mente inſtituam, mirari primùm ſubit tanti Viri judicium: in morbi enim hujus Deſcriptione ea appoſuit ſigna Pathognomonica, quæ cauſas cum antecedentes, tum proximas, tum ab aliis morbis differentiam abundè denotent. Inter προκαταρκτικὰς quidem ſe offert ταλαιπωρίη: γίνεται δὲ ἀπὸ πολυπραγμοσύνης, quæ non ſolùm laborem et immoderatas actiones (ut Interpretes vocem communiter reddunt) ſed et ærumnas ex miſeriâ perceptâ, luctum, animi afflictionem et ægritudinem ſignificat. Et, quantam vim habeat mœror & triſtitia in tabe procurandâ, oſtendit Regum ſapientiſſimus, *Solomon*, dum ait, *Lætum cor exhilarat vultum: at in mœrore cordis langueſcit ſpiritus.* Et, *Animus gaudens ætatem facit floridam: ſpiritus triſtis exiccat oſſa.* Et, *Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno; ita triſtitia viri nocet cordi.* Ea enim eſt triſtitiæ vis, ut cor conſtringat arctiùs quàm decet, arteriarum motus comprimat ita, ut nec ſanguini recipiendo, nec expellendo et diffundendo ſufficiant. Hinc à diminuto cordis et arteriarum motu, ſanguiniſque acceptione et expulſione et per corpus diffuſione, primò languor virium totius corporis conſequitur, dein præcipuarum functionum notabilis læſio: quin & mœror ipſis humoribus alimentariis acidam, lentam et fixiorem qualitatem imprimit motui et nutritioni ineptam, unde partes ſuo nutritio ſucco defraudantur.

Ταλαιπωρίη quid.

Prov. 15. 13. Cap. 17. 22. Cap. 25. 20.

Lib. de internis affectionibus Sect. 13. Cauſam autem affectûs proximam optimè explicat *Hippocrates*, dum ait, Tabeſcit autem ſimiliter à cavis Venis; hæ verò pituitâ hydropiformi et bile replentur. „Patitur autem eadem, ab utris tandem tabeſcat, et homo ſtatim niger fit ac ſubtu„midus, et partes ſub oculis pallidæ fiunt. Et venæ in corpore pallidæ, diſtentæ ſunt;

„quædam verò valdè rubicundæ. Et infra: Ubi revomuit, levior sibi esse videtur; „deinde, modico tempore interposito, in isdem doloribus jacet. Hic etiam acutiùs „loquitur, quàm cùm sanus esset; & rigor ac febris interquiescens rursus sudorosa corripit. Quæ ut speciem morbi egregiè delineant, ita et causam ejus proximam optimè demonstrant: quod ut magis constet, aliqua ex eodem divino Sene altius repetere operæpretium erit.

„Corpus hominis (ut ille refert) habet in seipso sanguinem et pituitam et bilem du- Lib. de natura homi-
„plicem, flavam *viz.* et nigram: atque hæc sunt ipsi corporis natura, et per hæc ægro- nis Sect 5.
„tat et sanus est. Sanus equidem maximè, ubi temperamentum hæc inter se habuerint, „moderatum tum facultate, tum copiâ, et ubi maximè fuerint permixta. Ægrotat au- „tem, cùm horum quid minus aut amplius fuerit, aut seperatur in corpore, et non „fuerit reliquis omnibus contemperatum. Tunc enim quodcunque fuerit, quod in uno- „quoque fortè ὁ, τι ἰσχυρὸν ἐστιν, ἐς τὸ κρίσσον τῆς φύσιος ἀνθρωπίνης, et humanâ naturâ poten- Lib. de vetere medi-
„tius est, quodque non possit superare, hoc ipsum lædere duxerunt, et hoc auferre cina Sect.
„quæsiverunt. Fortissimum est autem inter dulcia dulcissimum, inter amara amarissi- 24.
„mum, inter acida acidissimum. et in omnibus adeò rebus, ἡ ἀκμὴ, vigor ipse ac sum- „mum. Hæc enim in homine inesse viderunt, et hominem lædere. Inest enim in ho- „mine et amarum et salsum, et dulce et acidum, acerbum et fluidum, et alia infini- „ta omnigenas facultates habentia, copiamque ac robur. Atque hæc quidem mixta, „ac inter se temperata neque conspicua sunt, neque hominem lædunt. Ubi verò quid „horum secretum fuerit, atque ipsum in seipso fuerit, tunc et conspicuum est, et ho- „minem lædit. Ampliùs porrò etiam alia quæcunque mala homo patitur, omnia à fa- Ibid. Sect.
„cultatum potentiis [ἀπὸ δυνάμεων,] proficiscuntur. Itaque cùm amaritudo quædam dif- 34.
„fusa fuerit, quam bilem flavam appellare solemus, quales statim anxietates, et æstus, „et impotentiæ occupant? Verùm, ubi liberati fuerimus ab illâ et purgati, aut spon- „te, aut per medicamentum, si modò tempestivè quid ipsorum fiat, manifestè et à „doloribus et à calore liberamur. Quanto autem tempore eadem elevata fuerit, et „cruda, et meraca ac intemperata, nullâ arte neque dolores, neque febres sedare pos- „sis. Et quos quidem acuta acrisque ac æruginosa bilis affligit, quales mox rabies, & „morsus viscerum ac pectoris, & desperatio? Non sedantur autem hæc, priusquam Id. ibid.
„eadem expurgetur & prosternatur, & aliis permisceatur. Cæterùm & hæc cognosce- Textu 39.
„re oportere mihi videtur; nimirum; quæ affectiones homini ex facultatibus & poten- „tiis, quæ item ex figuris adveniunt, ἀπὸ σχημάτων. Quod autem dico tale est: Nempe „facultatem quidem esse, humorum summas vires ac robur nôsse. Figuras autem di- „co, quæ in ipso homine insunt: aliæ enim cavæ sunt, & ex amplitudine in arctum „coactæ; aliæ expassæ; aliæ solidæ & rotundæ; aliæ latæ & pensiles; aliæ extentæ; „aliæ longæ; aliæ densæ; aliæ raræ & hiantes; aliæ spongiformes ac molles. Et infra: „De potentiis autem humorum, quid singuli ipsorum in homine facere possint, per- Textu 42.
„spectum habere oportet; quomodò cognationes inter se habeant, an *viz.* dulcis hu- „mor in aliam speciem mutetur, non à contemperamento, sed ipse desciscens & „immutatus ab ipso, qualis primùm fuerat, amarus, aut salsus, aut acerbus, aut aci- „dus. Sit sanè acidus: ergo acidus humor cæteros præcellens, maximè incommodus „fuerit, si utique dulcis omnium commodissimus existit.

Et hæc siquis forinsecus quærens consequi possit, is semper, quod melius est, ex omnibus eligere queat. Et cùm contraria contrariis curentur, is qui de humorum potentiis, quid singulæ ipsorum in homine facere poterint, perspectum habet; etiam quomodò minuantur, temperentur, expellantur, aut in aliam speciem mutentur, scire poterit.

Hinc autem justa causarum proximarum hujus affectus delineatio elici potest. Prævaluisse enim tam bilioſos quam pituitoſos humores in hoc Ægro, Argumenta sunt Colici dolores sub initium morbi frequenter invadentes: dein à gravissimo illo animi pathemate, acidum in sanguine prævaluisse arguit tum passionis species mœror & animi ægritudo, tum doloris species; obtundens scil. & gravativus primùm fuit, ut & rebellis naturæ, in viscidâ tenacique pituitâ hospitans, quæ acidi, ut plurimùm, sedes est & materia. Accedit, quòd per totum morbi progressum nullos Spasmodicos motus expertus sit, qui acriorem & volatiliorem causam arguunt. Sed & sanguis universus in pallidam & lentam pituitam degenerâverat, ut ex autopsiâ apparuit, in quâ necessariò eminebat acidum, quod recrementa multa de se demittens dolores pariebat, cum præsertim per totum morbum de frigore (quod acidum potens esse declarat) conquereretur, nec frigidæ manûs tactum pati potuerit. Acidum tamen hoc unà cum bilis sale

lixivioso

lixivioſo fermentationem ſubiiſſe probat Paroxyſmus Febrilis, & lancinantes atrociter tunc dolores; qui tandem, bile quoque ſanguinem corrumpente, Hecticam & ſanguinis ſputum induxere. Modum autem, quo dolores afficiebant, ex *Hippocrate* ſic elicimus, cum Venas diſtentas narrat: illa enim Venarum tenſio fuit inde, quòd acidum à reliquis humoribus ſecretum potenſque factum tum qualitate tùm quantitate ſuâ μετέωρον fuerit, bili in maſſâ ſanguineâ occurrerit, unà cùm eâ ferbuerit & exæſtuaverit, adeóque ſimul exaltati fuerint humores acidi & bilioſi. Hinc ſecutæ ναυτιώσεις Venarum, Nauſeæ, *h.e.* ſanguinis ex Venis reſuſiones, cùm Venæ tam ex propriâ imbecillitate, quàm ex acribus recrementis ab iſtâ humorum luctâ depoſitis irritatæ, velut nauſeabundæ, ſanguinem humoreſque effundunt aut evomunt. Sic enim neceſſe fuit, non ſolùm ſanguinem, unde ſeceſſit, malè ſe habere à ſolutâ partium ejus unitate; ſed & locum, in quo depoſitus humor, propter humoris tum copiam, tum qualitatem potentem. Recrementa enim illa acria unà depoſita, nervorum fibras & oſſium membranas vellicando, atroces illos dolores producebant; primò quidem periodicè, parciùs ſcil. ſecretis & congeſtis recrementis; demum corrupto toto ſanguine, iiſque perpetuò in partes illas ſtillantibus, conſtanter excitabant. Quòd autem tam pertinaciter in dorſo, lumbis, Oſſe Sacro & Coxendice inhæſerint; cauſâ fuit illarum partium figura ad eos recipiendos & hoſpitandos opportuna. Pro variâ autem humorum metaſtaſi, nunc pectus, nunc crura, tibias ipſumque pedem afficiebant. Agmen claudat Prognoſis *Hippocratica*, *Et ſemper tandem pereunt*, quod hic Æger quoque expertus eſt.

CAPUT VIII.

Obſervatio de Pyloro concretione Cartilagineâ obturato.

LEctiſſima & laudatiſſima quædam Domina variis Ventris torminibus per aliquot menſes miſerè divexata, cùm Abdominis inſigni diſtentione, & miris rugitibus & βαρβορυγμοῖς (qui Tonitrùs ſonum æmulabantur) immani etiam vomitu omnium aſſumptorum & non rarò humorum viſcidorum, & totali Alvi ſuppreſſione laborabat, ita ut vix Enematum uſu quicquam excerneret (conquerebatur enim nihil aſſumptorum ultrà Umbilicum deſcendere unquam) menſes etiam toto illo tempore ſiſtebantur; de pondere in Ventriculo conqueſta ſæpe eſt; appetitus non imminutus tantùm, ſed abolitus ferè. Varia Medicamentorum genera, purgantia, carminantia, roborantia, anodyna incaſſùm exhibita & adhibita, toto ægritudinis decurſu, vocatis in conſilium Dominis Doctoribus D. *Haio* & D. *Sibbaldo*: tandem die ſexto *Novembris* anni 1678 cruciari & vivere deſiit. Conſenſu mœſtiſſimi Mariti & reliquorum Amicorum, Cadaver aperuimus, cauſam abditam tam miſerandi caſus & obſtinati morbi rimaturi. Non ultra infimam corporis regionem ſecando progreſſi ſumus, cùm ibi morbi & mortis cauſa abundè pateſceret. Inteſtina inſigniter erant diſtenta, & flatibus cum liquore fœcibus liquidis aliquantùm fœdato (forte à Clyſteribus injectis reſtitante) replera, qui ex Inteſtinis cultello leviter apertis magnâ vi & ſonitu ad diſtans exiliit. Ventriculus non tantùm valdè tumidus à contentorum copiâ, ſed flatuum vi & torſionibus ita figuram, quam ſecundum naturam ſolet habere, amiſerat, ut vix ab Inteſtinis diſcerni potuerit, divulſis ferè ejus tunicis. Pylori ſitus (vi eorundem flatuum ibi contentorum) immutatus, & in lævam corporis partem detruſus. Sed (quod maximè obſervandum, & cui fatalis mali initium & finem aſcribere viſum eſt) loco Sphincteris Pylorum ſecundum naturam aperientis & conſtringentis, aderat Circulus ferè Cartilagineus, immobilis, latus circa pollicem unum, craſſus circiter digitum unum, in quem cultellus non ſine magno conatu potuerit adigi, quique ipſum Pylorum ita coarctaverat, ut non niſi exili ſtylo tranſitum concederet. Hinc Ventriculi capacitatem invenimus fœcibus liquidis & fœtidiſſimis repletam: unde demirati ſumus Dominam Ægram nec iſta Stomachi contenta evomuiſſe unquam, nec de fœtore unquam queſtam. Utero aperto, Gravidam obſervavimus Maſculo Embryone, quod ab initio ſuſpicati ſumus, contra ipſius Dominæ opinionem.

Relatio hæc mihi communicata fuit à D. *Gilberto Rule* celebri Practico *Bervicenſi*, qui Dominæ ægrotæ Medicus ordinarius fuit. Narravit autem mihi ipſa Domina, narrârunt Propinqui, Maritus & Pater Dominæ, ipſam æſtate prægreſſâ pruna multa immatura & adhuc viridia comediſſe, nec ab eorum eſu abſtinuiſſe monitam de periculo: unde congeſta fuit in Ventriculo magna humorum acidorum & viſcidorum ſaburra.

CAPUT IX.

Relatio de Muliere Cornutâ.

MUlieris Cornutæ meminit *Thomas Bartolinus*: Similem caſum obtulit hæc Urbs. *Elizabetha* quædam Cornu (cujus Iconem vides Tabulâ VII.) exciſum habuit decimo quarto die *Maij* anno 1671 à Chirurgo hujus Urbis ſatis celebri *Arcturo Temple*. Accreverat autem capiti ad tres pollices ſupra dextram auriculam, & per ſeptem annorum ſpatium; in eam magnitudinem & formam crevit.

Fama erat abſciſſum renaſci, licet quinquaginta annorum eſſet, cum abſcinderetur. Ipſum autem Cornu abſciſſum in Bibliothecâ Academiæ *Edinburgenſis* conſervatur, ubi illud vidi, ejuſque Iconem ab ingenioſo Mathematico & Mechanico *Ioanne Adair*, depingendam curavi.

Similem Subſtantiam, ſi non planè corneam (quam & in eâdem Tabulâ depictam videre eſt) ſuper digitos pedum accreſcentem habet paupercula quædam in Urbe *Selkirk*. Hujus Icon ex ipſâ ſubſtantiâ deraſâ delineata quoque eſt.

CAPUT X.

Obſervatio de Venæ ſectione ante Variolarum eruptionem.

Variolæ cum ſanguinis vomitu erumpentes.

SOlent noſtrates à Venæ ſectione in Variolis abhorrere, quæ tamen, ubi magna febris eſt, &, præ ſanguinis æſtuantis nimiâ copiâ, in nobiles partes metaſtaſis metuenda, ſæpe ſalutaris eſt, ut ex ſequente caſu videre licet. Mercatoris *Edinburgenſis* filius *Ioannes* nomine, quintum agens ætatis annum, ſatis benè ſe habuit, dum horâ ordinariâ ſe ſomno componeret. Circa tertiam verò matutinam cœpit malè ſe habere & ſanguinem vomere. Hoc ſubito affectu conſternati Parentes me accerſiverunt; reperi vomentem adhuc purum ſanguinem. Parentes autumabant, aut in Scholâ ab uno ex Sodalibus ictum fuiſſe, aut ex caſu læſum, cùm nulla alterius affectûs ſe proderent indicia. Ego tam periculoſo morbo præſens ſuadebam remedium Venæ ſectionem. Proinde de Mediana Brachii Chirurgus quatuor plùs minùs uncias emiſit: dein ex temperatis adſtringentibus Julapium exhibitum eſt pro ſanguine ſiſtendo, à quo aſſumpto ſiſtebatur Vomitus. Horâ decimâ ſputum ſanguine leviter tantùm tinctum erat; Ante undecimam, ſputum ſanguinis planè expers fuit. Sed circa duodecimam accrevit Febris, & poſt meridiem ſecuta eſt Variolarum eruptio. Trepidabat tunc Mater, & de ſuo Filio actum eſſe clamabat. Ego contrà omnia tuta fore promittebam, quòd ſanguis eâ quâ gravabatur plenitudine levatus faciliùs, quod concoqui erat habile, eſſet concocturus; quod expelli habile, expulſurus. Nec me fefellit animus: optimè enim eruperunt Variolæ, & ab earum eruptione febris remiſit, & ſine ullis ferè Medicamentis adhibitis. Reliqua pro voto ſucceſſerunt, & citiſſimè convaluit Æger. Ubi ergò corpus plethoricum eſt, ſummaque eſt ſanguinis ebullitio & efferveſcentia, & ruptionis alicujus vaſis eſt metus, locum habere poteſt ſanguinis miſſio, ſi vires ferant & nulla adſit malignitatis ſuſpicio.

Sed ubi ſubita virium proſtratio eſt, humorumque ſumma putredo & corruptela adeſt, abſtinendum eſt à Venæ ſectione, quòd ab eâ tum minuantur vires, miaſma venenatum ſe latius ſpargat, totamque ſanguinis maſſam inficiat. In quo caſu Cardiaca & Alexipharmaca temperata, quæ ſpiritus refocillent & reſtaurent, corruptelam ſanguinis emendent, putredinem arceant & expellant, maximè ex uſu erunt.

Inter

Inter quæ, acida & pulveres teſtacei primum locum tenent. Cautè tamen naturæ motus obſervandus eſt, ut laboranti ſuppetias, non afflictæ τραχαχῶ addamus; & ſummâ curâ ſunt vitanda, quæ vel ſanguinem nimium colliquare, vel magis accendere poſſint.

CAPUT XI.

De immani ſanguinis vomitu & ejuſdem ſanguinis per inſolitas vias rejectione.

SAnguis ſæpe inordinatos motus affectat, quando vel nimia copiâ redundat, vel æſtuat & efferveſcit nimiùm, vel ab humorum acredine ſtimulatur. Sanguinis quando inordinati ſunt motus.

Nobilis quædam Virgo, annorum nunc viginti quatuor, per tres annos Vere ingruente Vomitum ſanguinis immanem paſſa eſt, quo plures patinas ſanguine puro, quandoque in magna fruſta coagulato, replevit. Cùm vires eſſent inde imminutæ, ſuaſi ego, ut Diætâ refrigerante & incraſſante uteretur; & Iulapium refrigerans, adſtringens & roborans præſcripſi, pro ſanguinis efferveſcentiâ nimiâ & motu nimio comprimendis. Nihilominus tamen Vomitus perſeverabat, etiam (quod mirum) erumpentibus Menſtruis & per aliquot dies fluentibus, quod bis in hâc Ægrâ accidit. Vomitum præcedebat angor & dolor in pectore gravativus. Nunc, ex quo nupta eſt, nullæ de eo Vomitu querelæ. Vomitus ſanguinis immanis.

Solet certè ſanguis in Vaſis æſtuans & ebulliens (quando præ obſtructione, vel materiæ diſpoſitione ſe nequit διὰ τῶν συμφύτων χωρίων exonerare) inſolitas quandoque vias tentare, per quas ſe deponat. Dum rure agerem, venit ad me ancilla annorum viginti, auxilium in gravi affectu petitura: conqueſta enim eſt, periodo menſtrui fluxûs recurrente, ſe, loco Menſtrui per Uterum fluxûs, magnam pati hæmorrhagiam ex auriculâ, nec aliud præterea pro Menſtruis habere. Ego, ut motum ſanguinis naturalem reducerem, conſului ut purgaretur & eis uteretur Medicamentis, quæ curſum ſanguinis per Uteri vias reſtituerent. A quibus uſurpatis Menſes ordinatè fluebant; uſque dum ingruente Autumno ſervitiis in agro occuparetur, præſertim in frugibus demetendis: quo opere calefacto (ut veriſimile eſt) nimiùm corpore, præternaturalem per aurem curſum ſanguis ebulliens repetebat, eóque nimium fluente exhauſtis viribus brevi periit. Sanguinis per aurem rejectio.

CAPUT XII.

De Hydrope Tubæ Uteri.

M*Argarita* quædam honeſto loco nata apud ſuos; annum agens decimum ſextum; poſtquam halecem ſalitam comederat, circa decimam noctis horam valdè ſitiens aquæ frigidæ largiorem hauſtum ſumpſit, nec aliam ipſa narrabat fuiſſe ſui Morbi originem. Ab eo tempore cœpit malè ſe habere, licet & tunc, & (quod mirum) ad mortem uſque ritè fluerent Menſtrua & periodum ſervarent. Venter ſenſim tumere incipiebat, & per octennium augebatur magis magiſque, ita, ut anno poſtremo tumor vel quatuor Infantibus Gravidæ molem longè ſuperaret: adeò enim diſtentum Abdomen, ut ſuper Umbilicum ſederet, idque in ſedili abſque fundo ſubſtrato: Nec præ tumore per aliquot annos Tibias ſuas videre poterat. Ita autem augebatur indies tumor menſibus aliquot mortem præcedentibus, ut præ pondere aquæ contentæ ambulare nequiret, & valdè metueret, ne præ nimiâ tenſione Venter rumperetur. Quapropter rumore ad eam delato, Virum quendam Hydropicum in Comitatu *Perthenſi* à D. *Moravio* Vicecomitis de *Stormont* fratre, D. *M. Perthi* Praxin tunc exercente, inſtitutâ Paracenteſi fuiſſe ab Hydrope liberatum, dies noctesque amicos rogabat, ut ſuprà dictum Dominum accerſirent, quò Paracenteſis in ipſâ perficeretur: aliquam enim ſpem ſibi affulgere per eam ſe liberatum iri, cùm dira mors aliàs præ foribus inſtaret. Accitus ergo fuit D. *Moravius*, & unà cum eo conſultantibus D. *Junio* D. M. Celeberrimo Practico, Clariſſimo D. *Balfurio*, & expertiſſimis Chirurgis *Iacobo Borthvico* & *Gulielmo Borthvico*, Paracenteſis facta

facta fuit per *Gulielmum Borthvicum*, & parum tantùm aquæ primâ vice eductum, consultò, ne vires laberentur. Eâ nocte ad Urbem veni, & sequente manè me parabam ut Operationi interessem (inter alios enim me advocaverat in consilium) cum ecce horâ nonâ, quæ erat constituta pro Operatione, nobis relatum est, illam manè solito maturiùs è lecto surrexisse & bono alacrique animo, omnia benè sibi succesSura ominatam suis manibus crines capitis compsisse: à quo motu (uti verisimile est) conquassata aqua amurcam in fundo excitaverat, unde putridi malignique Vapores elevati convulsivos motus ei procurârunt, qui horâ ejusdem diei undecimâ ipsam è vivis abstulerunt. Sequente die concessum ab Amicis, ut Abdomen Cadaveris aperiretur, ut tam prodigiosi tumoris causam scrutaremur, quod factum præsentibus suprâ nominatis Dominis, me etiam præsente. Et (quod vix credibile est) ne una quidem aquæ gutta in Abdominis cavitate reperta: imò Viscera omnia sana, nullâ labe tacta reperta sunt. Sed Tuba Uteri (quæ & *Fallopii* dicitur) dextra in eam molem extensa erat, ut totam Abdominis mirè distenti cavitatem repleret. Figurâ autem accedebat ad sacculum coriaceum largissimum, quo Causidici Chartas recondunt. Erat autem plus quàm duos pedes longa, pedem & dimidium lata, prodeuntibus è lateribus saccis minoribus instar perarum majorum, quibus in femoralibus utimur. Ex illo sacco vidimus eductas quadraginta quatuor Pintas *Scoticas* (Pinta autem *Scotica* continet quinque Libras Medicas & Uncias quatuor) aquæ atro-rubentis. In fundo autem aderat magna quantitas materiæ crassioris & lentæ, instar amurcæ, quæ erat atro-virentis coloris.

CAPUT XIII.

De *Impotentiâ ad rem Veneream humoris è Gutture ad Testes translationem sequente, Medicamentis feliciter curatâ.*

QUidam Theologiæ Candidatus temperaturæ aliàs in Venerem pronioris, circa quadragesimum ætatis annum, ex commoratione in domo humidissimâ, palustri loco ad *Fortham* sitâ, passus est ingentem humorum decubitum in fauces & guttur; ex quo tumor subortus, quem paulo post Testium tumor & resolutio secuta. Tumoribus discussis, remansit absoluta ad maritale debitum persolvendum impotentia, de quâ gravissimè mihi conquestus est, Se jam per aliquot menses ad hoc munus planè ineptum esse, & obnixè rogavit, ut in tam deplorato affectu opem ferrem. Ego cùm ex sympathiâ, quæ inter Testes & Organa Vocis intercedit, facilè posse contingere ejusmodi humorum μετάστασιν intelligerem, jussi bono esset animo, sperare me, ipsum restitutum iri, modò obsequentem se præberet præscriptæ methodo pro valetudine ipsius recuperandâ, quod ille quidem alacriter suscepit se peracturum. Institutâ ergo primùm diætâ, ut scil. ab omnibus piscibus, à salitis & exiccatis carnibus avibusque palustribus abstineret; cibisque boni succi & multi nutrimenti uteretur, vinoque ad cibos generoso, corpus aliquoties purgavi; et tum quæ partes illas flaccentes et evanidas corroborarent tam intus quam foris utenda imperavi; quibus peractis pristino vigori restitutus est, sæpiusque gratias mihi quàm potuit maximas egit.

Ætiologia hujus affectus.

Ut hujus Affectûs causam explicem operæpretium erit Sympathiæ inter partes rationes reddere. Et quidem nihil in rerum naturâ majorem sui parit admirationem, quàm, quæ passim observatur, rerum aliquot diversarum, quarundamque omni sensu carentium

Variæ enumerantur Sympathiæ.

συμπάθειαι & ἀντιπάθειαι. Conspicua illa συμπάθεια in Magnete ad *Polum Arcticum* se non aliter, quàm flamma sursum, lapis deorsum, convertente; ad se verò ferrum vi non minus abditâ attrahente. Sic Electrum Palcæ conjungi amat. Hinc etiam animalium τὰ ἰοβόλα totam demorsi corrumpunt substantiam: nonnulla alicui tantum parti bella indixere, ut vesicæ Cantharides. Quin et feras ipsas præsentissimo veneno turgentes, atque imprimis Scorpionem, suæ plagæ remedio esse non impositas tantum, sed et comestas, Veteres prodiderunt, ipsaque Viperarum carne constans Theriaca convincit.

Causa Sympathiæ & Antipathiæ.

Causa autem est illa, quæ ex variâ Elementorum permistione intercedit. Substantiarum

tiarum ſimilitudo et diſſimilitudo, cujus tamen διαγνῶσιν humanum intellectum hucuſque effugit. Multum ſanè efficit hîc perpes & aſſiduum (quod dari conſtat) ex quolibet corpore tenuium & ſpirituoſarum partium effluvium & ἀπόῤῥοιαν quam ab animatis tanta cum ſagacitate indagat & inſectatur canum ἰχνοβάτων induſtria: quippe naturali inſtinctu & pondere partes hæ à corpore egreſſæ deſiderant ad illud, tanquam ad ſuum centrum & locum remeare, quod ſæpe non vacuæ reviſunt; Sed impregnatæ corpore aliquo ipſarum tanquam aculeis transfixo, ſicut filamentum ſubtile et inviſibile partium à Succino evaporatarum ad illud ſecum revehit paleam, & à Magnete exhalantes particulæ ponderoſum ſecum ferrum apportant.

Quæ in noſtro corpore eſt Sympathia fit, cum ſuperſtite priore foco pars in alterius affectum trahitur. Et talis vel eſt abſolutè & poſitivè, vel privativè. Sympathia in noſtro corpore quid.

Abſolutè et poſitivè talis (quæ etiam κατ' ἐπιγένεσιν dicitur) fit materiæ ſcil. morbum committentis propagatione, cùm vapor nempe, vel humor à parte primariò affectâ in aliam effertur. Sic vitioſi vapores è Ventriculo vel Utero ad Cerebrum delati dolorem vel delirium inferunt; ad oculos delati, in iis excitant ſimilia; quæ per ſuffuſiones cernuntur. Sic clauſis Veſiculæ Bilariæ ductibus, Corycio tincta croco, præ cæreris, oculi funda, auratur corporis ſuperficies, ceſſat naturalis Clyſter, argillacea dejiciuntur, cum πάντων γλίσχρων ἀποστίξις. Sic Aura ex parte inferiore ſublata Epilepſiam. Sympathia poſitiva.

Privativè talis eſt, quoties, parte aliquâ primariò affectâ, pars alia privatur affluxu materiæ, vel facultatis ad agendum neceſſariæ. Sic Larynx per Sympathiam læditur, cùm, perfoſſo Thorace, vocis materia illi præripitur. Sic Spinæ dorſi obſtructio crurum reſolutionem infert; nervi Optici, cæcitatem: quia facultas Opitex influere prohibetur. Sympathia privativa.

Compatitur autem pars alteri tribus modis. Primo γειτνιάσει, ſeu Vicinitate, propter quam Uterus compatitur Recto Inteſtino & Veſicæ, viciſſimque illa Utero. Unde Utero vel Inteſtino Recto inflammatis, ἰσχουρίαι, δυσεξίαι; et viciſſim Veſicâ ab Ulcere, Phlegmone vel Calculo obſeſſâ, Teneſmus oritur, qui Stranguriam et Abortum inducit, ut Pleuritis Febrem. Ad hanc ſpectant Continuitas, Contiguitas, Cohæſio et quæ medio aliquo copulantur. Tribus modis pars alteri compatitur.

Secundò τῇ κατ' ἔργον οἰκειότητι, operis ſocietate, quæ ſpectatur in partibus communem actionem habentibus. Sic Abortum facturis Mammæ graciles fiunt. Sic Muſculis congeneribus in unâ parte reſolutis, in aliâ convelluntur, ut in caninâ reſolutione ſana oris pars affectæ compatitur. Hinc facilis τῶν ἀρχῶν ἐς τὰ πεφυκότων συμπάθειαν ἐς συντιμωρίαν. Hâc difficilior evadit Reſpiratio, malè affectis Hepate & Liene; in ſympathiâ Renis alterius urina crebrè & parcè mittitur.

Tertiò τῇ κατὰ γένος κοινωνίᾳ, generis communione. Huc reducitur Vaſorum communio, quâ nervoſa nervoſæ, glanduloſa glanduloſæ, arterioſa arterioſæ, membranoſa membranoſæ condolet. Hinc Vomitus læſo Cerebro, aut Meningibus; Cephalagia, Ventriculo impurâ quâvis illuvie (præſertim biliosâ) referto ſupervenit. Hâc Diaphragma inflammatum, generis ſimilitudine & ſocietate, principium, *i. e.* Cerebrum, in contagionem adducendo, paraphoricum affectum: nam τοῖς νευρώδεσι μόνοις ἡ ἀρχὴ συμπάσχειν ἔοικεν; percuſſum, riſum accerſit Sardonium. Hâc Muſculus Temporalis, læſo oculo, læditur, fit Syncope, læſo Ventriculo; Veſica, Vertebris Oſſis Sacri affectis, læditur; ac denique Vox Teſtibus malè conſtitutis.

Dum viget mirabilis illa Elementorum in corpore noſtro Harmonia, dum temperatæ exinde conſurgunt Qualitates, parteſque principes ſuum pro debito in inferiores exequuntur imperium; & eæ non minùs morigeræ partes ſuas quoque agunt: neutræ præ nimiâ felicitate ſuperbiunt, valet Natura, & ſuas omnes ad ſalutem animantis functiones obit, immutabili conſtantiâ ex cibis ingeſtis idoneum partibus concoctione præparat humorem; præparati portionem utilem et familiarem ab inutili ſecernit; illum deducit & exportat in partes; earum ſubſtantiam ſupremâ concoctione mox futuram, hanc in ea, quæ huic muneri deſtinavit conceptacula, recondit, donec per vias convenientes foras exturbet. Quem ardenti ſtomacho hærens cibus imperfectus languorem pepererit, hunc, niſi novi exhibitione cibi diſtrahatur, perfectè ſummovet; ac ſiquid crudi congeratur humoris, qui eas Meſenterii vias, per quas Chylus traducitur, inferciat, hunc ſubigit, mutat, coquit, aut mitigat. Quin & impuros humores omnium ferè Morborum cauſas continentes in Vaſis majoribus concluſos, aut in cavis Viſcerum deliteſcentes, Veniſque minoribus coercitos priſtinæ reſtituit bonitati; lentos detergit, craſſos incidit, compactos imminuit et variè disjungit; ferocientes, turgentes & quoquoverſum impulſos compeſcit; exuſtos blandè repurgat, & quovis alio modo contaminatos, niſi quid peccatum fuerit quod ejus geſtiones interpellet, ab utilibus ſegregat, ſecretos per cœcos aliquando arctoſque receſſus extrudit, ſæpius per ductus tritos & idoneos bonis ægri rebus excernit. Hinc illæ in Morbis ſubitæ ad ſalutem ægrotantis, præter ſpem imperitorum, mutationes; in quibus quamvis, humo- Natura benè ſe habente, omnia rectè ſuccedunt in nobis. Multi Morbi à naturâ noſtrâ ſuperantur.

humorum ſarcinâ vel pernicie proſtratâ, viſatur natura, aut Morbus terrificis urgeat Symptomatis, collectis tamen undique viribus humore ſuperior Morbique dominatrix exiſtit.

Malè ſe habente naturâ noſtrâ, pervertuntur omnia.

At longè aliter ſe res habet, ſiqua accedat Elementorum in corpore noſtro diſcordia, intemperatæque prævaleant Qualitates & partium σχήματα pervertantur, & partes inferiores ſuperiorum imperium & juſſa detrectent. Languet enim & perturbatur corporis œconomia, parteſque minus rectè officium ſuum obeunt. Languet autem natura, ſiqua materia calida frigidavè, tenuis aut craſſa parti alicui illapſa impoſitas rebellis recuſet leges, inſolentiuſque ſe opponat reliquis. Ab eâ ut ſe tueatur Natura liberetque, nihil relinquit intentatum. Si, præ moleſti humoris craſſitie, tenuitate, cruditate, aliâve pravâ qualitate, optatam ejus, διὰ τῶν συμφέροντων χωρίων, evacuationem conſequi nequeat, tentat μετάθεσιν & μετάστασιν, quæ fit, cùm, relicto priore foco, in aliam corporis partem noxius & effrænis humor inſilit, vel à nobili ad ignobilem, vel ab ignobili ad nobilem, imprimis in illam cum quâ habet neceſſitudinem, ſive vicina ſit illa, ſive operis generiſve ſocia, ſive per Vaſa ſit communio. Cùm igitur Teſtes cum Organis Vocis mutuo ad edendam Vocem concurſu, ſextum propter Nervorum par, quod de ſe ſurculos in Teſtes mittit, & Nervos recurrentes, qui per Vocis Organa excurrunt, Arteriarum quoque Venoſæ & Aortæ cum Corde, Aortæ cum Spermaticis continuatione conjuncti ſint: hinc, per Auſtrinam *Thaſi* Conſtitutionem, multis aridæ tuſſes & raucedines, ac paulò poſt inflammationes cum dolore in Teſtes erumpebant. Hinc diuturnæ tuſſes in Teſtium tumorem deſinunt. Hinc Varix alterius Teſtis ἰσχυφωνίαν ſolvit, tumor in Gutture & faucibus Teſtium reſolutionem inducit. Et inde confirmatur *Hippocratis* ſententia ὄρχις διδύμας ἀπὸ βήχων ὑπόμνημα κοινωνίης πρὸς μαζῶν, γονῆς, φωνῆς. Et manifeſta Vocis Organa inter ac Teſtes Sympathia.

Quando fit Tranſlatio. Tranſlatio quid. In quam fiat partem. Organa Vocis quomodo cum Teſtibus conſentiant. Ratio Sympathiæ inter Teſtes & Organa Vocis.

CAPUT XIV.

De Epilepſiâ in provectæ ætatis Muliere curatâ.

MUlier quædam Hortulani uxor annos nata quadraginta quatuor Cachectica, nec ſine ſuſpicione Luis Venereæ, Epilepſiam contraxit, à quâ per Paroxyſmos peſſimè afficiebatur. Caput verſus collum torquebatur, et unà omnes reliquæ partes convellebantur. Spuma fluebat de ore, atque per dimidium ferè horæ durabat Paroxyſmus ſine ſenſu; non enim meminerat ſe affectam fuiſſe, ſed ſtupida per horas aliquot permanſit. Obnixè me rogabat Maritus ejus, ut remedia exhiberem pro tanto Morbo. Et ego quidem ejus precibus adductus ſum, ut varia uſurparem; cum nullâ tamen ſpe ſuccedendi, propter ætatem in ſenium devergentem & malum corporis habitum. Omnibus tamen ritè exhibitis, remittere incipiebant Symptomata ita quidem, ut ſenſum dolorum haberet in Paroxyſmo; dein minus frequenter invadere; denique intra quatuor menſes benedicente remediis divino Numine ſupra ſpem, à Morbo plane liberata fuit. Et, cùm illam poſtremùm inviſerem, optimè ſe habebat, per decenniùm tunc ab illo Morbo planè immunis. Nequis ergo de ſucceſſu in ſimili Morbo deſperet, modò remedia ſecundum Artem adhibeantur.

CAPUT XV.

De Lithiaſi ſeu Calculo.

MUlti apud nos Calculoſi ſunt, & in variis corporis partibus Calculi reperiuntur.

Nobiliſſimus Juvenis Carolus Comes de *Balcarras*, cùm totâ æſtate præcedente Febris quotidianæ impetum ſuſtinuiſſet, quam finitam ſubſecutæ ſunt frequentes intrò aſſumptorum Vomitiones, præcluſâ tandem, obſtructâ & interceptâ ſanguinis & ſpi-

Thom. *Burnet.* Theſauri Lib. 3. p. 23.

rituum

rituum officinâ, ſuffocatus obiit. Diſſecto Cadavere præſente Medico Ordinario, vix credibile eſt, quàm magnus Calculus, duarum prorſus unciarum ponderis ejuſdemque pariter cum Corde figuræ, Ventriculos ipſius ambos undiquaque occupans ſit intus repertus. Calculus in Corde.

In Veſiculâ quoque Felleâ Viri nobiliſſimi Domini *Sinclair* lapis repertus figurâ & quantitate ad Nucem Moſchatam accedens, quæ in Muſæo clariſſimi Viri D. *Andreæ Balfurii* Equitis aurati ſervatur. In Veſicâ Fellis.

Lapidem è Renibus Viri nobilis D. *Dromundi* de *Ricarton* extractum oſtendit mihi Conſanguineus meus D. *Patricius Dromundus* ὁ μακαρίτης Philoſophus Chriſtianus Puritatis primævæ æmulus, qui, quam alii profitentur verbis, vitâ & moribus ſimplicitatem expreſſit, ſummâ quoque doctrinâ & rerum variarum peritiâ præditus. Erat is Lapis tantæ magnitudinis, ut Renem in quo erat impactus ita dilataret, ut alterum adverſi lateris attingeret. Fuit autem inæqualis admodùm figuræ, cum appendicibus quibuſdam, quæ formâ Renis erant. Lapis in Rene maximus.

Vidi quoque Lapillum ex apoſtemate digiti cum pure ejectum; & reperti ſunt in Linguæ radice adnati Lapides. Lapillus in digiti apoſtemate, &c.

Habeo etiam Lapidem ex Inteſtinis, poſt ingentes in Ventre dolores, à Mercatore quodam cum fœcibus alvi depoſitum. Eum videre eſt delineatum in Tabulâ nonâ, unà cum dimidio alterius minùs duri per ſeceſſum quoque ejecti. Sed hic, de quo nunc agimus, fungoſus dici poteſt. Coloris eſt fuſci &, ſi leviter tangas, mollis inſtar panni holoſerici cernitur, quem tamen unguibus penetrare nequeas. In quibuſdam partis ſilicei coloris & duritiei eſt. Lapis in Inteſtinis.

Lapides, qui in Renibus et Veſicâ reperiuntur, variæ naturæ ſunt. Quidam friabiles et facilè ſolubiles, aliæ ſiliceæ planè duritiei; et hi variis Tunicis ſeriatim coagmentatis conſtant ita ut, detritâ exteriore Tunicâ, quæ tactu aſperior eſt, interior duriſſima et lævoris politiſſimi cernatur. Lapides in Renibus & Veſica variæ naturæ.

Cùm frequentiſſimus ſit in *Scotiâ* Morbus *Lithiaſis*, operæpretium certè erit in ejus naturam et cauſas accuratius inquirere. „Calculo verò maximè laborant homines (inquit *Hippocrates*) et ex renum affectionibus, et urinæ ſtillicidio, et coxendicum „morbo corripiuntur, et herniæ fiunt, ubi aquas omnigenas bibunt, et de magnis fluminibus, in quæ alia deferuntur, & de ſtagno, in quod fluxiones multæ ac omnis „generis deveniunt; & qui aquis invectitiis utuntur, quæ ex longo & non brevi loco„rum intervallo afferuntur. Non enim fieri poteſt, ut alia aqua ſit ſimilis alii. ſed „aliæ dulces ſunt, aliæ ſalſæ & aluminoſæ, aliæ de calidis fluunt. Ubi verò hæ ſimul „inter ſe miſcentur, diſſident, & quæ fortiſſima eſt ſemper ſuperat: prævalet autem „non ſemper eadem, ſed aliàs alia. Hujus affectus Ætiologia ex *Hippocrate*. Lib. de Aere, Aquis & Locis, Sect. 21.

Et quidem cùm multæ Aquæ Minerales ubique in *Scotiâ* ſint, quæ tartareas ſalinaſque partes Mineralium, per quæ fluunt, ſecum devehunt; & cùm illâ aquâ tum cibus tum potus paretur: hinc certè eſt, quòd tot Calculoſi hic reperiantur. Inter Mineralia autem, quæ eam virtutem λιθοτριπτικὴν maximè aquæ communicant, præcipuè ſunt Marmora, ea præſertim ſpecies, quæ Lapis Calcarius dicitur, & ex quâ Calx communiter conficitur; tum Cryſtallum, Alumen, Vitriolum, Bitumina quædam, & Marga, & Argilla; ipſæque arenæ, ſabulum lutumque. Ab his enim deraduntur ab aquâ ramenta et tenuiſſimæ particulæ, quæ cum aquâ hauſtæ infarctus primò et obſtructiones in partibus producunt: dein congeſta magis magiſque illa materia, accedente quoque ſucco petrifico, in lapidem coagulatur. Et cùm rectè licet argumentari à cauſâ, quæ lapides in Macrocoſmo ſive Univerſo conficit, ad eandem quæ in Microcoſmo ſeu Homine idem peragit, quandoquidem autopſiâ conſtet lapidem illum Stalagmitem, qui in Speluncâ apud *Slains* reperitur, ut & alios plures, qui ad me tranſmiſſi fuere è Mineris ex quibus Lapis Calcarius effoditur, quæ præſertim in *Limnuchenſi* Præfecturâ ſunt in loco propè Argentifodinas, qui *Knock-hill* dicitur, ex ſucco lapideſcente eſſe, qui ab ipſis Calcariis lapidibus deſtillet: crediderim ego frequentiſſimam Calculorum in noſtratibus cauſam eſſe aquam ramentis Lapidis Calcarii imprægnatam. Quod eò magis adducor ut credam, quòd is morbus frequentiùs Agricolas invaſerit, ex quo receptus, eſt uſus Calcis pro lætamine ad agros meliorandos. Neceſſe enim eſt Terram et Aquas Calcis qualitates imbibere, ac proinde grana, quæ ibi naſcantur, tum materiam, tum efficientem Calculi in ſinu geſtare, eò potentiora quidem, quòd Calx (quæ ex Lapide igne fortiſſimo ex carbonibus combuſto conſtat) præter Tartaream ſubſtantiam, ſal coagulativum in ſe habeat, in quo veriſi- Mineralia aquis virtutem λιθοτριπτικὴν communicant.

mile est δύναμιν seu facultatem λιθοποιητικὴν sitam esse, quæ à calore nostro magis in actum reducitur. Et, si aggesti simul sint viscidi & tenaces humores, tum par est illum in firmiorem & indissolubilem Calculum coagmentari. Non diffitebor tamen ab Argillâ, sabulo, alumine, vitriolo, sulphure aliisque Mineralibus, concurrente virtute petrificâ istâ, lapides siliceæ consistentiæ & duritiei quoque confici posse; imo & salem communem pani & potui ab eorum confectoribus nequissimè commixtum suas quoque partes in Calculo struendo habere. Atque hæc de Morbis sufficiant; nunc ad methodum iis medendi transibo.

SECTIO SECUNDA
DE
METHODO
Medendi MORBIS, qui apud nos grassantur.

CAPUT I.
De Methodo medendi in genere.

Medicina quid.

MEdicina quondam (ut ait *Seneca*) paucarum fuit Herbarum scientia, quibus sisteretur sanguis fluens & vulnera coirent paulatim. Nunc postquam tot Morbos, qui in humanum genus grassantur, multa induxit luxuria, est adjectio deficientium & detractio superfluentium, singulare φιλανθρώπημα Θεοῦ in homines beneficium. Ejus finis est sanitas, quæ omnium actionum integritate concluditur; officium est, citò, tuto & jucundè curare, quod legitimè minimâque morâ perficit, cum paucis judicio delectis & usu probatis remediis, temperatis quidem, sed morbo valentioribus & morbi causam penitus evellentibus. Epist. 59.

Medicinæ faciendæ planè necessaria sunt hæc duo lumina, Ratio atque Experientia. Utrumque per se indigens, alterum alterius auxilium postulat, & ex iis duobus vera morborum curandorum methodus elicita est, à quâ sua Medicamina Dei manus depromunt Medici.

In perfectâ Methodo ritè administrandâ pars affecta, causæ Morbi ejusque species sedulò sunt indaganda, cùm ex eorum propriis signis certa indicatio sequatur, & inde ad Morborum curationem deveniendum, quæ tota sic perficitur, ut Contrariorum contraria existant Remedia.

Et cum principales communissimæque Morborum causæ, apud nos præsertim, sint Plethora & Cacochymia; sic & totidem sunt prima & communissima remedia, sanguinis missio & purgatio. Et quia Plethora nimio ciborum maximè nutrientium usu acquiritur, & Cacochymia ab usu eorum, quæ ἀνεπιτήδεια, minus corpori proportionata sunt, præsertim congeritur: priori vitio Diætâ quoque seu recto Alimentorum usu, posteriori verò etiam alterantibus Medicamentis occurrit, quæ peccantes illas δυνάμεις in sanguinem introductas attemperent et in ordinem redigant. De his ergo nunc erit agendum; et primò quidem de Diætâ, ut, unde communiter oriunda sunt mala, inde pro iis primum petatur remedium.

CAPUT

CAPUT II.

De *Diætâ.*

QUidam Morbi non, niſi ferro et igne, curantur; quidam Medicamentis evacuantibus et alterantibus; nonnulli ſolâ Diætâ.

Per Diætam verò intelligimus, primò quidem et largiùs ſumendo, rectum ſex rerum naturalium (ut ea vocant) uſum. Strictiùs verò ſumentes intelligimus non ſatiari cibis, impigrum eſſe ad labores, et vitale ſemen conſervare. Senſu autem ſtrictiſſimo cibum quendam certo Morbo appropriatum, qui qualitate ſuâ morbo contrariâ naturam aberrantem ad ſtatum ſuum temperatum reducit. Priuſquam autem agamus de eâ in hac tertiâ acceptione, de quâ fuſiùs agendum erit, quædam de Exercitatione et Balneatione (quæ ſub laxiore ſenſu comprehenduntur) tradenda ſunt. Quid per Diætam intelligitur.

(*a*) Libro de Sanitate tuenda. (*b*) Lib. de Arte Gymnaſtica.

De Exercitatione fuſè agit (*a*) *Galenus* et (*b*) *Mercurialis*; cujus quidem commoda multa ſunt: nam tum ad Excrementorum inanitionem, tum ad ſolidarum partium bonam & firmam habitudinem confert. Etenim, quoniam exercitatio vehementior motus eſt, inſtrumentorum duritiem, genuini caloris augmentum & ſpirituum valentiorem motum neceſſariò inducit. Ex inſtrumentorum duritie ſequitur robur ad labores & renitentia; ex calore autem aucto diſtributio validior, immutatio expeditior, nutritio abſolutior, omniumque corporum fuſio, ob quam ſolida molleſcunt, craſſa tenuantur & exigui meatus laxiores fiunt. Sed & ex valentiori ſpiritûs impetu, & purgari omnes hos meatus neceſſe eſt, & excrementa expelli. Exercitatio. Exercitii commoda.

Balneatio quoque varii uſûs eſt: iis enim quibus, ob excrementa ſumida ſub cute collecta cohibitaque, febris excitatur, utiliſſimum eſt balneum aquæ dulcis, cùm & ſumidum evocet & univerſum corpus commodè humectet. Ex balneis quoque commoderatis, ſiquis eis opportunè utatur, *viz.* ubi defeſſi fuerimus, incaluerimus, refrigerati, reſiccati, nauſeave affecti, aut inæquali intemperie fuerimus, aut denique evacuationem deſideraverimus, manifeſtè corpus juvatur. Nam corpori reſtituunt mediocritatem temperamenti, vires corrigunt, opportunum calorem augent, denique unâ cum ſudoribus nonnihil flatuum diſcutiunt. Balneatio. Ejus commoda.

Lib. de attenuante Victus ratione.

Solis autem alimentis ritè adhibitis multi morbi curantur. De Diætâ certè magnificè ſentit *Galenus*, ubi ait, Victûs ratio attenuans pleriſque diuturnis morbis, ut „Arthritidi, Dyſpnœæ, tumoribus lienis & hepatis, nec non morbo comitiali incipienti adeò confert, ut ſolâ eâ, ſine ullo alio Medicamento, ſublati ſæpe ii fuerint.

Sect. 2. Aph. 22.

Lib. 2. Cap. 16.

Morbi, qui à nimiâ repletione fiunt, abſtinentiâ aut parciſſimâ diætâ optimè curantur, ſecundum Aphoriſmum *Hippocratis*, Quicunque morbi ex repletione fiunt, „evacuatio ſanat, & quicunque ex evacuatione, repletio, & aliorum contrarietas. Et „(ut habet *Hippocrates Latinus* nobiliſſimus *Celſus*) initia morborum famem ſitimque „deſiderant, ipſi deinde morbi moderationem, ut neque aliud quàm expedit, neque „ejus ipſius nimium ſumatur. Et infra, Neque ulla res magis adjuvat laborantem, „quàm tempeſtiva abſtinentia. Diætâ multi morbi curantur.

Diætâ certè ſecundum quantitatem & qualitatem cibi exactâ multos morbos curari, vel hinc apparet, quòd quæ aſſumuntur victu ritè inſtituto talia ſint, quæ facilè ſubigi, diſſolvi & confici a Ventriculo poſſint. Hinc in ſanguinem deducta ſpirituoſum eum reddunt, à quo ſanguine ſpirituoſo cruda digeruntur, aut perſpiratione foras amandantur & eliminantur: ſic enim Natura ſufficienti copiâ proborum ſpirituum inſtructa pravam ſanguinis diathefin in meliorem commutat. Hoc ſanè modo tabes aliique affectus chronici frequenter curantur, & multi alii morbi ſuperantur à Diætâ materiæ peccanti contrariâ: ſic plurimæ febres ſolâ Ptiſanâ, Hecticæ Lacte, tabes quædam Limacibus variè præparatis, morbi quidam calidi humectante & refrigerante Diætâ, frigidi & humidi calidâ et ſiccâ curantur. Quidam morbi imminuuntur et compeſcuntur, imò curantur, ſubtrahendo de Alimenti parte liquidâ, ut Catarrhi. Et à quibuſdam Auctoribus relatum eſt, Hydropicos quoque totali abſtinentiâ à potu per aliquod tempus curatos fuiſſe. Alii verò morbi partem Alimenti liquidam augendo curantur, ut de horribili illo morbo conſtat, qui Cholera morbus dicitur, in quo ſi Æger magnam quantitatem Poſſetæ, vel dilutioris Juſculi ex pullo Gallinaceo hauriat, horrenda illa Vomitûs et alvi fluxûs ſymptomata brevi ceſſant, liquore illo diluente et dilatante corroſivam et acerrimam illam materiam ſalinam, quæ, Ventriculi tunicas ut et Inteſtinorum irritando et pungendo, violentas illas ſurſum deorſumque humorum rejectiones producebat. Et hoc quidem præſentaneum eſt, et ſemper ferè in hoc morbo ſalutare remedium.

Chamæmori Norvegicæ vires contra Scorbutum.

Quidam etiam cibi ſunt, qui ſpecificâ quâdam qualitate Morbos curant. Sic refertur de *Norvegis*, quòd deſperatiſſimi Scorbutici apud illos in Inſulas quaſdam amandantur, in quibus copioſè proveniunt baccæ ejus plantæ, quæ Botanicis *Chamæmorus Norvegica* dicitur, quibus ſolis per aliquod tempus victitant, & ab eo victûs genere valetudinem priſtinam recuperant. Sic & apud nos Scorbutus, qui ſuper mari à Nautis contrahitur à ſalſo Aëre inſpirato & ſalſis cibis aſſumptis, ad quæ ſummum frigus aut calor excedens concurrunt quoque, etiam cùm incurabiles videantur Ægri, ciborum recentium & præcipuè eorum quæ ex viridibus plantis conficiuntur uſu, is quoque planè profligatur. Imò conſtat terrâ quoque contractum Scorbutum ſimileſque Cachexias pravas à cibis ſalſis, ſucco tritici uſurpato facilè ſanari. Nautarum verò Scorbutum, piſorum tenellorum variè præparatorum uſu, præſertim verò ſucco juſculis miſto certiſſimè curari. *Cluſ.* Lib. 1. Hiſt. rariorum plantarum, Cap. 35.

CAPUT III.

De uſu Aquæ in Morborum curâ.

INter ſanos Aqua maximè convenit pueris & juvenibus, fœmellis, bilioſis & iis qui rari habitûs ſunt, actuoſam vitam agentibus, & conſuetis eam potare: horum enim corpora calidiora ſunt, & hi quoque commodiùs eam trajiciunt. Videndum nunc, quibus in morbis ejus uſus maximè conveniat. *Gal.* Lib. de Euchymis & Cacochymis.

Quibus in morbis aquæ uſus maximè conveniat, oſtenditur ex *Hippocrate*.

Et *Hippocrates* quidem de vento & aquâ crudâ loquens hæc habet, Sed ſunt magis cognatæ affectionis Caſtigatio & Medela. Affectiones autem prævii motus ad morbum ſunt, quæ cognatæ dicuntur, quoniam ab Elementis ſibi ipſi cohærentibus ad formationem fœtûs producuntur, quibus in poſterum carere non poſſunt ſic permixta, uſque dum diſſolvantur. Affectiones igitur emendat aqua, quæ cognatæ natæque cum partibus jam pathos & pathemata ſuſtinentibus. Sic bilis humectatur ab aquâ, ſanguis frigeſcit ab eâdem, paulùm à temperaturâ decedentes. Lib. de Corde Sect. 3.

Et quidem libros *Hippocratis* de affectionibus, de morbis, de internis affectionibus legentibus apparet ſatis, *Hippocratem* in multo uſu apud Ægros aquam habuiſſe, aliquando puram, aliquando cum polline maceratam; aliquando aceto mixtam, aliquando melle. Sic enim bilem alioſque acres in ſanguine humores, imò acidum & alias in ſanguine potentias (ut verbo utar *Hippocratis*) optimè temperat, diluit & corrigit aqua humidâ ſuâ ſubſtantiâ; & frigidâ ſuâ qualitate Viſcerum exæſtuantem calorem lenit & ad mediocritatem redigit. Et ob has ſanè rationes cum multo fructu uſurpari poterit à noſtratibus, utpote Septentrionalibus, quibus viſcera ut plurimùm immodicè caleant, & in quibus ſanguis retorridus eſt & aptus ad efferveſcentias nimias. Iis quoque valdè conducet aquæ potus, qui granis veſcuntur, quæ acriorem qualitatem ex calce agris conſperſâ contraxerint, & in quibus, ob vim calcis glutinantem, humores viſcidiores & tenaciores ſunt. Salſedo etiam ab ambientis nos maris vapore attracto maſſæ ſanguineæ & humoribus inducta optimè edulcoratur aquâ ſincerâ, quæ frigidâ & humidâ qualitate ſalis tum calorem acrem, tum ſiccitatem ejus apra nata eſt corrigere. Experientiâ quoque compertum eſt, multos Arthriticos, qui nimio vini uſu eum morbum, ſibi accerſunt, ſolo aquæ potu (vitatis aliis potûs generibus) planè à tam ſævo morbo liberatos fuiſſe. Et qui aquæ potu utuntur (ut multi ex Montanis *Scotis* & inferioris quoque Plagæ Ruſticis eam ſolam pro potu adhibent) ii tum melius cibum concoquunt, tum à morbis immuniores & longæviores multò ſunt. Otioſis tamen, non aſſuetis, obſtructione laborantibus ægrotiſque pravâ corporis intemperie præditis; iis qui Ventriculo ſunt debili, qui plurimùm utuntur re Venereâ; Aſthmaticis quoque & iis qui Thoracis infirmitate laborant, nervorum item morbis nocet potus frigidæ. Et ideò tales ab eâ abſtinere debent; aut, ſi eâ uti volunt, eam debent iis medicamentis corrigere, quæ illis proficuum ejus uſum reddant. Et omnibus omnino cavendum eſt, ne aquam impuram, aut Minerali aliquo ſucco infectam pro potu ordinario uſurpent.

CAPUT

CAPUT IV.

De usu Lactis in Morbis curandis.

Lib. 2. de Re Rustica, Cap. 11. Lib. 4. Fast. v. 369.

LAc (inquit *Varro*) omnium rerum, quas cibi causâ capimus, liquentium maximè alibile: & hinc mortalium antiquissimis non minùs in cibum, quàm in potum, ordinariò cedebat. Testis *Ovidius*;

Lac prisci seculi hominibus usitatus cibus,

Lacte mero veteres usi memorantur & herbis,
Sponte suâ si quas terra ferebat, ait.

Quæ consuetudo mansit apud plures gentes, & apud nullos frequentior, quàm apud Majores nostros priscos *Scotos*, & *Montanos*, qui eorum mores tenaciùs retinent, quorum multis, per omnem fermè vitam, lac cum caseo & butyro & potùs & cibi loco servit. Et ex Rusticis multi bibere solent serum lactis, aut lac ebutyratum.

Nullibi frequentiùs usurpatum quàm apud priscos *Scotos* &c.

Et quidem naturæ nostræ alimentum est maximè ἐπιτήδειον accommodatissimum, propter triplicem substantiam corporis alendam: pro solidis enim partibus est caseus, pro humidioribus serum, pro spiritibus butyrum.

Alimentum est accommodatissimum.

Bubulum lac maximè nobis est in usu cibario. Crassum est & pingue, eique plus materiæ butyraceæ inest, quàm aliorum Animalium lacti: quocirca etiam magis nutrit, & corporibus humanis maximè convenit.

Varia lactis genera.

Ovillum terrestris seu caseosæ substantiæ plus continet.

Asininum post humanum omnium tenuissimum est. Proximè ad illud accedit Equinum.

Lac Caprinum medio se loco habet.

Lac certè optimum alimentum: temperatæ enim & humidæ naturæ, sanguineque nostro paulò frigidius est.

Lacti insunt omnes medendi intentiones.

In Medicinâ multi usûs est, quod ei & ejus sero omnes insint medendi intentiones, quæ adeò apud *Cnidios* percrebuerunt Medicos, ut, aliis quibuscunque relictis Pharmacis, in omnibus morborum generibus, in quibus purgatione, alteratione, aut nutritione opus esset, hisce solummodò usi sint.

Quibus morbis medetur.

Prodest autem ad humorum acrimoniam abluendam et attemperandam; in urinæ ardore, mictione purulentâ & arenosâ, faucium inflammatione, dyspnœâ cum sputo sanguinis, scabie ferâ & ulcere fistuloso salutiferum est. Multùm quoque adversus venena valet, quæ præsertim acerrima & caustica sunt. Hecticis autem et Phthisicis imprimis commendatur. Os lacte colluere anginosis prodest. Si ferrum in eo sit extinctum, diarrhœæ & dysenteriæ medetur. Arthridi quoque & rheumatismo conducit.

Bettus de Ortu & natura sanguinis.

In Ægris autem, quibus purgatione & detersione opus est, maximè commendatur Asininum; post hoc Equinum.

In Catarrhis & Fluxibus coctum lac maximè convenit.

Lactis autem nutritiva facultas eximii usûs est Hecticis & iis, qui diuturnis lentisque laborant febribus, Tabem dorsalem patientibus & similibus.

Coagulum quò vetustius, eò magis acessit atque efficacius est ad quemcunque sanguinis & alvi fluxum sistendum.

Lac autem in calidis et biliosis temperamentis fit nidorosum: et ideò febrientibus et capite dolentibus malum est.

In ventriculis quoque frigidis, qui acidis humoribus scatent, coagulatur, non sine periculo. Sed huic incommodo occurritur saccharo, melle, aquâ, sale, Lacti admistis, quæ coagulationem impediunt.

CAPUT V.

De Venæ Sectione.

QUi morbi igne curantur, eos videre est fusè tractatos apud M. *Aurelium Severinum* libro de *Chirurgiâ efficaci.*

Inter Curas, quæ ferro perficiuntur, maximè celebris est Venæ sectio, de quâ nunc agendum.

Quando adhibenda est Venæ sectio.

Ubi succorum omnium æquabilis redundantia est, sive sanguinis sincerioris summa ubertas in venis & corporis habitu, Plethora dicitur, cujus unicum & proprium remedium est Venæ sectio. Omnium quoque tum interiorum tum exteriorum partium inflammationibus medetur: imprimis autem sanguinis sputo, incipienti tabi, sanguinis vomitioni & eruptioni, quæ ex naribus, utero, vel hæmorrhoïde pleniùs erumpit. Febribus quoque omnibus saluberrima est, in quibus non est subita virium prostratio, aut alia malignitatis signa non adsunt. Sed & in apoplexiâ, cordis palpitatione & acribus oculorum fluxionibus summi usûs est.

Sed ratio habenda est temperamenti & virium in iis, in quibus instituenda est: nam qui pleniore victu & lautiore utuntur, ut Nobiles, de quibus jam dictum est, ii meliùs Venæ sectionem ferunt; ut & Agricolæ, qui firma & robusta habent corpora. Sed Plebeii, qui in urbibus degunt, & qui ut plurimùm cacochymici sunt, corpusque humorum saburrâ onustum est, & vires debiles, ii non ferunt Venæ sectionem, quin animi deliquia et convulsiones ab eâ patiuntur.

CAPUT VI.

De Purgatione.

Cacochymia quid.

CAcochymia vitiositas humoris est in omnes et singulas corporis partes diffusa. Ejus proprium & accommodatum remedium purgatio est.

Purgatio per Clysteres.

Facillima purgandi via per Clysteres absolvitur, qui non modo inferiora expurgant, sed et superiora consecutione exonerant, dum pressa viscera et præcordia liberant. Sæpe etiam valdè conducit purgatio per ἐπίκρασιν, quæ Ptisanis laxantibus perficitur. Sed etiam duro nodo necesse est ut durus sit cuneus, et valentioribus purgantibus in rebelli morbo opus est. Adeoque Vomitio, quoties facilis et moderata est, eximii usûs in morbis alioquin obstinatis est. Sed et tunc præstat sæpius Medicamentum evacuans repetere, quàm mochlico validiori Ægri vires nimium prosternere. Inter varias autem Evacuationes, ea Evacuatio, quæ per urinas et sudores perficitur, nostris morbis accomodatissima est, qui ut plurimùm à læsâ diapnoë et seri anadrome sunt. De variis autem evacuandi modis posteà dicetur; nunc de alterantibus agendum est.

CAPUT ULTIMUM.

De *Alterantibus Medicamentis.*

Quid sint Facultates *Hippocrati.*

Hippocrates (ut loco supra citato videre est) ait, Quæcunque mala patitur homo, omnia à facultatum potentiis proficiscuntur. Istæ autem facultates (ut ipse explicat) humorum nostri corporis summas vires et robur designant, recitatis saporibus ab

ab eo definitas. Ineſt enim in homine & lædit & amarum & ſalſum, & dulce & acidum: & acerbum & fluidum, & alia infinita omnigenas facultates habentia, copiamque & robur: quæ quidem mixta inter ſe & temperata neque conſpicua ſunt, neque hominem lædunt. Ubi verò quid horum ſecretum fuerit, atque ipſum in ſe ipſo fuerit, tunc & conſpicua ſunt, & hominem lædunt. Reſtituuntur autem & curantur, ubi temperatæ fuerint & concoctæ, & ab omni acrimoniâ liberatæ hæ facultates: atque tunc febres & alia hominem lædentia ſolvuntur.

Medicamenta alterantia.

Temperatio autem δυνάμεων, ſive Potentiarum *Hippocraticarum*, & coctio et edulcoratio Medicamentis perficiuntur, quæ *alterantia* dicuntur. Summo ergò ſtudio ea inveſtiganda ſunt, quæ præſertim acidum et amarum validiſſimos naturæ hoſtes oppugnant et ſubigunt, et ad temperiem redigunt. Inquirendum quoque in eâ eſt, quæ Humoribus ſupra modum fluidis conſiſtentiam tribuant, et quæ acriores, et volatiliores, et concitatiores partes obtundant, figant et compeſcant: et quæ e contra craſſos, tenaces, & torpentes humores incidant, attenuent et excitent, ut motus debitos perficiant. Qualiſcunque denique humoris proprietas eſt, quæ nos exceſſu ſuo lædit, ea adhibenda ſunt, quæ eam naturæ noſtræ proportionatam et commodam reddant.

Et hæc quidem Alterantia è triplici Regno petenda ſunt, Vegetabili ſcil. Animali et Minerali, de quibus in Libris ſequentibus proinde agemus. Nunc ad Medicinam Indigenam in genere accedendum eſt.

SECTIO TERTIA,

DE

MEDICINA

INDIGENA in genere.

CAPUT I.

Quod antiquiſſima fuerit Medicina Indigena.

Medicina primæva.

NOvum et ab hujus ſeculi genio planè alienum videbitur de Medicinâ Indigenâ ſcribere, cùm tantus nos luxus teneat, ut nec remedia placeant, niſi quæ ab extremis Indis et diverſo Orbe petantur. Sed, cùm Medicina, quæ hodie in uſu eſt, Medicamentorum exoticorum lenocinio multùm fucata ſit, operæpretium erit primævam inſpicere. Primævi enim homines ut ſeſe magis ad Naturæ ductum componebant et Rationis Legibus magis obtemperabant, ita et Medicinam puriorem et ſaniorem habuiſſe eos cenſendum eſt.

Veteres & celebriores Medici Indigenis, ut plurimum uſi ſunt.

Qui autem voluerit antiquiſſimos quoſque in re Medicâ Scriptores verſare, et Hiſtoricos, qui de Medicinæ Origine et Progreſſu tractârunt, inſpicere: quid multa? Ipſos Medicinæ Fontes puriſſimos, in *Hippocratis*, *Celſi*, *Dioſcoridis*, *Galeni*, aliorumque Medicinæ Principum monumentis ſcaturientes adire, is certè non aliam reperibit Medicinam quàm quæ à facilè parabilibus, iiſque ut plurimùm Indigenis deſumeretur. Et ſiquæ alia ab *Hippocrate* et memoratis Medicorum Principibus uſurpabantur, ea ejuſmodi fuerunt, quæ facili cultu in agris aut hortis regionis lætè provenirent, aut à vicinis facili trajectu recentia et viribus integra apportarentur. A remotiſſimis certè oris alio ſolo & cœlo gaudentibus nulla advehebantur: non enim, niſi multis poſtea ſeculis, detecta fuit *India Occidentalis*, ex quâ tot exotica ad nos deferuntur. Argumento ſanè irrefragabili, benè ſine peregrinis iſtis ſubſiſtere poſſe Medicinam, quòd nec horum quidem ſomniârunt Principes Medici; et, quæ etiam à non ita remotis Regionibus petebantur, non niſi pauca quædam apud illos extant, præ Indigenorum Medicamentorum numero. Tantus iis Patriæ ſuæ & Medicinæ, quam Patria benignè de ſe fundebat, amor fuit.

Quando Medicina Indigena exulavit.

Et hæc quidem Medicina tamdiu obtinuit, quamdiu virtus & ſobrietas apud mortales valuerunt. Ut verò labentibus ſeculis mores labefactari, & prodiga luxuries diraque habendi cupido animos hominum invadere cœperunt, ſimul & Medicina vacillare cœpit & illis Luxuriæ fucis inquinari, ut meritò hic illud Poëtæ uſurpare liceat,

Namque ut opes nimias mundo fortuna ſubacto
Intulit, & rebus mores ceſſere ſecundis;
Prædaque, & hoſtiles luxum ſuaſere rapinæ:
Non auro tectiſve modus, menſaſque priores
Adſpernata fames, cultus geſtare decoros
Vix nuribus, rapuere mares: fœcunda virorum
Paupertas fugitur, totoque arceſſitur orbe,
Quo gens quæque perit.

Lucanus Lib. 1.

Cùm enim ii plurimùm apud Principes tunc valerent, qui libidinis eorum miniſtri eſſent, nec aliud curarent illi, quàm ut rebus ſuis vili adulatione conſulerent, opes ſcil. & honores ſibi accumulando: hinc factum eſt, ut quemadmodum morbos plurimos antea incognitos malis ſuis artibus arceſſirent Principibus, ita & quò plus apud eos poſſent, quotidie nova quædam excogitabant, quæ quod præ raritate & novitate iis blandirentur, falſò iiſdem Remediorum nomina & vires tribuebant. Sic demum prævalente Luxuriâ &, quæ illam comitari ſolet, fœdâ ignorantiâ & bonarum diſciplinarum incuriâ, irruentibus præſertim in eas Barbaris, corrupta Medicina fuit. Et tunc

Ignotum vobis Arabes *veniſtis in Orbem.*

Arabes Medicinæ corruptores.

Cùm enim *Græci Romanique* (apud quos cultiores Diſciplinæ florebant) ſæviſſimis bellis diu attriti tandem Barbaris Gentibus Imperium cederent, Rationalis etiam Medicina Empiricæ ceſſit, eamque *Arabes* Barbarum & infidum genus occupârunt. Et hi maximè Medicinam corruperunt, invectis in illam tot inutilibus & tot pompoſis Medicamentis, ut nec ipſe *Hippocrates* & *Galenus*, redivivi ſi eſſent, eam ita conſpurcatam agnoſcere poſſent. *Car. Guillemeau* Th. *Pariſ.* Sect. 4.

Mercatoribus tribuendum, quod exotica nunc plus placeant.

Nunc verò poſtquam Luxuries eò proceſſit, ut noſtra nobiſmet ſordeant, nec ulla niſi à remotiſſimis oris devecta nobis arrideant, doloſi Mercatores lucrum ex noſtrâ ſtultitiâ captantes ſingulis annis nova Medicamenta apportant, &, confictis, de eorum viribus in variis morbis curandis, fabulis, Mundo, qui vult decipi, imponunt et illudunt. Tantum Arti ſalutari detrimentum attuliſti

— *O prodiga rerum*
Luxuries, nunquam parvo contenta paratu,
Et quæſitorum terrâ, pelagoque ciborum
Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ!

Lucan. Lib. 4.

Quàm probè inſtructa ſit *Scotia* iis omnibus quæ præcipui ſint in Medicinâ uſus.

Ut itaque veræ Medicinæ nativus ſplendor & vetus gloria reſtituerentur, & ſimul Patriæ noſtræ & egenis in eâ præſertim conſuleretur, Medicinam pro nobis Indigenam extruere conatus ſum, cùm illa apud antiquiſſimos et celeberrimos omni tempore Medicos recepta fuerit, et apud conſultiores Medicos adhuc in multo uſu ſit. Plantæ namque jam repertæ plùs minùs ſeptingentæ ſunt ſponte naſcentes; Animalia autem ſupra quadringenta; et Mineralia omnis generis, præcipuè cuncta ea, quæ aliquem uſum in Medicinâ præſtare poſſint. Nec deſunt Fontes Medicati ad morbos varios utiles, ut priore libro videre eſt.

Quæ nobis deſunt, aliis non minùs utilibus ſupplentur.

Priuſquam autem agam de Plantis, Animalibus et Mineralibus, quæ ſunt materia Medicinæ Indigenæ, quædam tradenda ſunt de Medicinâ Indigenâ in genere; cum ut oſtenderem eam unicuique Regioni ſufficere, ſicque ejus dignitatem illuſtrarem; tum ut difficultates de purgantibus et cardiacis, quæ deeſſe illi putabantur, clarè diluerem; et non deeſſe populis, qui vino, oleo et ſaccharo carent, æquè commoda, quæ illorum vicem ſupplerent, demonſtrarem; & Methodum quandam generalem Simplicium facultates deprehendendi traderem. Et ſic ad particularem noſtræ Regionis Medicinam Indigenam deventum eſt, quæ in amplam ſatis molem excrevit. In numeroſâ enim, quæ occurrit, materiâ Medicâ Simplicis cujuſvis nomina, vires probatiſſimæ, et ſi prius deſcriptum non eſſet, deſcriptio quoque accurata adjicienda erat; et, num apud Veteres in uſu fuerit, oſtendendum erat, quod multi temporis et non exigui laboris opus erat.

Plantæ

Plantæ. Plantæ enim non tantum ſylveſtres in Indigenarum cenſum veniunt, ſed & hortenſes, præſertim quæ facilè & lætè hîc proveniunt in hortis, & quæ in agris ſatæ naſcuntur.

Animalia. Animalia quoque tam fera quàm domeſtica, ſive ea ſemper hîc extiterint, ſive aliunde devecta, commode hic vivunt & fœtus de ſe producunt. Et hîc quidem Patriæ noſtræ gratulandum eſt, quòd, cùm omnia ferè ad uſus ſalutares utilia producat, nulla venenata, nec ſæva & truculenta alat, Buſone & Colubro exceptis, quorum venenum non ita noxium hîc ut in aliis Regionibus eſt.

Mineralia. Idem quoque in Mineralibus obſervandum eſt: cùm enim ferrum, cuprum, plumbum, argentum & aurum in variis locis reperiantur; alumen quoque, vitriolum & ſal commune ex aquâ marinâ, & multæ etiam terræ & lapides, quæ ſalubris uſûs ſint, nullibi tamen, quod ſciam, videre eſt arſenicum, aliave quæ perniciosa ſunt.

Poſtquam itaque tot Plantæ, tot Animalia & tot Mineralia Medici uſûs in Patriâ noſtrâ reperiuntur, Medicinam certè noſtram Indigenam ad multos ex morbis noſtris curandos ſufficientem admiſerit is, qui meminerit plurimos morbos tam ab antiquis quàm modernis Medicis ferro, & igne & diætâ (ut ſuprà traditum) curari.

Seneca. Exotica certè quiſquis accuratè ponderaverit, is ea plerumque ex eo genere reperiet, cui (ut ait Philoſophus *Latinus*) non ex naturâ ſuâ, ſed ex opinione noſtrâ magnitudo eſt. Sanè debita eſt humorum noſtri corporis temperies, ſeu *εὐκρασία*, quæ ſanitatem facit, ſicut eorundem præter naturam diſpoſitio morbum. Eos autem ad temperiem & citiùs & tutiùs & jucundiùs multò reducunt, quæ familiaria & amica noſtræ naturæ ſint, ut quæ ſolo & cœlo cum eo conveniunt, qualia Indigena ſunt: ea enim commodiùs à naturâ noſtrâ ſubigi & confici poſſunt. Illa verò exotica, licet pretio vel raritate commendabilia ſint, ſæpe nullas, vel exiguas vires habent, eaſque à naturâ noſtrâ alienas; imò ſæpe fictitia, ſæpe carie & ſitu corrupta ſunt.

Quid ſanitatem tuetur, & quid morbos affert.

Indigena exoticis præferenda.

Optandum ergo eſſet (cùm multa ex iſtis exoticis parùm, aut nihil juvent, imò multùm ſi non noceant) ut clariſſimi quique in Medicinâ faciendâ viri Indigena Medicamenta magis in uſum reciperent, quæ & nullo aut facili pretio haberi poſſint, cum exotica non parùm damni patrimoniis inferant. Certè ſperandum eſſet multos tunc morbos curabiles fore, qui nunc, quòd minùs proportionatis Medicamentis oppugnentur, non cedunt remediis, & tanquam deplorati & incurabiles prognoſtico relinquuntur.

Pauperibus & egenis conſulere decet.

Et ſi minùs apud eos poſſint noſtra vota, humanitas certè & Chriſtiana pietas pauperibus & egenis nos ſuccurrere jubet, quibus non adſunt ſumptus pro peregrinis illis emendis, ut vel in illorum gratiam recipienda ſit Medicina Indigena, ex quâ multum emolumenti percepturi ſunt illi, cùm familiaria illorum naturis remedia paſſim ferè gratis reperiantur.

Nihil de Pharmacopœorum lucro imminuetur recipiendo Medicinam Indigenam.

Nec timere debent Pharmacopæi, ne, ſi admittantur ſemel Indigena, de eorum lucro ſit actum: longè enim aliter ſe res habet. Pauci nunc ſunt, qui ſumptus in valetudinem neceſſarios impendere poſſunt; tunc autem omnes poterint, nec amplius Vetulas, Circumforaneos et Empiricos quoſque conſulent, ſed Medicos veros et doctos adibunt; qui pro iis Medicamenta (ut moris eſt) apud Pharmacopæos præſcribent, qui proinde, licet minore pretio pharmaca ſua vendant, ex minore ſanè impenſo majores reditus habituri ſint.

Medicina Indigena Medicis etiam utilis futura eſt.

Medici autem illud boni inde conſecuturi ſint, quòd de Medicamentorum operationibus futuri ſint certiores, cum pauca eaque recentia præſcribant, quorum vires illis exploratæ ſint: nec metus eſt à ſuccedaneis, quæ peregrinis ſæpe malè à Pharmacopæis ſubſtituuntur.

Atque hæ me rationes movebant, ut Medicinam Indigenam exponerem, ut repræſentatâ Indigenorum Medicamentorum copiâ, tum eorum etiam convenientiâ in morbis cujuſvis Regionis curandis, peritiores ad ea in praxi adhibenda excitarem. Hoc ſi minùs poſſim, aliquem ſaltem uſum mihi et ægris, qui me vocant, inde derivarem.

CAPUT II.

Cujusque Regionis αὐτάρκεια *adstruitur.*

Philosophiæ cum Theologia conspiratio

IN eo mihi videtur Philosophia cum sacrâ nostrâ Disciplinâ conspirare, quòd ad vitam beatè agendam ubique præcipiat, ut sorte nostrâ contenti simus. Et eadem certe Sapientum mentes omni ævo versavit cura: siquidem omnis stultitia laborat fastidio sui, at Sapiens apud se necessaria quærit & invenit, nec alienis bonis inhiat. Fortunam ille nec venientem sentit, nec recedentem: terras omnes tanquam suas videt, suas tanquam omnium; unumque se à naturâ donatum credit omnibus, omnes uni sibi.

Deus singulis Regionibus sufficientia largitus est.

Et quidem Natura, si eâ sapienter utamur, omnibus favet: & quanquam haud pari modio mortalibus sua munera admetiatur, singulis tamen sufficientia contribuit. Æquissimus certè idemque liberalissimus Parens *Deus Opt. Max.* unicuique nostrûm, ut proprium ingenium, ita & conditionem nascendi accommodatissimam dimensus est. Quamvis enim singulæ Regiones diversâ Aëris Solique temperie gaudeant, & vario cælestium corporum influxui subjiciantur, variisque proinde diversisque Naturæ donis præditæ sint: Sol tamen undique supra, statasque annorum vices omnibus mundi plagis designat, nec patitur, ut, præter Incolarum genium, vel frigus nimis infestum habeamus vel æstum; sed ad cujusque Regionis conditionem caloris frigorisve vim ita temperat, ut ad sustentanda omnia & gignenda, mirabili *Dei* providentiâ, hanc terrarum solique varietatem excogitatam suspiciamus.

Th. *Bartholi.* Dissertat. 1. de Medicinâ *Danorum.*

Hominum ingenia plurimum de Regionis naturâ participant.

Ad Regionum quoque temperiem ingenia hominum se attemperant, & in omni gente, per succedentium seculorum lapsus mores animosque mutantium, hæret quædam vis inconcussa, quam cujusvis terræ Incolis, in quâ nasci contigit vel educari, sua fata diviserunt. Et meritò quidem: quòd, licet aliæ terræ præ aliis pluribus naturæ bonis abundent, nulli tamen terrarum angulo tam Noverca fuit Parens Natura rerum, ut profutura indigentiæ foris cogatur emendicare. Quascunque Barbarorum sedes glacieque perpetuò rigentes cogitatione adeamus, ubique experiemur Incolas, sine exterorum commercio, suo more splendidè vivere, patrii soli & cœli beneficio grandem ætatem attingere, sibique in pomposâ rerum penuriâ & climatis solitudine adeò placere, ut fortè in cultiorem terrarum orbem delati, propter mutatum vitæ institutum, Patriæ desiderio, quasi furiis agitati, inquietentur & lentè contabescant.

Barcl. Icon. Animorum.

Amor Patriæ omnibus ingenitus.

Ronæ Incolæ.

Id certè satis apud nos constat de *Ronæ* Insularum *Æbudarum* unius Incolis, quibus Dominus Insulæ certum familiarum numerum finit, qui eam colant, eisque majorum & minorum pecorum assignat, quantum satis videtur, unde & ipsi commodè vivant, & vectigalia solvant. Quod ultra victum provenit, *Leogum* singulis annis ad agri sui Dominum mittunt. Et quando multitudo capitum abundat, supernumerarios quoque Domino annumerant. In hoc certè beati, quòd illis nihil unquam deest, omnia ad satietatem redundant. Juxtà luxûs & avaritiæ ignari, innocentiam sanè & animi tranquillitatem, quam alii magnis laboribus ex institutis & præceptis sapientiæ petunt, hi ex ignoratione vitiorum comparatam habent. Tantâ autem hujus Insulæ Patriæ suæ dulcedine capiuntur, etiam ad hæc usque tempora, ut supernumerarios illos, qui ad Dominum amandantur, tanquam omnium infeliciſſimos lachrymis prosequantur, quòd à dulci suâ Patriâ exules futuri sint.

Buch. Rerum *Scot.* Lib. 1.

Naturæ in nos benignitas.

Testis quoque ejusdem est Novus Orbis à nostris mercibus tantùm, quantùm à nostris vitiis remotus. Illic integræ gentes telluris suæ dotibus contentæ vivunt, sibique de suis & Victum & Medicinam provident. Et in nostro Orbe *Sinenses* politissimi, *Indi*, *Persæ*, *Turcæ*, omnes dicam Asiatici & Africani iis quæ offert tellus sua utentes, exoticis facilè carent. Summâ enim naturæ benignitate, non solum ad vitam necessaria ubique prostant, sed (ut optimè *Seneca*) Usque in delicias amamur. Tot arbusta non uno modo frugifera, tot herbæ salutares, tot varietates ciborum per totum annum digestæ, ut inerti quoque fortuita terræ alimenta præberent. Jam animalia omnis generis, alia in sicco solidoque, alia in humido innascentia, alia per sublime demissa: ut omnis rerum naturæ pars tributum aliquod nobis conferret. Flumina hæc amœnissimis flexibus campos cingentia, illa præbitura commerciis viam, vasto & navigabili cursu vadentia: ex quibus quædam statis diebus mirabile incrementum trahunt, ut anhela & ferventi subjecta cœlo loca, subita vis æstivi torrentis irriget. Quid medicatorum torrentium venæ? Quid in ipsis littoribus aquarum calen-

Samedo Hist. *Chinæ.*

D. Drakeistein Hortus *Malabaricus.*

Lib. 4. de Beneficiis.

„tium

„tium exundatio ? Et infra. Tot metalla defodit, tot flumina emisit in aërâ, super „quæ decurrunt sola aurum vehentia; argenti æris, ferri immane pondus omnibus lo„cis obrutum, cujus investigandi tibi facultatem dedit, ac latentium divitiarum in sum„mâ terrâ signa dispositi. Ingens domicilium sine ullo incendii aut ruinæ metu struxit, „in quo vides non tenues crustas, & ipsâ quâ secantur laminâ graciliores, sed integras „lapidis pretiosissimi moles, sed totas variæ distinctæque materiæ, cujus tu parvula „frusta miraris; tectum verò aliter nocte, aliter interdiu fulgens. Injustissima ergo foret in *Deum* accusatio si limites Naturæ figeremus, aut *Dei* Majestatem huic illive Circulo circumscribi posse existimaremus, cùm necessaria, imò & utilia pleraque ubique supperant, & incommodis telluris, siquæ sint, abundè provisum sit.

Hujus veritas in omnibus regionibus ac populis quàm maximè elucet. Oræ Orientis, quas Sol ferventibus & acutis vallatus radiis majorem in modum æstuare facit, gratissimâ quotannis Ventorum frigidorum aurâ recreantur. *Ægyptum*, ubi raræ è cœlo pluviæ, *Nilus* irrigat; & postquam totâ æstate obrutam oppletamque tenuit, cùm recedit, mollitos atque oblimatos relinquit agros, *h e.* pingues et veluti stercore saturatos. Proinde (ut ait *Seneca*) sterilis annus aut fertilis est, prout ille magnus influxerit, aut parcior. *Russis* et aliis sub Septentrione degentibus, quorum corpora penetrabile frigus adurit, abundè provisum est villosis pellibus. Sic in humiliori *Scotiæ* parte rariores Sylvæ; sed Lignorum inopiam egregiè compensat Carbonis fossilis et ustibilis Tessellæ, sive Cespitis, summa abundantia, quæ passim è terrâ eruuntur.

Beverovicii Antiquitates Batavicæ.

Cujusque Regionis incommodis abundè provisum est. Adversus æstum & frigus remedia.

Optimum alimentorum panis, quo nomine ideò Servator peti à Deo voluit ea omnia, quæ ad vivendum hominibus necessaria At in regionibus, quæ tritico carent, panis loco Oryzam comedunt, aut pani quid analogum ex castaneis aut esculentis radicibus conficiunt, quod etiamnum hodie apud *Indos* obtinet.

Quid panis loco sumant, quibus deest triticum.

Aquâ solâ, aut cum Astragali Sylvatici radicum tuberibus temperatâ pro potu utuntur *Montani* nostri, et vegeti ac robusti sunt. Humilioris plagæ Rustici serum lactis, ut lac ebutyratum, sive oxygala bibere solent; Et plerique ex omnibus ordinibus Cerevisiam, quem potum verisimile est nostrates ab *Ægyptus* habuisse: nam parùm differt a Zytho veterum, quo *Alexandrinam* plebem usam fuisse author est *Strabo*, Unde *Columella*,

Potus *Scotorum* varii.

Lib. 17. Lib. 10. de Cultu Hort.

Ut Pelusiaci *proritet pocula Zythi.*

Biblioth. Lib. 1. & 4. Inventor autem fuit *Osiris* seu *Dionysius*, ut refert *Diodorus Siculus*. Ex cerevisiâ nostrâ spiritus elicitur, quem *Aquam vitæ* vulgò vocant, quâ multùm utuntur *Montani* nostri *Scoti*.

Zythi Inventor. Aqua vitæ, in multo usu *Scotis* Montanis.

Optimum panis omniumque ciborum condimentum est Sal, unde *salus* derivari putatur, et pro sapientiâ usurpatum, quòd sit præditum siccitate ingenio appropriatâ. Inter præcipuas ejus facultates est, quòd unit et densat: unde in fœderibus unionis tesseram. Sal præterea à putredine conservat. Gentes tamen sunt quæ eo carent, et aliunde hunc defectum ex suo supplere nôrunt. Sic scribit *Varro*, in *Galliâ Transalpinâ* intus ad *Rhenum* suo tempore aliquas regiones fuisse, ubi salem nec fossitium, nec marinam haberent, sed ex quibusdam lignis combustis, carbonibus salsis pro eo uterentur. Quod non de atris & sordidis Carbonibus, sed de sale ex cinere eorum admixtâ aquâ tepidâ extracto, colato et exsiccato intelligendum est. Ex memoratis ergò constare poterit, nullam esse Regionem, quæ inquilinis suis non contra æstum et frigus, contra famem et sitim subministret remedium.

Salis facultates. Quomodo ejus defectum supplent gentes, quæ eo carent.

1. de Re Rusticâ, Cap. 7.

Nunc videndum pariter, num etiam adversus Morbos singulæ Regiones sua habeant remedia. Nec de hoc dubitare patitur summa *Dei* bonitas: quæ enim ad vitam necessaria, cuncta benignè providit, etiamque ad benè esse conducentia subministravit; cum (ut *Martialis.*)

Lib. 6. Ep. 70.

Non est vivere, sed valere, vita.

Haud sanè dubitandum, quin beneficum Numen *Opt. Max.* cuique Regioni elargituri sit contra morborum sævitiem solatia, neque miseros cogere voluerit mortales ex terris remotissimis ea petere. Certè quandoquidem homo peccator jure morti, et (qui via ad mortem) morbis obnoxius, ab immensâ *Dei* misericordiâ, pro ægritudinibus remedia impetraverit: æquum pariter est, ista ubivis terrarum æquè ac pro ratione morborum ἴσως pene μέτρῳ provenire. Sic observare licet morbis epidemiis sive communibus medicamenta

Cuique Regioni parata sunt adversus morbos remedia.

omnia omnem ferre tellurem, ad endemios verò ſive proprios abigendos in ſingulis Regionibus ſingula & propria gigni ſponte. Sic nobis Septentrionalibus, quibus Sol parciorem calorem metitur, quique craſſiore & ſalſuginoſo maris vapore verberamur, plantis indigenis paſſim ſponte naſcentibus, Cochleariâ, Naſturtio & Trifolio Aquaticis, Trifolio acetoſo aliiſque, quæ contractam inde ſanguinis labem & noxam emendent & corrigant, abundè proviſum eſt. Cum *Italia* tamen, quæ ex *Columellâ* curæ mortalium obſequentiſſima eſt, ut quæ totius penè orbis fruges adhibito ſtudio Colonorum ferre didicerit: quod tamen morbus ibi ignotus non ferat Medicamenta illa Antiſcorbutica, & illata in eâ ægerrimè propagentur, ac vix in alterum annum conſervari poſſint. *Africa*, quæ (ut proverbio conſtat) ſemper quiddam mali apportat, atque aliquid venenati monſtri alit, ſimul alit editque pharmaca & aromata. Lues venerea vernaculum & peculiare *Occidentalibus Indis* malum: & tale *Guajacum* apud illos iſti morbo remedium præſentaneum. *Beverov. αὐτόψεια*

Non fruſtra ſunt tot plantæ in *Scotia* ſponte naſcentes.

Porrò quandoquidem nihil pulchri temerè & fortuitò naſcitur, ſed ab Arte aliquâ Opificè efficitur; & natura nihil ſupervacuum, nihil fruſtra agit: cui veriſimile fieri queat, ſapientiſſimum ſimul & potentiſſimum ac benigniſſimum *Deum Opt. Max.* quem *Galenus optimum Artificem* vocat, in pratis, montibus, paludibus ſylviſque noſtris, imo & in Ericetis ipſiſque Arenis ſupra ſepringentas plantas ſponte naſcentes nulli uſui producere? Quis credat tam varias plantas multigenis figuris diſtinctas, tot amœnos flores, quorum alii pupureo lucent colore, alii nitent candido, alii fulgent aureo, quidam flagrant igneo, nonnulli ipſum cœlum cœruleo, atque Arcum cœleſtem varietate referunt, hos (inquam) fruſtra naſci, cùm tantâ omnes colorum diverſitate animum & oculos reficiant ac recreent, & odore, guſtu formâque non obſcura virium ſuarum præbeant indicia? Si delectamur artificioſis hortis, in quibus nihil niſi humanâ manu coactum creſcit, quantò magis affici debemus naturali horto divinâ veluti manu conſito, qui omnia ſponte, & nullo cogente, ubertim producit? Admiramur vires, quas *Deus* peregrinis infuderit, merito quidem; ſed admiremur magis, nec ingrati, quas non minus, imò magis efficaces experimur in noſtris, *Non maria plus temerata Medicinæ, non in rubrum littus Indicumve petitæ merces, quàm rus noſtrum & loca inculta conferre poſſunt.* Et quænam profectò ratio, cur tot plantæ ſalutares ubique floreant, niſi in uſum Medicinæ deſtinatæ ſint ab optimâ illâ rerum parente, quæ nihil ſine ingentibus cauſis genuit, & quæ nec fruſtra quicquam facit, nec deficit in neceſſariis? Cur voluerit illa populo Orientis eſſe tam pia Mater, ut etiam ſuperflua largiatur; nobis verò tam dura Mater aut injuſta Noverca, quibus ne neceſſaria quidem ad ſalutem concederet, eaque nos cogeret petere velut ex alieno Orbe? Terra ſanè *Apollonio* apud *Philoſtratum* dicitur *Communis omnium mater, propterea quod juſta* eſt. At juſti eſt unicuique ſuum tribuere. Quomodo igitur juſtè noſtra potuere tribui *Indis*? *Beverov.* L. ſuprà citato.

—— *Quando omnibus omnia largè*
Tellus ipſa parit, Naturaque Dædala rerum. *Lucret.* Lib. 5.

Quælibet Regio inſtructa eſt iis rebus, quæ ad vitæ uſus neceſſaria ſint & ſanitati conducant.

„ Rectè *Columella*, Si rerum naturam velut acrioribus mentis oculis intueri velimus, „ reperiemus parem legem fœcunditatis eam dixiſſe virentibus, atque hominibus, cœteriſque animalibus: nec ſic aliis nationibus, regionibuſve proprias tribuiſſe dotes, ut aliis in totum ſimilia munera denegaret. Et rem ita ſe habere conſtat: *Americani* enim ſuis Medicamentis ſponte naſcentibus ad Morbos ſuos feliciter utuntur, ut videre eſt ex *Piſone*, & *Margravio* aliiſque; & *Indi* quoque, præſertim *Chinenſes* & *Malabarici* non aliis niſi Patriis Remediis utuntur, quorum vires exploratiſſimas habent, ut apud Hiſtoricos videre eſt. Ac fuſè in *Horto Malabarico Drakeiſteinii* eæ traduntur ab ipſis *Brachmanis*. Majores quoque noſtri Morbos apud ipſos graſſantes, adhibitis Herbis illic natis feliciter curabant. Refertur enim de *Joſinâ* Rege, quod *Herbarum vires, quibus ſolis eo tempore noſtrates in Morbis Vulneribuſque medendis utebantur, probè admodum calleret.* Et ubique terrarum hæc Medicina ex Indigenis repe- „ritur, ut ait Celſus, Hæc nuſquam quidem non eſt: ſiquidem etiam imperitiſſimæ „gentes Herbas, aliaque prompta in auxilium vulnerum morborumque noverunt. Et „ *Plinius*, Ne ſylvæ quidem, horridiorque naturæ facies Medicinis carent, ſacrâ illâ „ Parente rerum omnium nuſquam non remedia diſponente homini, ut Medicina fieret „ etiam ſolitudo ipſa. Et infrà, Hinc nata Medicina hæc ſola Naturæ placuerat eſſe Re- „media

Lib. 3. de Re Ruſticâ, Cap. 8.

Joſina Scotorum Rex Herbarum vires callebat.

Boeth. Hiſt. *Scotorum* Lib. 2.

De Medicina Præfat. Lib. 1. Nat. Hiſt. Lib. 24. Cap. 1.

„ media parata vulgo, inventu facilia, & ſine impendio, ex quibus vivimus, quæ re-
„ media vera pauperrimus quiſque cœnet.

Cornelius Boy.

Proſpexit natura ſibi. Quod habere neceſſe eſt,
Sub quovis Cœli Climate mundus habet.
Eſt ſtupor in nobis, gravis ignorantia mentes
Poſſidet, & quæ ſunt proxima ſpernit homo.
Quod procul eſt curat, longinquis quærit in oris,
Sponte licet tellus det meliora domi.

Primus, quod ſciam, qui hanc Medicinam Indigenam excoluit, fuit *Symphorianus Campegius* Eques auratus, ac *Lotharingorum* Archiater, qui fuſè Medicinam Indigenam pro *Galliâ* tradidit Libris ſuis, ſcil. Horto *Gallico*, pro *Gallis* in Galliâ ſcripto; & in *Campo Elyſio Galliæ amœnitate referto* (in quo Medicinæ compoſitæ, herbæ & plantæ virentes: in quo, quicquid apud *Indos*, *Arabes* & *Pœnos* reperitur, apud *Gallos* reperiri poſſe demonſtratur) & in Libello de *Theriacâ Gallicâ*. Hanc etiam Medicinam Indigenam pro Patriâ ſuâ adornârunt *Antonius Conſtantinus* D. M. Libro, cui Titulus *Pharmacie Provinciale & Familiere*; *Joannes Beverovicius* Libro, cui Titulus Αυτόχειρ *Bataviæ*; & nuperrimè Th. *Bartholinus* libro, cui Titulus *Medicina Danorum Domeſtica.*

Medicinæ Indigenæ Scriptores.

Horum ego veſtigiis inſiſtens Medicinam Indigenam pro *Scotiâ* noſtrâ tradere conabor, ad quod me ducit Regionis ſitus & fabrica: non enim Montibus, ſed æſtuoſo & ſæviente Mari à reliquâ Continente diſſita eſt, quæ proinde Indigenam & propriam ſibi Medicinam petit. Cujus quoque materiam (ut in ſequentibus libris patebit) *Deus Opt. Max.* benigniſſimè ſuppeditavit: Prius autem eam, quæ ex cujuſque loci Indigenis petitur, Medicinam, apud antiquiſſimos & omnis ævi celeberrimos quoſque Medicos in uſu fuiſſe demonſtrabo.

Scotiæ ſitus Medicinam Indigenam poſtulat.

CAPUT III.

Quænam Medicina in uſu fuerit apud antiquiſſimos & celeberrimos omnis ævi Medicos, exquiritur.

APud *Ægyptos* Medicina in primis floruit, apud quos, ex *Herodoto*, ſinguli Morbi ſuos Medicos habebant. Hi autem Plantis Indigenis utebantur, ſi *Plinio* fides
Hiſt. Nat. Lib. 25. Cap. 2. „ habenda ſit: Ita enim ille; *Homerus* quidem, primus Doctrinarum & Antiquitatis Pa-
„ rens, multus aliàs in admiratione *Circes*, gloriam Herbarum *Ægypto* tribuit. Her-
„ bas certè *Ægyptias* à Regis uxore traditas ſuæ *Helenæ* narrat, &c.

Ægyptii autem omnem ſuam ſapientiam, quanta quanta fuit, ab *Hermete Triſmegiſto* Auditore *Noachi* ac *Chuſi* Pædagogo ejuſque Liberorum *Iſidis* ac *Oſiridis* Præfecto, & ab *Aſclepio Hermetis* Diſcipulo acceperunt. Hanc apud eoſdem fovit *Abraham* cùm ex *Phœnicià* in *Ægyptum* ſe contuliſſet. Similiter *Jacob* & *Joſeph* Prorex ille *Ægypti* conſervârunt & plurimùm auxerunt iſtam *Ægyptiorum* ſapientiam. Inter *Ægyptios* longè ante *Trojanum* Bellum excelluit *Apollo*, de quo Poëta,

Singulis Morbis apud Ægyptios ſui Medici erant, qui Plantis Indigenis utebantur.

Unde Ægyptii Sapientiam ſuam naturam ſerunt.

Apollo floruit in Ægypto longè ante Bellum Trojanum.

Ovid. Lib. 1. Metamorph.

Inventum Medicina meum eſt, Opiferque per Orbem
Dicor; & Herbarum ſubjecta potentia nobis.

Ipſius Filius *Æſculapius* ex *Ægypto* in *Græciam* tranſtulit Medicinam, de quo *Heurnius*. Sed dubium non eſt eum apud *Ægyptios*, aut eorum Magiſtros *Judæos* dico, Artem didiciſſe, & inde Græciæ intuliſſe. Eſt & nomen ipſum peregrinum ab *Ez* & *Keleph* factum, quorum illud *Capram*, hoc *Canem* ſignificat: nam Caprillum Lac intus, & Canis Lingua ad Ulcera foris, Medelæ loco erant. Et quæ de *Æſculapio* expoſito, à Capra lactato, à Cane cuſtodito Græci fabulantur, omnibus nota ſunt.

Æſculapius Apollinis Filius unde Medicinam didicit.

Æſculapii nomen peregrinum & ejus Etymon.

Veterum *Græcorum* Medicina Indigena.

Ante Empiricam conditam Sectam *Græci* eos, qui hac Arte excellebant, Deorum Filios vocabant, qui profectò Herbariam potiùs quandam Experientiam habuisse videntur, quàm Artem Medendi. Ejusmodi apud *Græcos Chiron Centaurus* & ab eo eruditi Heroës noverant: nam Principibus viris tantùm Medicinam exercere licebat, eamque suis Posteris per manus tradebant, ut scribit *Ælianus*. Ea autem tunc fuit (ut ex *Senecâ* relatum est) paucarum Herbarum scientia, quibus sisteretur sanguis fluens, & vulnera coirent paulatim; & tunc, ut ait *Ovidius*,

DeRemed. Amoris.

Auxilium multis succus & herba fuit.

Judæorum etiàm Medicina ex Indigenis.

Quoniam autem *Judæos Ægyptiorum Magistros* fuisse legimus, nunc videamus, quænam Medicina apud ipsos in usu fuerit: certè non alia, quàm quæ ex Plantis Indigenis constat. Hinc sapientissimus Rex *Salomon* exactâ erat instructus notitiâ Herbarum, Fruticum, Arborumque à Cedro ad Hyssopum, & quibus viribus præditæ essent in numerato habebat. Verùm non comperimus eum peregrinas Herbas è longinquis Regionibus devehendas curâsse, sed tantùm sanitatis causâ usum fuisse maximè vulgaribus, sobrio victu, &, si aliquando stomachus saburratus esset, Vomitu. Nec Esaias Propheta aliter curavit ulcus Regis *Ezechiæ*, quàm Cataplasmate scil. è Ficubus fructu inquilino. *Tobias* junior Patris cæcitatem persanavit felle Piscis è vicino Flumine. Samaritano præterea suffecit ad vulnus à Latronibus sauciati oleum & vinum, quæ peregrinanti ad manum erant. De vini autem & olei usu in vulneribus curandis integrum Tractatum scripsit Doctor *Petrus Paris* Medicus & Philosophus *Drepani* in *Sicilia*. Apostolus *Iacobus*, præcipit, ut Ægri, invocato Dei nomine, oleo inunguntur. *Nunquid resina non est in Galaad*? inquit Propheta *Ieremias*. Et quis negabit Mentham, Rutam, Anethum, Cuminum, Plantas inquilinas in usu Medico fuisse, cùm ita distraherentur præ frequenti usu, ut *Pharisæi* pro suo commodo Decimas de iis exegerint? Taceo argumentum esse, Plantas Indigenas in usu fuisse, quod ubique videre est in Sacris Literis Similitudines ab iis desumptas fuisse: hæ autem, nisi sint à rebus vulgò notis ob frequentem usum, non illustrant, quæ illarum intentio est.

1 *Reg.* 4. 33. αὐτόφυτα *Beverov.*

2 *Reg.* 20. 7. *Tob.* 11. 11. &c. *Luc.* 10. 34.

Epist. cap. 5. v. 14. Cap. 8. v. 22.

Eadem quoque Medicina Indigena apud reliquas olim Gentes obtinuit, ut jure merito laudet *Plinius* in sponte nascentibus observandis & investigandis curam & diligentiam Antiquorum.

Reliquæ etiam Gentes hac Medicinâ usi sunt.

„Ipsa, inquit, quæ nunc dicetur, Herbarum claritas, Medicinæ tantùm gignente „eas tellure, in admirationem curæ priscorumque diligentiæ animum agit. Nihil ergò „intentatum inexpertumque illis fuit, nihil deinde occultatum, quod non prodesse Posteris vellent. Non æquè hæc cura eorum mira esset in his, quæ fatu blandiuntur, „aut cibo invitant: sed culmina quoque montium, invia & solitudines abditas, omnisque terræ fibras scrutati invenere, quid quæque radix polleret, ad quos usus herbarum folia pertinent, etiam quadrupedum pabulo intacta ad salutis usus vertentes. Et idem *Plinius*, Hæc, inquit, erat Antiqua Medicina, quæ tota migrabat in *Græciæ* Linguas: ut specialiùs ostendit idem, *Hippocratis* certè, qui primus medendi præcepta clarissimè condidit, referta herbarum mentione invenimus volumina. Nec minùs *Dioclis Caristii*, qui secundus ætate famáque extitit: item *Praxagoræ* & *Chrysippi*, ac deinde *Erasistrati*. *Hierophilo* quidem, quanquam subtilioris Sectæ Conditori, ante omnia celebratam rationem eam.

Plin. Hist. Nat. Lib. 25. Cap. 1. Hist. Nat. Lib. 25. Cap. 2. & Lib. 26. Cap. 2.

Hippocrates Indigenis usus est, ut suo ipsius testimonio constat.

Et *Hippocrates* quidem vix ullis quàm Indigenis cujusque Regionis usus est, ut libros ejus legentibus constabit. Unum tantùm pro omnibus locum insignem adducam, qui „in Epistolâ ad *Cratevam* habetur. Verba autem sunt, Scio te, amice, optimum „radicisecam esse, & propter tuam ipsius exercitationem, & propter Progenitorum „gloriam: adeò ut in hac facultate *Cratevæ* Proavo minimè cedas. Proinde nunc, „si unquam aliàs, herbas collige, quot & quales poteris (urget enim necessitas) atque has mihi transmitte, ad virum toti Civitati comparandum, *Abderitam* quidem, „verùm *Democritum*. Ægrotare enim ipsum dicunt, & purgatione valdè opus habere, ut qui insaniâ sit correptus. Non utemur fortassis Medicamentis, quemadmodum „etiam credo: Attamen undiquaque instructum esse oportet. At verò rem Herbariam „apud te sæpe admiratus sum. Et infrà, Tu verò, quod fieri potest, nobis montanas maximè & in altis collibus nascentes herbas radicitus reseca. Conare tamen, ut „etiam de his, quæ circa stagna nascuntur, & de palustribus, & fluviatilibus flores „colligas, &c. Si unquam certè aliàs Exoticis usus fuisset *Hippocrates*, hìc verisimile usurum fuisse, ubi ad tam celebrem Ægrum, decem Talentis ab *Abderitis* promissis, invitabatur. At hic solis Indigenis usus est, nec alia fere per universos ejus Libros conspiciuntur.

Dioscorides

Dioſcorides celeberrimus Rei Medicæ ſcriptor non alia ferè, quàm quæ Indigena fuere Regionum, per quas peregrinatus eſt, deſcribit, & quæ ex iis ἐπιχώρια, facilè „parabilia ſunt, maximè commendat, ut ex hiſce verbis apparet, *Eraſiſtratus* autem „non injuſtâ reprehenſione eos inceſſit, qui incognitas ad hunc uſum facultates con„ſcripſerunt, ut Elephanti fel, Crocodilive ſanguinem, ovaque Teſtudinis & ſimi„lia: nam cùm juvantia quædam literis tradidiſſe videntur, planè in hæc ſola inciden„tibus impoſuerunt. Quare talia devitanda ſunt, cùm difficilè niſi regiis facultatibus „perveſtigari & redimi poſſint, neque, quo noſtra fides iis obſtringatur, frequenti ob„ſervatione ſufficiens experimentum præſtiterint. Quæ autem ad communem uſum „pertinent, quæque facilè ſuppeditari, & omnibus à Serpente percuſſis auxilium ferre queunt, ſubjungenda videntur. De facilè autem parabilibus tam Simplicibus, quàm Compoſitis Medicamentis idem duos Libros conſcripſit.

Lib. de Venenis C. 19.

Dioſcorides commendat facilè parabilia.

Plinius certè multus eſt in commendatione Indigenæ Medicinæ. Hinc nata, inquit, Me„dicina, hæc ſola naturæ placuerat eſſe remedia, parata vulgo, inventu facilia, ac ſine „impendio, ex quibus vivimus. Poſteà fraudes hominum & ingeniorum capturæ Of„ficinas invenere iſtas, in quibus ſua cuique homini venalis promittitur vita. Et in„frà, *Arabia* atque India in medio æſtimantur, ulcerique parvo Medicina à rubro „Mari imputatur, cùm remedia vera quotidie pauperrimus quiſque cœnet. Et nos „nec *Indicarum Arabicarumque* mercium, aut externi Orbis attingimus Medicinas. „Non placent remediis tam longè naſcentia, non nobis gignuntur: imò ne illis qui„dem, alioquin non venderent. Odorum cauſâ, Unguentorumque & Deliciarum, „ſi placet, etiam ſuperſtitionis gratiâ emantur, quoniam Thure ſupplicamus & Coſto. „Salutem quidem ſine his poſſe conſtare, vel ob id, probabimus, ut tantò magis ſui „Delicias pudeat.

Hiſt. Nat. Lib. 24. Cap. 1.

Hiſt. Nat. Lib. 22. Cap. 25.

Multus eſt etiam *Plinius* in Horum commendatione.

„Non aliis autem, quam *Indigenis* conſtabat nobile *Mithridatis* Antidotum: ſic „enim *Plinius*, In Sanctuariis *Mithridatis* maximi Regis devicti *Cn. Pompejus* inve„nit in peculiari Commentario ipſius manu compoſitionem Antidoti è duabus Nucibus „ſiccis, item Ficis totidem, & Rutæ foliis viginti ſimul tritis, addito Salis grano: & „& qui hoc jejunus ſumat, nullum venenum nociturum illo die. Quod ita Serenus ttadit,

Hiſt. Nat. Lib. 23. Cap. 8.

Mithridatis Antidotum ex Indigenis.

Antidotus verò multis Mithridatica *fertur*
Conſociata modis. Sed Magnus Scrinia Regis
Cùm caperet Victor, vilem deprendit in illis
Syntheſin, ut vulgata ſatis Medicamina riſit.
Bis denum Rutæ folium, Salis & breve granum,
Juglandeſque duas, totidem cum corpore Ficus.
Hæc oriente die parco conſperſa Lyæo
Sumebat, metuens dederat quæ pocula Tutor.

Galenus Medicinâ Indigenâ uſus eſt.

Nunc videndum, quænam Medicina apud *Galenum* obtinuerit. Maximo autem in uſu apud illum fuiſſe Medicinam Indigenam, univerſa ejus Scripta comprobant, & in„ter alia celebris hic locus. Intereà cùm ad me Arthriticus quiſpiam in curru conve„ctus eſſet, Tophos in Articulis habens, ſubiit mihi, crure ſuillo falſo, quod erat in„tus, decocto, Caſeum eo decocto macerare, ac probè in Mortario ſubigendo unitum „Tophis imponere. Et ſanè Arthriticus ab hoc Medicamento magnificè adjutus eſt: „ruptâ ſponte ſuâ cute, abſque inciſione videlicet, effluxere quotidie citra dolorem „Tophorum particulæ. Ubi autem totus, qui apud me (erat autem Bubulus vetu„ſtate acris) erat, Caſeus fuiſſet abſumptus, talem ſibi alium comparans Arthriticus, „in poſterum ſervavit, & poſteà rurſum uſus eſt inveterato. Atque ubi tunc quoque „idem percepit commodum, ſæpius deinceps uti perſeverabat, & quoſdam amicorum „ſimiliter docuit. Porrò recentem, qui inveterato contrarii eſt temperamenti, quan„doque homini in agro degenti, moderatæ magnitudinis vulnus habenti impoſui, an„teà viz. ad lævorem tritum. Extrinſecùs autem illi imponebam folia Lapathi. Poſ„ſint verò etiam, ſi hæc non adſint, folia ſuperponi Vitis, aut Platani, aut Betæ, aut „Lactucæ. At ipſe quidem Caſeus vulnus glutinavit, eratque etiamnum mollis. De „vulneribus Nervorum quoque agens, Novi (inquit) etenim meipſum in agro propo„lim recentem, liquidam & pinguem, quam Agricola habebat, Vulneri impoſuiſſe, „interdum fermentum ſolum, interdum ambo commixta. Et paſſim ſimilia habet ex Indigenis petita Medicamenta.

Lib. 10. de Simplic. Medicam. Facultatibus Edit. *Charterii.*

Quomodo Arthriticum, cui Tophi in Articulis, ſanavit.

Et quomodo alium quendam vulneratum.

Lib. 2. de Medicam. Compoſ. per genera, Cap. 2.

Galeni Insignes Curationes per Indigena Medicam.

Nos quaſdam tantùm Curationes ejus inſigniores iis peractas adducemus. Sic Achores exuſtâ chartâ aceto dilutâ loco affecto illitâ ſanati. Lib. 1. de Compoſitio. Medicam. Secundùm loca Cap. 8. in principio. *Galenus.*

1. Achores ſanati.

Convulſio ex humore æruginoſo in ore Ventriculo ſito prognata, curatur vomitu ex aquâ tepidâ exhibitâ concitato. Lib. 12. Method. Cap ult.

2. Convulſio.

Ophthalmia Balnei uſu curata. Lib. 6. Aphoriſ. Comment. 31.

3. Ophthalmia.

Linguæ tumor, purgato corpore, collutione ex ſucco Lactucæ ſedatus. Lib. 14. Method. Cap. 8.

4. Linguæ tumor.

Uvæ inflammatio cortice nucum externo cum melle percocto curatur. Lib. 6. de Compoſit. ſecundum loca, Cap. 1. Ad idem commendatur ſtercus Caninum Lib. de Simpl. Med. Facult. 10.

5. Uvæ inflammatio.

6. Angina.

Ibidem Srercus Humanum adverſus Anginam commendatur.

7. Ventriculi languor.

Ventriculi languor vini Abſinthitis potu ſanatus. Lib. de Theriacâ ad *Piſonem*, Cap. 2.

8. Ventriculi dolor.

Ventriculi dolor ob pituitæ copiam Medicamentis ipſam incidentibus, Sinapi, Porro, Betâ ſumptis curatus. Lib. 1. de Aliment. Facult. Cap. 1.

9. Fames Canina.

Fames Canina copioſi vini generoſi potu curata. Lib. 2. Aphor. Comment. 21.

10. Colicus dolor.

Ruſticus Colico dolore correptus Allii eſu ſanatur. Lib. 12. Meth. Cap. ult. Ad Colici doloris præſervationem & curationem utiliſſimum Stercus Lupinum. Lib. 10. de Simpl. Med. Facult.

11. Murmur Hypochondriorum.

Sero Lactis, Sale & Melle condito Murmur Hypochondriorum miteſcit. Lib. 5. Aph. Comment. 64.

12. Urinæ retentio.

Urinæ retentio ex Perinæi inflammatione ſuborta, aquâ calidâ affuſâ, oleoque perunctо curatur. Lib. 1. de locis affectis, Cap. 7.

13. Priapiſmus.

Priapiſmo laborantes, venâ ſectâ, cerato ex ſimplici Roſaceo facto, ac aquâ frigidâ imbuto, lumbis impoſito curantur. Lib. de Locis affectis, Cap. ult. & 14. Meth. Cap. 7.

14. Gonorrhæa nocturna.

Gonorrhæa nocturna Balneo, Omphacio & Roſaceo, ſucciſque Pſyllii, Solani, Sempervivi, Umbilici Veneris, Polygoni, Tribuli & Portulacæ & Lini ſemine, Laminâque Plumbeâ ſuper Renes geſtatâ, mollibus Rutæ & Amerinæ frondibus. Lib. 6. de Sanitate tuendâ, Cap. 1.

15. Dolor Articulorum.

Dolore Articulorum laborantes quidam, Oſſium humanorum pulvere aſſumpto curantur. Lib. 11. de Simpl Facult. tit. de Oſſibus.

16. Gracile corpus & Tophi.

Gracili corpore præditus & Tophis affectus, Ptiſanæ cremore & piſcibus ſaxatilibus, tum qui in alto mari degunt, aliiſque in quibus nihil eſt glutinoſum, Lacte ſolo Aſinino conceſſo curatur. Lib. 6. de Sanitate tuendâ, Cap. 11.

17. Diaria.

Diaria ex meatuum conſtipatione Balneo & Diætâ curatur, Lib. 8. Meth. cap. 2. Alia oleo Roſaceo ſincipiti admoto & Balneo. Lib. de Cauſis Procatarcticis, Cap. 1.

18. Febris ardens.

Febris ardens Gelidæ potu ſanatur. Lib. 10. Meth. Cap. 5.

19. Maraſmus.

Quidam Maraſmo laborans Lacte Aſinino, Balneo aliiſque humectantibus auxiliis curatur. Lib. 7. Method. Cap. 6.

20. Syncope.

Syncope & alia ſæviſſima Symptomata ex eſu fungorum ſuborta Oxymeli per ſe ſumpto, tum Hyſſopo & Origano ipſi mediocriter incoctis, vomitu excitato curantur. Lib. 2. de Alim. Facult. 69.

21. Mortiferi Animalium ictus.

Saliva humana adverſus mortiferos Animalium ictus præſentaneum eſt Antidotum. Lib. 10. Simpl. cap. 16

22. Elephantiaſis.

Viperarum uſu curatur Elephantiaſis. Lib. 6. Aph. Comm. 47.

23. Extremè refrigeratus.

Extremè refrigeratus vini potu ſervatus. Lib. 3. de Simpl. Med. Facult. cap. 20.

CAPUT

CAPUT IV.

Ostenditur quòd posteriores Latini, Græci & Arabes *etiam Medicamentis Indigenis usi sunt in Morbis etiam difficillimis.*

Celsus. INter *Latinos* summum illum Medicinæ Principem *Celsum* adducam, qui varias tradit Curationes Indigenis Medicamentis peractas: ut

Struma Anguis esu Sanata. Lib. 5. cap. 28. — *Struma.*

Asininum Lac ad Arthritidis præservationem utilissimum. Lib. 4. cap. 24. — *Arthritis.*

Diaria Febris ex ebrietate orta aquæ frigidæ potu sanata. In Præfatione. — *Febris Diaria.*

Puer ab Aspide ictus aceto superbibito liberatur. Lib. 5. — *Aspidis ictus.*

Paulus. *Ex* Græcis Paulus *varias habet.*

Hemicrania radice Cucumeris sylvestris & Absinthio, hydrelæo incoctis parti illitis. Lib. 3. cap. 5. Rubr. 2. — *Hemicrania.*

Ventriculi debilitas ob Pituitæ copiam Rhaphanis ex Oxymelite sumptis, incredibili crassioris Pituitæ copiâ vomitu egestâ curatur. Lib. 1. cap. 41. — *Ventriculi debilitas.*

Colicus dolor pestilens ac contagiosus, ex quo plerique in morbum comitialem, alii in artuum resolutionem sensu incolumi, nonnulli in utraque sunt prolapsi, Lactucis non coctis refrigeratisque Intyboque, Uvis, Malis, Piscibus durâ carne præditis, crustaceis, pedibus bubulis, aliisque non solùm facultate sed & tactu frigidis curatur, vino raro exhibito, eique frigidâ mistâ, imò & poscâ frigidâ exhibitâ. Lib. 3. cap. 43. — *Colicus dolor.*

Arthritis Hermodactylorum ope curatur. Lib. 3. cap. 78. — *Arthritis.*

Ætius. *Ætius* quoque celebris Medicus Indigenis usus est, ut ex sequentibus Curationibus constabit.

Dolor dentium, nivis cum melle rosaceo mistæ in ore detentæ usu sanatus. Tetrabibl. 2. Serm. 4. cap. 17. — *Dolor dentium.*

Ad lapidem Renum Passerculus Troglodytes remedium laudatissimum. Tetrab. 3. Serm. 3. cap. 11. — *Lapis Renum.*

Mola sanguinea provocantibus Menstrua Rutâ & Anetho exhibitis expellitur. Tetrab. 4. Serm. 4. cap. 80. — *Mola sanguinea.*

Tumor antiquus genu stercore equino cum poscâ & farinâ hordeaceâ in Cataplasmate adhibito curatur. Tetrabibl. 1. Serm. 2. cap. 94. — *Tumor antiquus genu.*

Podagricus, immissis in frigidam aquam pedibus & aliquando in eâ detentis, præclaram opem tulit. Tetrabibl. 3. Serm. 4. cap. 28. Ad quem usum Aqua marina præstat. — *Podagra.*

Febris Lipyria gelidæ potu curatur. Tetrab. 2. Serm. 1. cap. 89. — *Febris Lipyria.*

Stercus Caprinum ad Viperæ morsum auxilium celeberrimum. Tetrabibl. 2. Serm 2. cap. 94. — *Viperæ morsus.*

Senex quidam morsos a Cane rabido acido rumice (Oxalidem vocant) curabat. Tetrabibl. 2. Serm. 2. cap. 24. — *Canis rabidi morsus.*

Agrorum terra, quæ colitur & pinguis est, utilis est ad curationem omnium partium resiccatione indigentium. Quare in *Alexandriâ* & *Ægypto* eâ utuntur Lienosi & Hydropici. Tetrabibl. 1. Serm. 2. cap. 3. — *Lienosi & Hydropici.*

Trallianus. *Trallianus* etiam Indigenis usus est, ut videre est in variis Morbis.

Lethargus Castorei potu curatus. Lib. 1. cap. 14. & Balneo ex Aquâ calidâ. ibid. — *Lethargus.*

Epilepsia Rutæ sylvestris odore curata. Lib. 1. cap. 15. — *Epilepsia.*

Oculi densitas Mulsi beneficio curata. Lib. 2. cap. 4. — *Oculi densitas.*

Sanguinis sputum usu Lapidis Hæmatitis, cum succo Mali Punici & granis & succo Polygoni curatur. Lib. 7. cap. 1. — *Sanguinis sputum.*

Quidam sputo puris laborans Lactis usu cum Frumentaceo aliquo aut Similagine, aut Alicâ, aut Panico incocto liberatus est. Lib. 7. cap. 1. — *Sputum puris.*

Dysenteria cum Tabe Balneis & refrigerantibus auxiliis, ut Pepone sine medullâ, Intybis, &c. curata. Lib. 8. cap. 9. — *Dysenteria cum Tabe.*

Dolor ex ulcere Vesicæ exortus ovis crudis recentibus absorptis mitigatus. Lib. 9. cap. 5. — *Dolor ex ulcere Vesicæ.*

Pedis œdema Salis fomento curatum. Lib. 11. cap. 1. — *Pedis œdema.*

Febris ardentis accessio succo Peponum curata. Lib. 12. cap. 6. — *Febris ardentis accessio.*

Tertiana exquisita. Tertiana exquisita Peponibus, Lactucis & Ptisanâ, victuque humectante & refrigerante curatur. Ibid.

Quod autem Indigena Medicina maximi usûs fuerit apud *Actuarium*, patet ex ejus Lib. 5. Meth. cap. 2. de Potionibus febricitantium. *Actuarius.*

Febricitantium Potiones. „Simplicissimum igitur inter Potiones febricitantium est Medicamentum, quod ex „saccharo & aquâ coquentes paramus. Verum, cùm frigus magis prævalet, præstat „cum melle Potiones concinnare. Ex Violarum succo dein, quod Thoracis vitiis ob „suum lentorem opitulatur, atque alioqui Bilis acrimoniam obtundit, ex Nymphææ „floribus, imò & solo aceto, vel ex cortice radicum Apii, Fœniculi & Intybi sativi „in eo coctis. Ex Cotoneis quoque, ex Rosis, è Malis dulcibus & acidis, ex Uvis „acerbis. Si tantùm refrigerandum est, Violis, Lactucæ semine, ac Nymphææ flo„ribus peragitur. Quòd si calidam putremque materiam ad Urinas deducere volu„mus, iis Intybi sativi vel erratici radicem, & Asparagorum coliculos, & Cucumerum „semina, nec non Solani fructum, atque alia ejusmodi admiscemus. Si ventrem mol„lire est animus, tum Portulaca integra, Atriplex, Mercurialis & Malva in usum ve„niunt. Quod si alvum sistere, & corpus refrigerare tentemus, tum suprà dictis re„frigerantibus Rosas & Myrti baccas adjicimus, &c.

Epilepsia. Epilepsia Ebore sumpto cum melle curatur apud *Scribonium Largum*, Lib. de Composit. Medic. cap. 16. *Scribonius*

Iliacus dolor. Iliacus dolor Clystere ex Oleo prius Rutâ & Aphronitro decocto parato sanatur. Lib. de Comp. Medic. Comp. 118.

Familiaris quoque illa Medicina *Oribasio* fuit. *Oribasius.*

Ulcus cancrosum. Ulcus cancrosum Helleboro assumpto curatur. Lib. 7. Collectan. cap. ult.

Coctio debilis. Ventriculus Vulturis ad debilem coctionem juvandam strenuum auxilium. Lib. 14. Collectan. cap. 37.

Ascarides. Adversus Ascarides Auriculæ muris succus. Celebre auxilium faciunt quoque Muria, vel Centaurii decoctum, vel Absinthii, vel Lupinorum. Lib. 1. Synops. cap. 19.

Arabes quoque Medicinam Indigenam multùm in usu habuere, ut *Avenzoar*. *Avenzoar.*

Melancholia ex potu vitiosæ aquæ. Melancholia ex potu vitiosæ aquæ contracta Aquâ Rosaceâ cum succo Pomorum, & Aquâ Menthæ cum modicâ quantitate pulveris Santalorum & Mastiches levata. Lib. 1. Theiz. Tract. 9. cap. 9.

Aurium inflammatio. Aurium inflammatio cum acuto dolore oleo ex Vitellis ovorum tepido in aurem injecto, aliisque facilè parabilibus persanata. Lib. 1. Theiz. Tract. 4. cap. 1.

Phthisis. Phthisis usu Panis benè fermentati cum Oleo Olivarum & cum Saccharo Rosaceo curatur. Lib. 1. Theiz. Tract. 11. cap 2.

Hepatis dolor. Hepatis dolor Unguento ex Oleo Nucum & de Vitellis Ovorum facto persanatur Lib. 1. Theiz. Tract. 13. cap. 4.

Medicinâ quoque Indigenâ usus est *Avicenna*, ut ex sequentibus apparet. *Avicenna.*

Convulsio. Phthisis. Convulsio Gelidæ perfusione sanata. Tem. 23. Tract. 1. cap. 7.

Phthisis solius Sacchari rosati usû omnino persanata. Fen. 10. Tract. 5. cap. 18. & cap. ult.

Spleneticus. Hydrops. Spleneticus Urinâ suâ epotâ sanatur. Lib. 2. Tract. 2. cap. 725.

Hydrops Malis Granatis comestis curatur. 14, 3. Tract. 4. cap. 13.

Apum ictus. Apud *Alharavium*, ictus ab Apibus cinere superposito curatus. Lib. 29. Pract. Sect. 2. cap. 29. *Alharavius.*

Medicinâ quoque Indigenâ usus est *Rhasis*, ut ex sequentibus videre est. *Rhasis.*

Alopecia. Vigilia. Alopecia frictione cum Cæpis curata. Lib. de Mirabilibus raris.

Vigilia Oleo Nenupharino naribus apposito, & Lactucarum esu sanata. Lib. 3. Aph. in fine.

Melancholia antiqua. Melancholia antiqua radice Bryoniæ albæ curata. Lib. 1. Cont. Tract. 18. cap. 2.

Convulsio Canina. Convulsio Canina Cataputiæ majoris corticis superioris usu sanata. Lib. 1. Cont. Tract. 11. cap. 2.

Phthisicus. Phthisicus Lacte & pane Similæ victitans curatur. Lib. 9. Cont. cap. 2.

Ventriculi dolor diuturnus. Ventriculi dolor diuturnus ex frigore originem ducens vini generosi potu curatur. Lib. de Mirabil. Curis.

Sitis. Sitis orta ex phlegmate salso Capparibus cum Sale datis curatur. Lib. 2. Contin. Tract. 1. cap. 2.

Hydrops. Hydrops Laureolæ vi persanatur. Lib. 1, Contin. Tractat. 19. cap. 1.

Ulceris Vesicæ dolor. Ulceris Vesicæ dolor semine Hyoscyami, Citrullorum & Lactucæ & Portulacæ & Opio usurpatis lenitus. Lib. 23. Contin. Tract. 3. cap. 1.

Diabetes

Diabetes mitigatur infrigidantibus, ut Salicibus foliiſque roratis, cum aquâ Nivis ſuper dorſum adhibitis, ſerique Lactis uſu. Lib. 23. Contin. Tract. 2. cap. 3. Diabetes.

Iſchiadicus dolor tempeſtivo Enematum acrium uſu et Emplaſtro ex Sinapi curatur. Lib. de Mirabil. Curis. Iſchiadicus dolor.

Anchæ dolor Clyſtere ex aquâ Piſcium ſalitorum curatur. Lib. de Mirabil. Curis. Anchæ dolor.

Coxendicis dolor Colocynthidis uſu curatur. Ibid. Coxendicis dolor.

Semitertiana maligna Ptiſanâ et Syrupo acetoſo, vomituque horâ Paroxyſmi excitato curatur. Lib. de Mirabil. Curis. Semitertiana maligna.

Atque hæc quidem ſuffecerint pro Antiquitate et Dignitate Medicinæ Indigenæ aſſerenda.

CAPUT V.

Afferuntur Argumenta pro Medicinâ Indigenâ.

IN variis Regionibus varii Morbi contingunt, variaque eſt hominis vita, prout Regionis natura à temperie declinat. Hac ratione, qui frigida et humida loca occupant, ſunt Capitones, obeſo corpore, labris tumidis, buccis protuberantibus. Quædam Regiones Pumiliones producunt et coactæ brevitatis homunculos, ut *Lapponia*; aliæ gutturoſos et ſtrumis deformatos; quædam ſimis naribus, varis repandiſque crutibus producunt homines; aliæ corpora ad Phthiſin parant, ad ferinas Tuſſes et Deſtillationes, quæ *Britanniæ* noſtræ vernacula mala ſunt. Quædam Regiones corpora ad Peſtem diſponunt, quædam ad Elephantiaſin. In aliis accidit pilorum implexio intricata, quâ affecti *Poloni* quidam prælongas capillorum tricas et cincinnos mirificè intricatos, digiti ſæpe craſſitie ex reliquo capitis et barbæ capillitio ad humeros, pectus et aliquando ad Umbilicum uſque demiſſos geſtare ſolent: idcirco *Plicæ Polonicæ* nomen illi affectui inditum eſt. Variant Morbi, & hominum Conſtitutiones, pro Regionum varietate.

Imò et eodem modo ex Regionibus, quantum ad timiditatem et audaciam, voluptatem & dolorem ſpectat, non parvam in moribus hominum extare differentiam certum eſt, quaſi affectus animi motionis corporeæ affectionem (quam ex aliis Continentis temperaturâ non parùm contigit variari) ſubinde conſequantur, ut 5. de Placitis cap. 5. dicit *Galenus*. Affectus animi motionis corporeæ affectionem ſequuntur.

Et hujus quidem varietatis plurimæ cauſæ ſunt. Prima et præcipua eſt Aër, qui, ob Solis acceſſum et receſſum, et Planetarum varium influxum, perfuſus calore, frigiditate humiditate & ſiccitate corpora noſtra afficit & pro ſui ratione immutat. Sicut enim moderatus noſtri intimi caloris conſervator eſt optimus; ſic ſi calidus eſt et à temperie deflectit, ſudorem æſtumque parit, urinam minuit, ſitim infert, coctionem perturbat, vires debilitat. Frigidus contrà refrigerat, denſat, adſtringit, coctionem caloris intro repercuſſi robuſtiorem facit. Humidus corpus emollit, lenit, pigros facit, ingenio tardos. Siccus corporis habitum reſolvit, excrementa minuit. Turbidus corpus pravis humoribus implet. Aer præcipua hujus varietatis cauſa.

Alimenta quoque corpora alterant et ſuis qualitatibus imbuunt. Cùm enim ſolum pro varietate Regionum varium ſit, varios quoque ſuperiorum corporum influxus patiatur, illud etiam ſuas Qualitates Vegetabilibus et Animantibus communicat, quibus cùm veſcatur homo, neceſſe eſt pro illorum conditione varias alterationes ſubeat. Corpus enim „(ut ait *Hippocrates*) à cibis æqualibus æqualiter nutritur, a corpore verò cibi ſuperantur. „Poſtquàm verò plus aut minus in ipſum ingeſtum eſt, aut alia quæpiam tranſmutatio fa„cta eſt, ſuperatur: ſuperant autem cibi. Et quum ſanè ſuperatur corpus ab his quæ ipſi „offeruntur, florere hæc ipſa facit, et ſuperant hæc ſimul corpus & contraria ipſi faciunt. Corpora ab alimentis alterantur.

Lib. de Locis in Homine, Text. 12.

Certè cum alimentum in corporis noſtri ſubſtantiam mutetur, et vires ſuas in ſanguinem transferat, Aër quoque inſpiratus (ſine quo nec temporis momentum vivere poſſumus) Qualitates etiam ſuas ſanguini communicat. Hinc ſanguinis variæ exurgunt alterationes et varii motus, qui varios morbos, imò pathemata varia et mores varios pro Regionis conditione producent.

Quæ cum ita ſint, et Medicatoriæ Indicationes ſecundum *Galenum* ſumantur à Morbo ipſo, a corporis temperamento et ambiente nos Aëre (ſiquidem corporis temperies, quæ illo tempore fuit, quo ægrotare id cœpit, quæque ad invenienda remedia eſt utilis, ex naturâ, ætate, conſuetudine et ambiente nos Aëre ortum habet: ambiens verò ipſe ejuſmodi eſt redditus propter tum Regionem ipſam, tum anni tempus, tum cœli ſtatum, qui proinde neceſſe eſt in

variis Regionibus valde differat) hanc certè ob rationem dicendum est cum *Celso* differre „quoque pro naturâ locorum genera Medicinæ, & aliud opus esse *Romæ*, aliud in *Ægypto*, aliud in *Galliâ*. Quòd si morbos hæ causæ facerent, quæ ubique eædem essent, remedia quoque ubique eadem esse debuisse. In Præfatione Libri de Medicinâ.

Medicina Rationalis, Empirica. Et quidem cum de Medicinâ agimus, Rationalem intelligimus, quæ Morbi speciem, peculiarem Ægri naturam, Aëris ambientis conditionem, Regionis situm & qualitatem, victûs rationem, & Ægri mores & exercitia considerat: non Empiricam, quæ ne uni horum innititur, sed soli Experientiæ, quâ similem morbum tali remedio curatum viderit, unde necesse est, ea periculosa plena aleæ sit, & experimenta per mortes faciat.

Rationalis Medicinæ præscripta. Hæc autem Rationalis Medicina semper ea præscribit, quæ Ægrorum temperaturæ maximè accommodata sunt. Nam ea Facultas, quæ corpus nostrum regit, talis est, quæ familiaria, proportionata & (ut cum *Hippocrate* loquar) ἐπιτήδεια facilè amplectatur, digerat & in suos usus convertat (quippe illa apta nata sunt vires naturæ deficientes, vel oppressas restaurare & refocillare) & iis ad causas morbificas debellandas & expellendas uti possit. Sed quæ peregrina, ἀνεπιτήδεια, imò fortiora sunt calore nostro, sive calor illorum nostrum calorem longè excedat; sive alia quædam qualitas iis insit, quæ naturæ nostræ repugnet, nec commodè concoqui & subigi à calore nativo possit: illa necesse est naturæ nostræ τραχὺ exhibeant, tantumque abest ut ei corroborandæ inserviant, ut potiùs forti & exoticâ suâ qualitate molestiam creent, & naturæ opus perturbent & impediant. Si enim natura nostra in statu sano cibum inassuetum & minùs familiarem minùs commodè concoquat, peregrinum verò planè respuat & aversetur: quantò magis debilis illa, cui cum Morbo lucta est, & cujus vires ferè prostratæ sunt, à Medicamento peregrino opprimetur? Et hæc certè ratio est, propter quam tot Ægri Medicinam, quæ in usu est, aversentur, & non nisi coacti eam admittant, quòd illa, ut plurimùm, ex exoticis constet, quæ ingrata & illorum naturis valdè contraria sint. Quòd si illa ex Indigenis reciperetur in usum, procul dubio magis succederent Curationes, quòd eam sine aversatione sumerent, & naturæ grata effectum suum faciliùs attingeret. Apud Historicos certè videre est, Medicinam primam *Diæteticam* fuisse: illa enim amica naturæ Morbum sine molestiâ Ægri commodè expugnabat; &, quæ *Hippocratis* aliorumque Principum Medicorum seculo floruit, ex illis maximè constabat, quæ facilè à naturâ conficerentur, ut, tum antiquitate, tum commoditate & summâ pro morbis curandis aptitudine, præferenda sit *Medicina Indigena*.

Medicamenta peregrina molesta sunt & incommoda; non ita Indigena.

Medicina prima *Diætetica*.

Domi nata Medicamenta aptissima. Propria certè & domi nata & adulta Medicamenta optatiori eventu Regionis cujusvis affectionibus oppugnandis seliguntur: illa enim & qualitate temperatiora & naturis Incolarum ejus magis amica. Et, quod maximè expetendum est, quum cœlo soloque cum illis conveniant, ad Morbos illorum magis proportionata & efficaciora sunt: inest enim in Morbis omnibus, qui Regiones quasvis infestant, miasma quoddam ab Aëris vitio contractum solo cœloque peculiare, quod illa maximè oppugnant & expugnant. Medicamentorum certè qualitates non totius naturæ, sed hominum respectu definiendæ sunt, quatenus corpus nostrum afficere possunt: & quidem non quatenus hominem in genere, qui nullus est; sed ut tali temperamento præditum, talem Aërem inspirantem, & tali cibo gaudentem, talique morbo detentum, ut constat ex *Galeno*.

Sanguis parcius in Septentrionalibus quàm in aliis Regionibus mittendus. Hac ratione experimento fidissimo compertum est in quibusdam Regionibus, ut in *Galliâ* & *Hispaniâ* copiosè esse Venam secandam: nam in his, ob soli cœlique temperiem & alimenta ubertim nutrientia, sanguis abundat in corpore, & ab ejus nimiâ copiâ & multitudine morbi plerique illic emanant. Quem si sectâ iterum atque iterum venâ emittere recuses, vel ægrotantes in graviora conjicies pericula, vel nativus ignis, præ copiâ sanguinis, veluti ignis congerie lignorum suffocatus, extinguetur. Contrario modo in Septentrionali Tractu sanguis parcè mittendus: nam sanguis in corpore genitus ut plurimùm est aquosus, qui nec ita valenter nutrit, nec vires roborat, & præ Regionis frigore alii humores serosi ex alimentis frigidis & non ita succulentis prognati in corpore abundant, qui magis purgante medicamento quàm Venæ sectione sunt extrahendi. Quòd si liberales in utroque Sexu ætate & temperamento vacuationes exerceas Phlebotomiæ ope, vel Ægros ad frigidorum cruditatem, extracto sanguine in quò calor nidulatur, deduces; vel, exhaustâ & evacuatâ puriſſimâ hac substantiâ, plurimáque spirituum copiâ effusâ, ipsos præcipites dabis in mortem. Lib. 3. de Simpl. Medicam. Facult.

Cuique Regioni aptanda Remedia. Hoc modo in variis Regionibus hæc vel illa vacuatio, ob Aëris varietatem magis confert; in hac Vomitus, in illâ Medicamentum per alvum expurgans, in aliâ quod urinam

urinam movet, in plurimis quod ſudorem provocat eſt ex uſu; & ſic de cœteris præſidiis eſt judicandum. Quapropter Medici uſu edocti eo utuntur alimento & remedio in unaquaque Regione, quod experimento in pluribus feliciter contigiſſe obſervant.

Singulis Regionibus peculiaria Medicamenta largitus eſt Deus.

Quamobrem ſanè ſingulis Regionibus peculiaria quædam Medicamenta conceſſit *Deus Opt. Max.* quæ apud illos paſſim proveniant ſponteque naſcantur; apud alios cultu & mangonio non creſcant, niſi quod horum morbi ea petant Remedia, aliorum verò Morbi diverſa expetant & his non indigeant.

Maximum eſt inter nos & Orientales diſcrimen

Certè diſſident toto cœlo Morbi noſtri à Morbis populorum Orientalium. Diverſa eſt corporum temperies, aliud prorſus ſolum, ut felicem ſucceſſum ex Medicamentis ibi natis ſperare apud nos vix poſſimus, niſi in pauciſſimis iiſque contagioſis ferè Morbis. Propter ſoli enim cœlique ſtatum, & victûs rationem, quæ apud illos valde ſobria eſt, purgatiora longè habent corpora; & propter poros apertos & liberam perſpirationem, ſiquod iis inhæſit ex errore in victu vitium, facilè diſcutitur. Maximam iis imminet à venenatis Animalibus periculum, & (quæ illorum pravitas eſt) pernicioſiſſimis, quæ paſſim ibi reperiuntur, Toxicis in mutuam perniciem ſæviunt. Et hiſce ſanè malis aliiſque, quæ ab Aëris, Regionis cœlique naturâ profluunt, Indigenis Medicamentis, quæ apud ipſos ſunt, conſultum eſt. Licet enim illa calidiora ut plurimùm ſint, cùm tamen ſpirituoſa & adverſus illorum Morbos peculiari quodam ſubſtantiæ modo alexipharmaca ſint, deperditos ex nimiâ Venere, aut Solis nimio calore abſumptos, aut quâdam malignitate venenatâ aut peſtilentiali proſtratos aut oppreſſos ſpiritus ſine noxâ reſtaurant, redintegrant, & adverſus peſtiferos inſultus eos communiunt. Illis enim illorumque morbis familiaria & aſſueta ſunt iſta Medicamenta, cœloque & ſolo cum illorum naturis conveniunt. Et non ſpernendum argumentum pro Medicinâ Indigenâ eſt, quòd illis ſua ſufficiant Medicamenta, & quod noſtris non indigeant. At, quæ apud illos tam ſalutares ſortiuntur effectus, naturis noſtris plerumque non conveniunt, quod inæquali ferè temperamento ſimus, & pleriſque exteriora frigeant, interiora, atque in his viſcera, immodicè caleant. Et quidem calidiſſima illa Medicamenta, quæ ex ultimo Oriente & Occidente petuntur, inſtar fomitis & ſuccendiculi, præternaturalem iſtum Septentrionalium calorem magis accendunt et inflammant, et torpentes languenteſque illorum ſpiritus longè lateque devaſtant. Quilibet enim videre poteſt Boreales illos, qui Aromatibus plurimum utuntur, aut Vino ejuſque Spiritui nimium dediti ſunt, variis Morbis detineri, vitamque laborioſam cum morte brevi commutare coactos eſſe.

Non nobis conducunt, quæ Orientalibus.

Quales ſint morbi noſtri.

Morbi quoque noſtri ſeroſæ, ut plurimùm, colluviei fœturæ ſunt, qui, ob conſtrictos à frigore poros et hauſtum craſſiorem et pravum Aërem, plurimùm nos inſeſtant; et frigidioti Aëris conſtitutioni aſſueta corpora calidiota iſta non admittunt, nec ea commodè in ſuos uſus digetere poſſunt. Accedit, quòd iis non indigeamus, cùm nec venenata iſta animalia, nec illa ex Plantis venena naſcantur. Et Dei benignitate abſunt longè a nobis pernicioſiſſimæ iſtæ Artes in aliorum vitas per venena graſſandi, adeò ut decantatis iſtis Alexipharmacis opus non habeamus. Sed eſto, ſint quædam ex iis præclara Medicamenta, in contagioſis quibuſdam morbis et obſtinatis valdè efficacia, Qui, quæſo, certi eſſe poſſumus, quæ ad nos è longinquis Regionibus deferuntur ea ipſa eſſe, quorum vires ab Antiquis deſcriptas legimus, cùm in ſignis ſæpe tam parci ſint Veteres, ut incerti ob eam rem certare cogantur Botanographi, et de multis adhuc ſub Judice lis ſit? Cui jam notum Amomum Veterum? Quis monſtrare poteſt verum Opobalſamum? Quis Unicornu decantatum hoc adeò Alexipharmacum? *Bezoar* Orientale rariùs (ut referunt quidam) in *Indiâ* et *Perſiâ* quàm apud nos; et, ſi clariſſimis viris credimus, nullæ ejus deprehenſæ vires, nulli ab eo exhibito obſervati effectus ſalutiferi. Etiam ex iis, quæ ſummis Europæ Principibus, quæ Pontifici Maximo habere licuit, multa fictitia artificio quodam conficta fuiſſe deprehenſa ſunt.

Exoticis Remediis non indigemus.

Incerti ſumus verane ſint, an fictitia.

Guillemeau in Theſi & Obſervat. *Gallego* de la Sorna Lib. de Infantis alendi ratione.

Exotica ſitum contrahunt, at Indigena recentia haberi poſſunt.

Sed eſto ſumamus nec varietate, nec diſſimilitudine, aut jejunâ Plantarum deſcriptione nos decipi, ſed certis et indubitatis ſignis ipſiſſimas Veterum ad nos Plantas apportari; non dubium eſt, quin in tam longo itinere, apud Mercatores vel Pharmacopolas, dum utrique Emptorem præſtolantur, ſitum et cariem paulatim contrahant. At Indigena recentia haberi poſſunt, et in noſtro ſolo cœloque diu viribus integra conſervantur.

Exotica ſæpiùs adulterantur & magni conſtant, cùm Indigena facilè comparantur.

Sed advehant illa Exotica recentia, Quis affirmare auſit ſincera ea eſſe, nec vilioris ſuci miſtione adulterata, quod paſſim ab Impoſtoribus fit? Quin & Exotica iſta tanti conſtant, ut vulgus impenſis impar ſæpe cogatur Morbi vehementiam & quoſvis tolerare dolores, donec naturæ vi victa ſymptomata labaſcant, aut ipſa eorum vehementiâ ſuccumbat. Sed quod apud nos naſcitur vili ære comparari poteſt, et

Æquè pauperibus prodeſt, locupletibus æquè.

CAPUT VI.

Probatur, Sufficientia Medicamenta Alterantia ex Indigenis dari.

POstquam in superioribus ostensum est, Medicinam Indigenam *Hippocrati* aliisque Antiquissimis Medicis in usu fuisse, eamque ob varias rationes in Morbis cujusvis Regionis curandis Exoticæ Medicinæ præferendam esse, tempus est nunc, ut, disquiramus, num sufficientia Medicamenta Indigena in Regione nostrâ reperiantur.

Medicamenta autem vel sunt Alterantia, vel Purgantia, vel Cardiaca & Alexipharmaca.

Medicamenta Alterantia duplicia.

Medicamenta Alterantia ea sunt Simplicia, quæ Qualitatibus suis humani corporis humores præter naturam affectos ad temperiem debitam reducere apta nata sunt. Et ea quidem duplicia sunt.

Alterantia prioris generis.

Quæ scil. apertis suis Qualitatibus Caliditate, Frigiditate, Humiditate, Siccitate, attenuante, incrassante, adstringente, relaxante, & similibus Qualitatibus id præstant. Cujus generis sunt Aqua Fontana, Serum Lactis, Nymphæa, Acetosa, Acetosella, Rubus Idæus, Fraga, Rosæ, Portulaca, Plantago, Semina recentia Cucurbitæ, Cucumeris, &c. Quorum vires in sequentibus Libris secundæ Partis trademus.

Medicamenta appropriata partibus.

Vel sunt specifica (ut vulgò vocantur) quæ figurâ & conformatione suâ & totius substantiæ proprietate parti vel affectui alicui magis accommodata & quodammodo appropriata sunt.

Capiti.

Sic capitis cerebrique peculiaria Medicamenta sunt Betonica, Primula veris, Nymphæa, Verbena, flores Tiliæ, Lilii Convallium flores, Viola tricolor, Cynoglossum, Pœonia, Majorana, & Rosmarinus, Salvia.

Oculis.

Oculis dicata Euphragia, Chelidonium majus.

Auribus.

Auribus dicata Alsine, Anagallis, Geranium tuberosum, Acanthus, Aparine.

Dentibus.

Dentes in Alveis confirmant, aut eorum dolores mitigant Hyoscyamus, Millefolium, Rubus Idæus, Argentina, Plantago, Pentaphyllum, Ononis, Equisetum.

Faucibus.

Gulam et fauces juvant Rubi Idæi fructus succisus, Trachelium, Jacæa nigra, Auricula Judæ, Verbena, Nummularia, Ligustrum, Equisetum.

Pectori.

Pectori conducunt Hyssopus, Lapathum, Pulmonaria utraque, Veronica, Tussilago, Viola Martia, Consolidæ majoris radix, Urtica, Caryophyllata, Scabiosa, Marrubium album, Ruta muraria, Hedera terrestris, Bellis major, Sonchus, flores Papaveris Rhæados, Saponaria, Scordium.

Cordi.

Cordi robur conferunt Angelica, Calendula, Petasites, Rosa, Pentaphyllum, Cardiaca, Borago, Buglossum, Geranium Robertianum.

Ventriculo.

Ventriculo conducunt Mentha, Absinthium, Angelica, Portulaca palustris, Hieracium.

Intestinis

Intestinis prosunt Pulmonaria petræa, Bursa pastoris, Plantago, Quercus, Tormentilla, Lysimachium, Myrtilli nostri, Regina prati, Argentina, Rubus, Millefolium.

Hepati.

Hepati Hepatica, Acetosa, Agrimonia, Cichoracei generis Plantæ, Genista, Lupulus, Centaurium minus.

Lieni.

Lieni prosunt Fumaria, Filix, Polypodium, Lonchitis.

Renibus & Vesicæ.

Renibus & Vesicæ Parietaria, Fragaria, Lithospermum, Eruca, Rhaphanus, Chamæmelum, Lappa major, Eryngium, Carduus lacteus, gramen caninum, Ononis, Malva, Althæa, Serpyllum, Erica, Lupulus, Alliaria, Scordium, Hedera terrestris, Nymphæa lutea, Valeriana, Salvia sylvestris, Nasturtium Aquaticum, Virga aurea, Genista.

Utero.

Utero prosunt Matricaria, Artemisia, Cotyla fœtida, Leucoion luteum, Rubia, Carduus Mariæ, Hypericum, Daucus, Atriplex olida, Senecio, Pulegium, &c.

Appropriata Indigena Scorbuto,

Inter ea, quæ Affectibus dicata sunt, primò occurrunt, quæ Scorbuto sunt appropriata ex Indigenis Remedia.

Scorbutum sanant Abies, Cochlearia, Becabunga, Nasturtium hortense et aquaticum, Sinapi, Erysimum, Acetosa, Acetosella seu Trifolium acetosum, Pisa viridia, Panis Cuculi, Nummularia, Trifolium aquaticum, Eruca, Scorodonia, Rhaphanus rusticanus, Rubi vulgaris mora et Rubi Idæi fructus, Rapa, Chamæmorus *Norvegica*, Chelidonium majus, Sorbus sylvestris, Ros Solis; et in externo usu Illecebra et Ranunculus palustris.

Rachitidi

Rachitidi Filix, præcipuè Mas & florida, seu Osmunda Regalis, & Adiantha, seu Capillares herbæ apud nos. Rachitid.

Colico dolori resistunt Trifolium pratense, Argentina, Erica, Verbena, Atriplex, Malva, Melilotus, Herba *Gerardi*, Anethum, Avena cum Sale, Baccæ Agrifolii, Iuniperi, Chamæmelum, Ruta, Serpyllum, Tanacetum. Colicæ & Ventrisorminibus,

Convulsivo motui Chamæmelum, Cerasa nigra, Helenii radix, Lilium Convallium, Phyllitis. Convulsivo motui,

Epilepsiæ conducunt Cerasa nigra, Eryngii radices, Pæoniæ radices, semen Sinapi, radices Valerianæ sylvestris, Viscus, Lilium Convallium, Filipendula, Ruta, flores Iliæ, flores Rosmarini & Lavendulæ, oleum Succini, Cranium humanum. Epilepsiæ,

Ad ambusta valent Hyoscyamus, Populi albæ cortex, Sambuci cortex interior, Sedi minoris succus, Solanum vulgare, Filicis mucilago, Telephium, Tiliæ folia. Ambustis,

Anginæ Fragaria, Fungus Sambucinus, Prunella, Ribes nigrum, Papaver Rhœas, Scabiosa, Sedum majus Succisa, Trachelium. Anginæ,

Apoplexiæ conducunt Eruca, Crocus, Cerasa nigra, Leucojum luteum, Lilium Convallium, Pœoniæ semina, Primula Veris, aqua florum Tiliæ. Apoplexiæ,

Arthritidi Barbaræa, Brassica, Bryonia nigra, Caryophyllata, oleum è nucleis Cerasorum, Chamædrys, Consolida major, Ebulus, Erica, Genistæ semen, Geranium, Helenii radix, Hyoscyamus, Hypericum, Lens palustris, Pentaphylli radix, Primula Veris, Rhamnus catharticus, Scabiosa, Sambucus, Sedum majus, Ulmus. Arthritidi,

Arthriticis doloribus Artemisia in Cerevisiâ vel aquâ marinâ decocta, Herba *Gerardi*, Bellis, Hedera terrestris, Ascyron, Radix Bryoniæ. Arthriticis doloribus,

Ad Asthma valent Bellis major, Crocus, Erysimum, Lichen Arborum, Martubium album, Origanum, Periclymenum, Petasites, Pimpinella saxifraga, Saponaria, Scabiosa, Sonchus, Urticæ semen. Asthmati,

Ad Calculum valent radix Caryophillatæ, Acori, Cardui, Fullonum, Eryngii, Graminis, Helenii, Filipendulæ, vulgaris Filicis, Peucedani, Pimpinellæ saxifragæ, Rhaphani rusticani, Rubiæ, Tragopogi, Urticæ, Radix & folia Althææ, semen & radix Ononidis, Asparagus, Avellanæ sylvestris cortex, Capillares herbæ, Virga aurea, Carduus stellatus, Parietaria, Cerefolium, Percepier, sive Alchimilla montana, Persicaria, Pilosella, Saxifragia alba, Thalictrum, Veronica; flores Chamæmeli, Ericæ, Genistæ; semen Bardanæ majoris & minoris, Dauci sylvestris, Irionis, Juniperi baccæ; semen Lithospermi, Oxyacanthi, Rosæ sylvestris, Peucedani, Solani, Halicacabi fructus, Violæ purpureæ semen, Gummi Cerasi, oleum è nucleis Cerasorum. Calculo,

Diarrhœam aliosque Fluxus quoscunque tam maris quam fœminæ sistunt Argentina, Althæa, Auricula Muris, Berberis, Bistorta, Bursa pastoris, Coronea, Cannabis, Equisetum, Hepatica alba, Juli nucum, Lagopus, Lapathum acutum, Lunaria, Millefolium, Nummularia, Persicaria maculosa, Pimpinella, Plantago, Polygonium, pruna sylvestria, Pseudo-iris, Pyra, Quercûs folia, Muscus, Quinquefolium, Rosa rubra, Symphytum majus, Tormentilla, Virga aurea, Sorbus, Lens palustris, Ulmaria. Diarrhœæ & Fluxibus quibuscunque,

Dysuriæ conducunt Daucus, cineres Spongiolæ Rosæ Caninæ, Syrupus Mororum Rubi vulgaris. Dysuriæ.

Febri Acetosa, Acetosella, Cichoreum, Cerasa arida, Ribes, Dens Leonis, Papaver Rhœas, Portulaca, Rosæ Caninæ fructus, Mora Rubi Idæi, Vaccinia, Violaria. Appropriata Indigena Febri,

Tertianæ Caryophyllata, Centaurium minus, Pentaphyllum, Verbena. Tertianæ,

Quartanæ Hypericum, Lunaria vulgaris, Pentaphyllum, Sambuci baccæ. Quartanæ,

Quotidianæ Lupulus in Epithemate. Quotidianæ,

Prosunt Flatibus semen Cari, Mei, Fœniculi, radices Ari siccatæ, Tanacetum. Flatibus,

Fluori albo mulierum conducunt flores Lamii albi, Paronychia folio Rutaceo, Tanacetum. Fluori albo,

Gonorrhœæ Cichoreum, Cynoglossum, Millefolium vulgare, Nymphæa, Plantago, Polygonum. Gonorrhœæ,

Sputo sanguinis Argentina, Consolida major, Asplenium, Plantaginis succus, Urticæ succus, Vinca pervinca, semen Hyoscyami. Sputo sanguinis,

Hæmorrhagiæ Bistorta, Clematis Daphnoides, Gallium Luteum, Geranium sanguineum, Gnaphalium, Glastum, Pentaphyllum vulgare, Ros Solis, pulvis baccarum Tiliæ. Hæmorrhagiæ,

Hæmorrhoidibus Chamædrys, Chelidonium minus, Cynoglossum, Fungus Betulæ, Fungus pulverulentus Equiseti, Galeopsis succus, Filipendula, Linaria, Scrophulariæ radix, Sideritis, Verbascum, Vinca pervinca, Veronica. Hæmorrhoidibus,

Herniæ & Intestino prolapso conducunt Alchimilla, Bugula, Consolida major, Cruciata, Herniæ & Intestino prolapso,

Dentaria, Equiſetum, Filix-florida, Geranium Columbinum, Herniaria, Lens paluſtris, Lunaria, Nummularia, Perfoliata, Polygonatum, Valeriana major, Telephium, Typha, Verbaſci flores

Hydropi, Hydropi proſunt Abſinthium, Alnus nigra, Ebulus, Geniſtæ ſemen & ſummitates, Kali, Linaria, Bryonia, Centaurium minus, Fraxinus, Fumaria, Lupulus, Polypodium, Rhamnus Catharticus, Solanum lignoſum, Soldanella, Sambucus.

Ictero, Ictero Apium, Aquilegia, Aſparagus, Aſperula, Berberis cortex interior, Centaurium minus, Chamædrys, Chelidonium majus, Crocus, Cyani flores, Cichoreum, Chryſanthemum ſegetum, Eryngium, Eupatorium *Avicennæ*, Fumaria, Fragaria, Hedera terreſtris, ſemen Geniſtæ, Lichen, Hypericum, Mercurialis, Origanum, Oxylapathi radix, Pulegium, Ruſci radix, Thalictrum, Urtica.

Lienteriæ, Lienteriæ farina Fabarum.

Lui Venereæ. Ad Luem Veneream valent Lignum Buxi, Saponaria, Scorodonia, Succiſa.

Lumbricis, Ad Lumbricos valent Abſinthium, Allium, ſemen & ſuccus Cannabis, Centaurium minus, Corallina; filicis ſemen, radix, Gramen Caninum, Petaſitidis radix, Scorzoneræ radix, Lupuli ſemen, Hypericon, Juniperus, Marrubium album, Artemiſia, Carduus benedictus, Sabina, Senecio, Scordium, Tanacetum, Enula, Nux Iuglans, Ruta Capraria, ſemen Urticæ.

Melancholiæ, Melancholiæ Epithymum, Hypericum, Melliſſa, Fumaria, Poma dulcia, Pimpinella, Scorzonera.

Odontalgiæ, Odontalgiæ Argentina, Chelidonium minus, Clematis Daphnoides, Lepidii radices, Primula Veris, Ptarmica.

Paralyſi, Paralyſi Ceraſa nigra, Ericæ flores, Lavendula, Salvia, Leucoium luteum, Lilium Convallium, Primula Veris, Majorana, Baccæ Iuniperi, Sinapi.

Peſti, Contra Peſtem valent Anagallis mas, Arum, Hederæ baccæ, Herba Paris, Petaſites, Scordium, Scorodonia, Scorzonera, Thalictrum.

Phthiſi, Proſunt Phthiſi Bellis major, Conſolida major, Crocus, Glycyrrhiza, Helenium, Tuſſilago, ſuccus Betulæ, Scabioſa, Urtica, Papaver Rhæas, Violaria.

Scabiei, Scabiei Anagallis, Chamædrys, Fumaria, Scabioſa, Scrophularia, Veronica, Radix Lapathi, Succiſa, Helenium, Braſſica.

Scrophulis, Scrophulis Aparine, Bardana minor, Bellidis minoris radices, Chamædrys, Clematis Daphnoides, Cynogloſſæ radices, Digitalis, Geniſta, Lamium album, Malus ſylveſtris, Paronychia folio Rutaceo, Scrophularia, Perfoliata, Umbilicus Veneris, radix Xyridis.

Surditati, Surditati Fraxini lignum & ſemen, Lavendula, Majorana, Alſine, Fœniculum.

Tabi, Ad tabem valent Anagallis, Eryngium, Marrubium album, Parietaria, Pimpinella, radix Tragopogi.

Tuſſi, Ad Tuſſim Helenium, Eryſimum, Glycyrrhiza, Marrubium album, Scabioſa, Tuſſilago, Verbena, Violaria, Urticæ radix & ſemen.

Catarrhis ferinis, Tuſſi convulſivæ ſive Catarrho ferino proſunt Muſcus Pyxidatus, ſuccus Pulegii, Origanum, Roſmarinum, Mala dulcia.

Variolis & Morbillis, Ad Variolas & Morbillos conducunt Aquilegia, Crocus, ſemen Rapi.

Vomitui, Contra Vomitum valent, Sal-Abſinthii, Mentha, Polygonum, Rubus Idæus, Vaccinia.

Vertigini, Vertigini Primula Veris, flores Tiliæ, Viſcus.

Urinæ ardori, Ad acrimoniam Urinæ proſunt Malva, Glycyrrhiza, Portulaca, Lac recens, & ſerum Lactis & tenuis Cereviſia.

Tumoribus, Tumoribus Malva, Althæa, Mercurialis, Abſinthium, Lappa major, Galeopſis, Cerefolium, Cicuta, Fagi folia, Lamium, Chamæmelum, Cynogloſſum, Linum, Orchidum radix, Parietaria, Rapum, Sphondylii radix, Urtica, Saponaria.

Eryſipelati, Eryſipelati Fimus Bovinus; Lens paluſtris, Mali ſylveſtris ſuccus, Malva hortenſis, Solanum vulgare, Tuſſilago, Umbilicus Veneris.

Ulceribus, Ulceribus Brunella, Bugula, Veronica, Millefolium, Anagallis aquatica, Hypericum, Aſcyron, Tritolium aquaticum, Verbena, Lunaria, Marrubium nigrum, Rubia, Equiſetum, Hedera terreſtris, Nummularia, Polygonatum.

Phagedænis, Phagedænis Perſicaria, Geranium Robertianum, Chelidonium majus, Chamædrys Scordium, Conſolida major, Filix, Lepidium, Plantago, Filago, Carduus Mariæ.

Cancro ulcerato, Cancro ulcerato Elatine, Pimpinella, Solanum, Cicuta.

Anodyna, Anodyna Lac, Farina Tritici, Melilotus, Plantago, Sambucus, Violaria, Malva, Althæa, Chamæmelum, Verbaſcum, Crocus, Cynogloſſum, Telephium.

Narcotica, Narcotica, Crocus, Hyoſcyami ſemen, Papaver hortenſe & erraticum, Lactuca ſylveſtris, Lolium, Cynogloſſum. Primulæ Veris flores.

Adſtrin-

Adstringentia, Radix Acori adulterini, Bistortæ, Consolidæ majoris, Geranii cujusque, Pentahylli, Tormentillæ; folia Alchimillæ, Argentinæ, Bursæ pastoris, Chamæcisti vulgaris, Gallii, Glasti, Gnaphalii, Herniariæ, Lunariæ minoris, Millefolii, Musci; Quercûs, Pilosellæ, Plantaginis, Polygoni, Saniculæ, Ulmariæ, Ulmi Cortex & folia, fructus & semen Berberis, Castaneæ nucis membrana interior, Glandium calices, Pruna sylvestria, Pyra sylvestria, Mora Rubi immarura, Sorba. Adstringentia.

Ad Vulnera valent Agrimonia, Alchimilla, Anagallis aquatica, Androsæmum, Argentina, Bellis major & minor, & Betonica, Bonus Henricus, Bugula, Centaurium, Chamædrys, Cicuta, Consolida major, Cynoglossum; Eupatorium *Avicennæ*, Geranium, Hedera terrestris, Hypericum, Jacobæa, Lamium, Lilium Convallium, Lunaria minor, Millefolium, Nummularia, Ophioglossum, Panax Coloni, Parietaria, Pentaphyllum, Pilosella, Plantago, Prunella, Salvia agrestis, Sanicula, Scordium, Sophia Chirurgorum, Succisa, Tanacetum, Telephium, Tormentilla, Valeriana, Verbena, Virga aurea, Veronica utraque. Vulneraria.

CAPUT VII.

De Cardiacis & Alexipharmacis Indigenis.

ANtequam de Cardiacis Medicamentis agamus, videndum primò, quænam verè Cardiaca dicenda sint.

Et quidem *Hippocratis* & *Galeni* Monumenta legentibus nihil occurrit, quod facultates illas vulgò dictas *Cardiacas* tantopere extollat atque commendet. Solis Alimentis verè ea tributa gloria est atque commendatio: illa enim τὰ ἄχυμα, ἰσχνὰ, ἢ ἰκαλλιστα πεπτὰ φερόμενα, Optima scil. & laudabilia Alimenta, quæ in corporis nostri substantiam facillimè facessunt, atque convertuntur, Spiritus purissimos generant, quorum ope noxii humores alterantur & emendantur; & restituta natura, suis tandum recreatis viribus, insurgit potentiùs ad redundantium nimis & sibi gravium humorum expulsionem. Atque rum demum restituitur Natura sibi ipsi, & perfectior sanitas evadit, nullis insuper indiga præsidiis. Cardiaca *Hippocrati & Galeno* quæ.

Jo. Gorreus Thes. de Meth. *Parisiensi. Guillemeau* Observ. 3. *Gallic.* in Thesin suam.

Novos certè & puros Spiritus, sive ab humorum redundantium copiâ oppressum, sivè à laboribus aut evacuationibus nimiis exhaustis spiritibus imbecillum & invalidum cor, pro suis viribus restaurandis & corroborandis postulat. Quod sola Alimenta laudabilia præstare possunt: illa enim Naturæ amica statim in probum sanguinem convertuntur, qui puros & validos spiritus gignat. Spiritus autem puri & validi sunt, qui humorum illic appellentium κακοήθειαν arcere & eorum putredines dissipare possint. Ac proinde in omnibus ægritudinibus, in quibus spiritus vitales opprimuntur & deficiunt, Jusculatemperata optima Cardiaca sunt, quòd præ omnibus spiritus maxime reficiant, neque ab excedenti aliquà in iis qualitate metus est, ne Natura perturbetur. Jusculatemperata optima Cardiaca.

Cardiacorum quoque titulo digna, quanquam minùs propriè, quæcunque medentur Spirituum & Corporis nostri dissipationi nimiæ atque immodicæ, propter acerbissimos dolores, evacuationes immoderatas, aut quæ levant & solantur ægrorum lassitudines, aut quæ Humorum putredinem exhauriunt, qualia sunt Venæ sectio & Purgatio. Vel ea quæ blandam corpori διαφόρησιν conciliant, reclusis meatibus & exclusis excrementis fuligi-nosis per sudores, frictiones atque balnea, sicque corpus perspirabile cum grato sensu reddunt. Vel quæ Humorum putredini obsistunt, aut quà pollent vi noxios & impuros humores & vapores à corde arcent. Denique, quæ quovis modo corporibus nostris utilia & grata sunt, quòd se illorum usu levatos, refectos & solatos dicant Ægri, ea ipsa Cardiaca quidem jure, quanquam minùs propriè appellaveris. Nos igitur Cardiaca in varias Classes distribuemus. Cardiaca minùs propriè dicta. Cardiacorum in varias Classes distributio.

Primo loco ponenda sunt ea, quæ spiritus reficere & restaurare possunt, imprimis boni succi Alimenta, & quæ Naturæ similitudine cum spiritibus nostri corporis ita conveniunt, ut ea solentur valdè & excitent, imò reficiant quoque & restaurent, ut Vinum generosum cujuscunque generis, Ala & Cerevisia fortior, Spiritus Vini, & Spiritus Hordei, Ambra Grisea, Spiritus Succini, Spiritus Salis Armoniaci, Spiritus Cornu Cervi; 1. Reficientia & restaurantia.

Cervi; Cortices Citri, Limonum, Aurantiorum; Flores quatuor *Cordiales* dicti, scil. Boraginis, Bugloſſi, Roſarum, Violarum; flores Lilii Convallium, Ulmariæ, Leucoii lutei.

2. Refrigerantia. Secundo loco ponenda ſunt, quæ frigiditate ſuâ, aciditate & concentrante, ſive fixante ſuâ qualitate humorum effervescentias comprimunt putredini reſiſtunt, & malignitatem coercent, ut ſuccus Limonum, Granatorum, Aurantiorum, Acetoſæ, Acetoſellæ, Berberis, Groſſulariæ, Ribeſiorum, Spiritus Sulphuris, Vitrioli.

3. Calida, Diaphoretica & Alexipharmaca. Tertio loco ſunt Calida & Diaphoretica, quæ propriè Alexipharmacâ dicenda ſunt, quòd venenatos vapores & humores à corde expellunt, eoſque à Centro ad Circumferentiam educunt; ut radices Allii, Biſtortæ, Carlinæ, Caryophyllatæ, Eryngii, Helenii, Petaſitidis, Pimpinellæ vulgaris & Saxifragæ, Succiſæ, Tormentillæ; folia Abſinthii, Agrimoniæ, Calaminthæ Montanæ, Cardiacæ, Centaurii minoris, Pimpinellæ, Sanguiſorbæ, Pentaphylli vulgaris, Rutæ, Scabioſæ, Scordii, Veronicæ, Ulmariæ; flores Centaurii minoris, Croci, Ericæ, Hyperici, Nymphææ; fructus & ſemina; Acetoſæ, Hyperici, Herbæ Paridis, Nux Juglans; Baccæ Juniperæ, Sambuci. His accenſet *Prævotius* Argemonen, Boni Henrici ſuccum, Cruciatam, Cyanum minorem, Helleborinen, Irionis ſemen, Mentaſtrum, Perſonatæ ſuccum cum Vino hauſtum, Rapi ſemen, Sparganii & Valerianæ minoris radices.

4. Siccâ, terreſtri & adſtringente ſubſtantiâ operantia. Quarto loco, quæ qualitate ſuâ frigidâ, & ſiccâ terreſtrique ac adſtringente ſuâ ſubſtantiâ Serum imbibendo & exhauriendo putredinem cohibent, humorum acrimoniam mitigant, cor firmant & roborant, venenum coërcent, ne tam facilè in totum corpus diffundatur, ſanguini conſiſtentiam & robur & βεβαιότητα quandam tribuendo nimiam ejus rarefactionem impediunt, partiumque diſſolutioni compreſſione quadam obſiſtunt. Cujuſmodi ſunt Terræ quædam pingues, raſura Cornu cervi, Cranium humanum, Margaritæ, oculi & chelæ Cancrorum, Auri Argentique folia, pulviſcula; Tormentilla, Biſtorta, Caryophyllata, Myrtilli noſtri, Pentaphyllum.

5. Sanguinem depurantia. Quinto loco, quæ ſanguinem corrigunt, in quo tanquam in ſubjecto ſpiritus ſiti ſunt, eumque à bile aduſtâ & lymphâ incraſſatâ alteratum temperant. Qualia Bugloſſus, Borago, Cichoracea, radix Scorzoneræ, Fumaria, Papaver, Rubus Idæus, Ceraſa nigra, flores Caryophylli.

6. Cauſam morbificam evacuantia. Sexto denique loco, quæ affectum, ipſius cauſas atque ſymptomata κατὰ πάντα, πανταχῶς & velut armis paribus exterminant. Talia ſunt Venæ ſectio & purgatio conveniens. Sic quoque, ſi ſpiritus depravati fuerint, ac imaginatio læſa, præ Seri Biliſve abundantiâ, proſunt Helleborus uterque, Lapis Cœruleus, Polypodium, Diuretica, Sal Prunellæ, Corallium et Margaritæ, ob Salem, qui putrefactionem prohibet, acidum imbibit, tranſpirationem promovet, ac Serum per Urinam detrudit.

Quò verò magis appareat ſatis *Scotiæ* noſtræ de Indigenis Alterantibus & Cardiacis proviſum, eaque omnes intentiones implere; ſequentem Tabulam, in quâ Exotica et Indigena παραλλήλως poſita ſunt, placuit apponere.

CAPUT

CAPUT VIII.

Tabulam exhibens in quâ, è regione Exoticorum, ex Indigenis ponuntur quæ consimiles vires habent.

Tabulâ Exoticorum & Indigenorum παραλλήλως positorum.

ALTERANTIA Et CARDIACA.

Exotica.	Indigena.	Exotica.	Indigena.
Vinum ejusque spiritus.	Ala, Cerevisia & spiritus hordei.	Cardamomum.	Carum.
		Caryophylli Indici.	Radix Caryophyllatæ.
Saccharum.	Mel, Sal commune.	Capparis.	Flores Geniſtæ conditi Aceto & Muriâ, et Gemmæ ita præparatæ.
Piper.	Piper Aquaticum; Naſturtium hortenſe, Indicum, Rhaphanus ruſticanus, Cœpa, Sinapi, Coriandrum, Leviſticum, Cæpa Aſcalonica.	Acacia.	Prunus ſylveſtris.
		Nux Moſchata.	Juglans, Globi ex pulvere Uvæ Quercinæ & pane biſcocto, in ſucco Rubi, Cydoniorum, vel Plantaginis.
Been album & Coſtus.	Angelica, Caryophyllata, Eryngium, Scorzonera, Tormentilla, Paſtinaca ſylveſtris.	Oleum Amygdalarum dulcium.	Ex Nuce Avellanâ ſuccus.
		Oleum Olivarum.	Butyrum, Oleum Ovorum; Adeps Anſerinus, Vervecinus, Suillus.
Baccæ Lauri, Cubebæ.	Baccæ Juniperi, Hederæ.	Opobalſamum.	Oleum ex Corticibus Radicum Juniperi arte Chymicâ, extractum.
Bezoar.	Cornu Cervi & ejus ſpiritus, Margaritæ.		
		Zingiber.	Rhaphanus ruſticanus.
Origanum *Cretenſe*	Origanum noſtrum.	Stœchas.	Lilium Convallium.
		Zedoaria.	Rhaphanus.
Scordium *Creticum.*	Scordium noſtrum.	Opium.	Extractum florum Papaveris, Rhœados, Semen Papaveris albi.
Scorzonera *Hiſpanica*, quæ etiam in Hortis noſtris lætè provenit.	Scabioſa, Radix Chærephylli.	Myrrha.	Scordium, Chamædrys.
		Maſtiche.	Roſæ, Biſtorta, Succi num
		Thus.	Roſmarinum.
Succus Citri, Granatorum, Aurantiorum, Limonum.	Succus Acetoſæ, Acetoſellæ, Berberis, Ribeſiorum, Uvæ Criſpæ.	Nardus.	Valeriana ſylveſtris.
Nicotiana & ejus pulvis.	Petum noſtrum, Majorana, Hyſſopus, Thymus; pulvis Pulſatillæ, Majoranæ, Chamæpityos, Liliorum Convallium Florum.	Cinnamomum.	Angelica, Caryophyllata, Tormentilla, Pentaphyllum, Meliſſa, Bugloſſum, Roſæ, Violæ, Borago.
		Anacardia.	Majorana, Betonica.
Meum.	Meum noſtrum, Daucus, Radix Imperatoriæ.	Schœnanthum.	Acorus verus.
		Lignum Aloës.	Crocus.
Macer.	Summitates Meſpili vel Potentillæ.	Santala.	Flores Nymphææ, Plantago, Geranium Robertianum.
		Dictamnus.	Flores Calendulæ.
		Ammoniacum.	Centaurium minus, Rubia Tinctorum.
Iris *Florentina*, quæ etiam lætè provenit in hortis noſtris.	Iris noſtra, Cyperus hortenſis.	Elemmi.	Hypericum, Aſcyrum, Androſæmum.
		Galanga.	Abſinthium.
Chermes Grana & ejus Confectio.	Rob Sambuci & Rubi Idæi.	Gentiana.	Mentha, Cyperus.
Radix Chinæ, Sarſaparillæ.	Semen Fraxini, Sal Abſinthii, Ulmaria, Carduus Mariæ; aqua, Sal, ſemen Cardui benedicti.	Macis.	Radix Petaſitidis, Flores Roſmarini.
		Moſchus.	Ambra Griſea, Ruta, Flores Lilii Convallium, Spiritus Cornu Cervi.
		Lapis infernalis.	Cinis Fraxini, Calx viva.
Lignum Guajacinum.	Lignum Fraxini, Sambucus, Fumaria, Radix Lapathi acuti, Saponaria.	Lapides pretioſi.	Corneolus, Margaritæ, Oculi & Chelæ Cancrorum.
		Corallia.	Creta, Margaritæ.
Lignum Nephriticum	Lignum Fraxini noſtræ.	Contrajerva.	Scorzonera, Cochlearia, Ros Solis.
Caſtaneæ.	Glandes terreſtres & Quercinæ.		
Aſa fœtida, Caſtoreum.	Radix Coronæ Imperialis, Gotylæ fœtidæ, Ungulæ Equorum; Pennæ Anſeris & Perdicis.	Curcuma.	Centaurium minus, Becabunga, Naſturtium Aquaticum.
		Cortex Peruvianus.	Allium, Eryngium, Carduus Benedictus, Vinceroxicum Carduus Mariæ, Succiſa, Veronica, Chamæmorus, Millefolium, Rubus Idæus.
Semen Aniſi.	Semen Fœniculi, Anethi, Cumini, Dauci.		
Herba Theé.	Chamæleagnus, folia Betonicæ		
Terra ſigillata et Bolus Armena.	Argilla quævis ſicca.		

CAPUT IX.

De Medicamentis Indigenis Evacuantibus.

Medicamenta Evacuantia quæ.

MEdicamenta Evacuantia ſunt quæcunque Medicamenta materiam peccantem è corpore educunt, adeò ut in hac latitudine purgantia propriè ſic dicta, ſudorifera & diuretica, imò menogoga & veſicantia comprehendant.

Quoniam autem maxima difficultas, quæ contra Medicinam Indigenam urgetur, ea eſt, quòd purgantibus careat: primò de purgantibus agemus, deinde de reliquis.

Purgantia propriè ſic dicta.

Purgantia propriè ſic dicta alia deorſum movent, alia Sùrſum. Priora dicuntur Purgantia, Poſteriora Vomitoria.

Purgantia deorſum moventia.

Ex hiſce, quæ deorſum movent, quædam leniter alvum emolliunt et ſubducunt, quædam mediocriter alvum ſolvunt, quædam vehementer purgant.

Purgantia non electivè, ſed per irritationem duntaxat agunt.

Creduntur vulgò Purgantia electivè agere, et appropriatos Humores ſingula evacuare. Sed electivè purgantia auctoritatem ſuam Antiquitate magis quàm Veritate tuentur: magnis enim et emunctæ naris viris creditur Electio iſta falſa, cum per ἰερίσμὸν, ſive irritationem duntaxat agant purgantia, et irritata natura expellat quemcunque humorem. Ita Rhabarbarum pari effectu purgat Serum ac Jalappa; hæc bilem æquè ac illud; ſolia Senæ utrumque; et ſingula horum omnes Humores expellunt, ſi in procinctu ſint, vel moveri poſſint. Et ſi Electio illa tenenda eſſet in Purgantibus, Morbi certè Boreales, quia plerique à Sero nati ſunt, ob pororum obſtructionem, ſurſum rapto, aut in partes depoſito, petunt Hydragoga maximè, qualia multa Indigena Purgantia ſuppetunt: ſudorifera item et urinam cientia. Imò multi ex illorum Morbis fortiora Purgantia non ferunt (ut Tabes, Phthiſis, Hectica, Atrophia, et in quibuſcunque gracilis et tenuis venter eſt) ſed ſiquid Hypochondriis obſtructis tentandum, per ἐπίχρισιν ſatius eſt, vel Enematis ſollicitare Inteſtina ad Expulſionem.

Corporis purgandi et Morbi ſumma ratio eſt habenda in Medicamento exhibendo.

In Medicamento exhibendo habenda ſumma ratio eſt corporis purgandi, et Morbi quo quis laborat: ex proportione enim, quam ad præſentem Ægroti ſtatum habent, Medicamenta ſuos effectus ſortiuntur, Videre enim eſt ſæpe illos, qui à fortiori Medicamento non moventur, ſed laborem et moleſtiam multam exinde ſentiunt, exhibito leviori, ſed convenientiore pro illorum temperaturâ, commodè et facilè purgari. Peregrina namque et ab illorum temperie aliena tantùm averſatur Natura, ut in iis ſubigendis et ſuas et Medicamenti vires atterat et conſumat; atque ita, quod Alvum ducere debuerat fortè per inſenſibilem Tranſpirationem, per Sudorem, aut Urinæ vias, ſæpius per Vomitum evacuat. E contrario nihil in Operatione certius, nihil nobis familiarius eſt Indigenis, quæ cœlo & ſolo cum Naturis noſtris conveniunt, et, quod quotidie videtur, facile eſt cognoſcere, Ut jure dicat *Plinius*, Multò memorabilius „duxerim id, cujus experiundi quotidie occaſio eſt. In cœteris (ut idem alibi) nihil, „præter nobilitatem longinquitate factam, memorandum occurrit, et hinc minor nobilitas Picæ quàm Pſittaco.

Indigena in operatione certiſſima & nobis maximè familiaria.

Nos igitur de Purgantibus Indigenis acturi memoratum ordinem ſervabimus; Et primò de Eccoproticis, ſive leniter moventibus Alvum, dein de iis quæ mediocriter ſolvunt, poſtremò de Mochlicis & vehementer purgantibus agemus.

Leniter purgantia.

Quæ leniter movent et (niſi ſæpius, aut magnâ quantitate ſumantur) parum educunt, ea ſunt, Roſæ pallidæ, Violæ, Syrupus florum Perſicorum, Spinachia, Beta, Acetoſa, Braſſica, Urtica, Lupulus, Atriplex, Mercurialis, Blitum, Malva, Filix, Thalictrum, Bonus Henricus, Centaurium minus, Fumaria, Abſinthium, Pruna, Polypodium, Hydromel, et Serum Lactis, in quibus iſtæ herbæ commodè decoqui poſſunt; Jus Galli veteris (teſte *Diſcoride*) & quæ Celſus habet, Panis „fermentatus, magiſque ſi cibarius vel hordeaceus eſt, Braſſica, ſi ſubcruda eſt, Lactuca, Anethum, Naſturtium, Ocimum, Urtica, Portulaca, Radicula, Capparis, „Allium, Cæpa, Malva, Lapathum, Beta, Aſparagus, Cucurbita, Ceraſa, Mora, „Poma omnia mitia; Ficus etiam arida, ſed magis viridis; Uvæ recentes pingues, minutæ Aves, Cochleæ, Garum, Salſamentum, Oſtrea, Pelorides, Echini, Muſculi, „& omnes ferè Conchulæ, maximéque jus earum; Saxatiles & omnes teneri Piſces, „Sepiarum atramentum. Siqua caro aſſumitur pinguis, eadem vel jurulenta vel elixa;

Lib. 2 Cap. 53. Lib. 2. Cap. 29.

„Aves quæ natant; Mel crudum, Lac, Lactentia omnia, Mulsum, Vinum dulce „vel salsum, Aqua; omnia tenera, tepida, dulcia pinguia, elixa, jurulenta, Salsa, „diluta.

Enemata inter leniter Purgantia, & ex quibus composita.

Huc Enemata spectant, quibus inserviunt Aqua marina, vel Lac, vel jus Carnium, vel Decoctum Herbarum Inquilinarum, Hordei, Betæ, Violariæ, Maivæ, Mercurialis, Parietariæ, Senecionis, Chamæmeli, Meliloti; Mulsa quoque. Magna certè laus Enematis debetur, quæ repetita vicarias purgantium operas præstare possunt; & non tantùm inferiora expurgant, sed & superiora consecutione exonerant, dum pressa viscera præcordiáque liberant, faciuntque meliùs spirantia. Materiam certè in Intestinis hærentem, factâ deobstructione, educunt, nec corpus turbant, nec debilitant. Instrumenta autem ubique ad manum sunt Vesicæ Suillæ vel Bubulæ fortiores, Syringa ex Ligno, quæ Pennâ Anserinâ suppleri quandoque potest.

Enematum Laus.

Enematum Instrumenta.

Mediocriter purgantia.

Mediocriter alvum solvunt Lapathum palustre (quod nonnulli Rhabarbarum Monachorum appellant) Decoctum ligni Dulcamaræ, semen vel succus Polygonati, teneri surculi aut radices Bryoniæ; surculi, flores, baccæ, folia, semina, radices Ebuli & Sambuci, Lapathum acutum, Colutea, Aqua Florum Ceraforum nigrorum, medius cortex Berberis arboris, jus Brassicæ, Decoctum Lichenis, radix Imperatoriæ, Linum Catharticum.

Vehementer purgantia.

Vehementer purgant ramorum Sambuci medicus cortex, Frangulæ corticis decoctum, succus seu pulvis Rhamni solutivi, Soldanella, semen Genistæ, radix Pseudohellebori nigri, succus Illecebræ; succus, semen, radix, & imprimis cortex Tithymali; radix Esulæ in aceto macerata & siccata, radicis Cyclaminis succus, succus radicis Iridis nostratis.

Quomodo horum acrimonia corrigatur, & violentia minuatur.

Quædam ex his acriora sunt, alvum validè movent & universum corpus turbant: sed hæc non minori violentiâ efficiunt tertii ordinis Exotica. Et quemadmodum eorum acrimonia corrigitur leniturque aliorum mixtione, idem hîc commodè fieri potest, aut exhiberi queunt parvâ quantitate, aut cum butyro, vel pingui jusculo, in quibus acris illa & mordicans vis sopitur.

Panchymagoga.

Panchymagogum præstans ad Bilem, Pituitam & Serum expurgandum spondent folia Ebuli in Oleribus sumpta. Pari laude commendatur succus Iridis nostratis cum Melle & Lacte Caprino mixtus, ut & Aqua Corticum Sambuci; Frangulæ Corticum Decoctum, cum corrigentibus Seminibus, sursum deorsumque ex Ventriculo eliminat congesta omnis generis Excrementa.

Externa purgantia.

Externa pro Umbilico purgantia, ex felle bubulo cum adipe Suis confici possunt, ut & ex Cylamine, quorum tamen usus non ita tutus est. Nunc brevem Tabulam subjiciemus, in quâ purgantia Indigena è regione Exoticorum apponuntur.

Tabula, in quâ Purgantia Indigena è regione Exoticorum apponuntur.

Exotica.	Indigena.	Exotica.	Indigena.
Rhabarbarum.	Rhabarbarum Hortense nostras, Lapathum acutum, Rosæ pallidæ, Syrupus Violaceus, Jus Brassicæ.	Cassia, Tamarindi, Prunæ, Myrobalani.	Pruna nostra, Mercurialis, Malva, Polypodium, Atriplex.
Sena.	Colutea, surculi Sambuci, semen Polygonati, semen Genistæ, Epithymum, radix Bryoniæ.	Manna, Carthamus.	Linum Catharticum, Medius cortex Berberis arboris, Syrupus florum Persicorum, Syr. Ros. solutivus.
Mechoacana & Jalappa.	Succus Iridis nostratis, semen Ebuli, Syrupus de Rhamno Cathartico.	Agaricus, Turbith, Elaterium, Colocynthis.	Soldanella, Cortex Frangulæ, Cyclaminis radix, Ramorum Sambuci medius cortex.
Aloë.	Semen Sambuci, radix Imperatoriæ, Centaurium minus.	Scammonium, Hermodactyli, Gutta Jemu, Euphorbium & Sagapenum.	Radix Esulæ, Tithymali; Helleborus niger, Pseudo-hellebori nigri radix.

CAPUT

CAPUT X.

De Evacuantibus per Vomitum, Sudorem aliasque vias.

PRæter ea, quæ deorsum movent, quædam sunt quæ sursum expurgant humores & Emetica dicuntur; Quædam etiam per Nares, quæ Sternutatoria; quædam per Sudores, quæ Diaphoretica & Sudorifera; & nonnulla per Urinas, quæ Diuretica. Alia per Uteri vias, quæ Emmenagoga, seu Menses moventia. Quædam denique Vesicas excitant, è quibus multum seri effluit, & Vesicantia dicuntur. Et de hisce quoque agendum, ut ostendamus sufficientia Medicamenta etiam ad hosce usus nobis ex Indigenis suppetere. Alii Evacuandi modi.

Quæ Vomitum excitant, ex iis quædam leniter, alia violentiùs id præstant. Inter lenia *Hippocrates*, post tepentium Balneorum usum, assumi jubebat omnis generis edulia, donec gravatus stomachus ea rejiceret. Insuper & aderant variorum vinorum potiones cum Lenticularum Decoctis additis, nonnunquam Melle & Aceto. Nobis quoque in usu pro lenioribus Vomitoriis Aqua tepens, Serum Lactis tepens affatim haustum: cui si Oxymel, quod ex Aceto & Scillâ (quæ in hortis nostris provenit) adjicias, optimum & tutissimum paratur Emeticum, per quod tenacissimi humores omnis generis expurgantur. Aqua tepida cum Butyro magnâ quantitate hausta, plumâ Anserina faucibus inditâ, Vomitum commodè excitabit. Idem præstat aqua mulsa calida, Jusculaque pinguia & aqua Hordei cum Oxymelle simplici et Syrupo Acetoso. Augent conatum summitates Sambuci, radices Juglandis, succus Rhaphani, Urtica in Mulsa vel Sero cocta. Leniter Vomitum moventia.

Si usus fortiora postulat, id præstant Asari folia, Atriplicis radix et semen, Diasarum *Fernelii*, Betonicæ radix, Digitalis flores, Ebuli radices, Eyonymi baccæ, Eupatorii Cannabini radices, Genistæ semina et flores in mulsa, additis (ne Ventriculo noceant) floribus Rosarum, Hederæ baccæ, Jüli et cortex interior Juglandis radicis, Laurcola, Narcissi Lutei bulbus, Polygonati baccæ, Sambuci Aquaticæ baccæ, Sedi minimi succus, Senecionis herba, Spergulæ semen, Radix Bryoniæ, Rasura Unguis, et quæ ex Vitriolo et Antimonio parantur. Quæ violentius Vomitum excitant.

Ea, de quibus nunc agemus, minùs propriè Purgantia dicuntur: quoniam autem Humores peccantes evacuant, de iis quoque tractandum.

Diaphoretica seu Sudorifera, quæ poros corporis aperiunt et per Sudorem Humores peccantes eliminant. Qualia ex Indigenis sunt Sambuci baccæ, Petasitidis radix, Cornu Cervi et ejus maximè Spiritus; Fraxini semen, cortex et lignum; Buxi ligni Decoctum et Extractum, Crocus et ejus Extractum, Oculi Cancrorum, Carduus Mariæ, Carduus benedictus, Bardana, Sal Absinthii, Aqua Linariæ, Cuscuta, Chamædrys, Chamæmeli Decoctum, Aqua Chelidonii majoris, Fumaria, Juniperi ligni Decoctum et Extractum, Lupuli radicis Decoctum, Milii Decoctum, Pimpinellæ radix, Polygoni ex vino Decoctum, Saponaria, Tormentillæ radix, Veronica, Ulmaria. Diaphoretica.

Lotium cient et per Urinæ vias evacuabunt Absinthium, Acorus, Adiantum, Agrifolii summitates, Anonis, Apium, Aquilegia, Asparagus, Barbaræa, Bryonia nigra, Carduus quicunque, Cerefolium, Chamæmeli flores, Cichoreum, Caprifolium, Crocus, Daucus, Eryngii radix, Erysimum, Filipendula, Fœniculi radix et semen, Genistæ flores, Baccæ Iuniperi, Hedera terrestris, Iris nostra, Fraga, Ebulus, Linaria, Semen Lithospermi, Hypericum, Kali, Lupulus, Meum, Percepier, Persicaria siliquosa, Rubia, Ruscus, Salvia agrestis, Saxifragia alba et pratensis, Sium; Solani, Halicacabi baccæ, Valeriana, Veronica, Urticæ semen et racemuli. Diuretica.

Menses moventia, quæ per Uteri vias redundantem sanguinem et humores expurgant, radix Acetosæ, Alliaria, Apium, Artemisia, Arum, Asarum, Asparagi radix, Calamintha, Cardiaca, Cæpa, Centaurium minus, Chamæmelum, Chamæpitys, Crocus, Eupatorium *Avicennæ*, Filicis radix, Graminis radix, Helenii radix, Hypericum, Leucoii lutei flores, Matricaria, Melissa, Mentastrum, Mercurialis, Meum, Nasturtium, Phyllitis, Polytrichum, Prasium sive Marrubium nigrum, Pulegium, Salvia agrestis, Sabina, Saponaria, Serpyllum, Tanacetum. Emmenagoga.

Quæ sternutationem excitant, atque per Nares purgant, sunt Radicis Hellebori albi pulvis, Ptarmica, Saponaria, Sinapi, Betonicæ folia, Violariæ folia, Thlaspios semen; Rosmarini, Majoranæ pulvis, florum Lilii Convallium pulvis. Sternutatoria.

Vesicas excitant, atque ita humores serosos educunt sequentia, Ranunculus, præsertim Flammula dictus, Chamelæa, Pulsatilla, Sinapi, Nasturtium Tithymalus. Vesicantia.

CAPUT XI.

Probatur Mel, Butyrum & Hordei Spiritum commodissimè pro Saccharo, Oleo & Vino substitui.

QUi Medicinæ Indigenæ minùs favent, objicere solent, quòd Medicina sine Saccharo, Oleo & Vino subsistere nequeat. Videndum ergo est, an nostra Regio, quæ his caret, ea habeat, quæ illorum locum supplere commodè possint. Et de Saccharo primò agendum est, quòd id ad Medicamentorum compositiones & varios usus apprimè necessarium videatur.

Recens est apud *Europæos* Saccharı usus, neque illud antiquissimis Medicis in usu fuit.

Et primò quidem constat, recentem planè esse Sacchari apud *Europæos* usum. Antiquissimis certè Medicis in usu non fuit; & apud *Hippocratem* mentio solùm fit Herbarum decoctarum in Aquâ, in Hydromeli, in Vino; & pulveres cum Melle miscebantur. Et *Galenum* ipsum, pro præparandis ad Purgationem Humoribus, usum legimus Melicrato solo, in quo decoctum sit aliquid Hyssopi vel Origani, vel Tragoriganı, vel Thymi, vel Pulegii, sive alterius cujusvis, quod vires haberet extenuandi. Et celeberrimi quique ex modernis Medicis Juscula ex Alterantibus & in Purgantibus infusa & decocta præferunt Compositionibus istis Saccharatis: illa enim longè gratiora sunt Ægris & à naturâ facilius multò subiguntur & conficiuntur. Comment. 1. in Aph. 24.

Polypharmacia à Sectâ Empiricâ introducta, & unde.

Et quidem obiter inquirendum est, undenam Polypharmacia ista profluxerit? *Hippocrates* enim pauciſſimis utitur Medicamentis, hisque Indigenis & ἀπλήγοις· iisque juxta Morbi Indicationes & Ægrorum Temperamenta commodè mixtis & temperatis. Secta fuit Empirica, quæ operosam Medicamentorum molem introduxit. Nam (ut arguit „*Galenus*) si aut corporis naturam invenire possent, aut adhibiti Medicamenti faculLib. 3. Method. Cap. 2. Edit. *Chart.*
„tatem, non esset fortasse iis tali varietate opus, ut quibus unum illud Medicamentum, „quod uni corpori conveniret, in promptu semper esset. Nunc quum ignorant utrum„que, malè omnia miscent; unum scilicet, quod omnibus naturis quadret, moliti Me„dicamentum studentes. Et hinc pomposæ illæ Medicamentorum moles ex tot pugnantibus inter se mistis. Et hunc Medicinæ faciendæ modum secuti sunt *Arabes*, qui tot componendi formulas induxerunt, quæ ferè omnes cum Saccharo parantur.

Arabes hunc modum secuti sunt.

Saccharum quid.

Saccharum autem Sal Plantæ *Indicæ* est, ex Arundinis *Indicæ* specie quadam variis coctionibus paratum, Hepati, Dentibus, imò & Pulmoni inimicum. In *Britanniâ* certè, ubi humidior & crassior est Aer, Visceraque obstructa plurimis sunt, & corpora Humoribus Serosis & Pituitosis scatent, eximiâ quâ pollet acredine Viscerum substantiam corrumpit, & aciditatem & acrimoniam humoribus inducit. Hinc rectè observat Dom. *Clarenciers*, Tabem Pulmonum maximè grassari in *Angliâ* & *Lusitaniâ*, ubi frequentior Sacchari usus etiam in cibis est: nec mirum, cùm in eo dealbando calcem admisceant, quod Viscera adurat & Sanguinem corrumpat, Tractatu de Tabe, qui Flagellum *Angliæ* inscribitur.

Nimia suavitas multorum Medicamentorum vires obtundit.

Sed videamus cui bono cum Medicamentis misceatur, ut scil. suavitate suâ gratiorem gustum iis conciliet, & ut ea conservet à putredine. Primum quod attinet, certe nimia suavitas multorum Medicamentorum vires obtundit & minuit; Dulcia quoque in Bilem facilè vertuntur: & proinde quibusdam naturis & morbis quibusdam noxia est dulcedo. Ad alterum verò quod spectat, pauciſſima diu à Saccharo conservantur: acidum enim quid ex Aëre attrahit, quod lentorem primò, dein corruptelam parit. Et inde est, quòd ingeniosissimus *Franciscus Redi* Iconem habet horrendi cujusdam Insecti, quod *Conditorum* & *Pharmacorum Vermem* appellat Tab. 17. apud eum. Suavitatem certè Medicamentis tutiùs multò Glycyrrhiza, Passulæ & Ficus conciliant, & utrique scopo, tum ad gratum saporem procurandum, tum ad præservandum à putredine, Mel sanè, quod ab Apibus nostris è Plantis Indigenis conficitur, multò utilius est. Nam quod ad saporem, nihil Melle dulcius, & quidem proprio sapore. Hinc, quicquid suave, gratum, amabile, Melli comparant Poetæ, ut habet *Volusenus* noster,

Pauciſſima Medicamenta diu à Saccharo conservantur.

Tract. de Insectis.

Glycyrrhiza, Passulæ & Ficus tutiùs adhibentur ad gratum Medicamentis saporem conciliandum.

Nihil Melle dulcius.

Hæc rursus mage dulcia
Sunt, quæ mella imitantur redolentia.

De Animi Tranquillitate Od. in fine.

Veteribus loco Sacchari in opere dulciario erat, & hoc illis quæ erant acriora, saporis gratia conciliabatur. Multi ex Veteribus vehementer eo delectabantur, & ab ipso maximè vitam credebantur

debantur protraxiſſe. *Zeno* modicè eo cum pane utebatur. *Pythagoram* ſolo, ſive favo & pane contentum quidam autumant. *Democritus* in annum centeſimum & nonum diem fati diſtuliſſe creditur, quòd eo oblectaretur. De *Pollione* ita *Plinius*, „ti Senectam longam mulſi tantùm nutritu toleravere, neque ullo alio cibo, celebri „*Pollionis* exemplo. Centeſimum annum excedentem eum Divus *Auguſtus* Hoſpes „interrogavit, quanam maximè ratione vigorem illum animi corporiſque cuſtodiſſet. At ille reſpondit, Intus Mulſo, foris Oleo. Apud *Lacedæmonios* initium cœnæ fuit, ſed & in ſecundis menſis apponebatur.

Hiſt. Nat. Lib. 22. Cap. 24.

Multis ex veteribus Mellis uſus vitam produxiſſe creditur.

Acrimoniam Mellis Aqua temperat, cum quâ Mel ad Medicamenta conficienda decoqui ſolet. Mel certè Medicamenta conſervandi egregiâ facultate præditum eſt, ut patet ex Theriacâ & Mithridatico, quæ quàm diutiſſimè ætatem ferunt, modò Mel bonum, benè coctum & ritè mixtum ſit, cum quo conficiuntur. Hinc *Plinius*, *Mellis quidem ipſius natura talis eſt, ut putreſcere corpora non ſinat.* Et Veteribus in uſu erat cum aliis pro conditurâ mortuorum, ut de *Alexandri* Cadavere teſtatur *Statius*,

Mel optimè Medicamenta conſervat.

Hiſt. Nat. Lib. 22. Cap. 24.

In Sylvis.

Duc & ad Æmathios *manes, ubi belliger Urbis*
Conditor Hyblæo *perfuſus nectare durat.*

Lib. 1. de Re Culinariâ Lib. 3. de tuendâ Valetudine. *Dioſc.* Lib. 4. Cap. 94. *Gal.* Lib. 4. ad *Glaucum.*

Condita ſua omnia ex Melle conficit *Apitius*, & Cardos ex Aceto et Melle diluto condit *Platina*. Veteres etiam Melle in Medicamentis præparandis uſi ſunt. *Dioſcorides* ſemen Urticæ cum Melle delinctum in orthopnœâ lateris et pulmonum inflammationibus commendat. *Galenus* Abſinthium cum Melle ad Ventriculum laudat. Mel enim Medicamentis, quibus miſcetur, commodum affert: præparantibus nimirum aperiendi et attenuandi facultate, purgantibus abſtergendi qualitate. Syrupi proinde, qui hos ſcopos habent, utiliùs è Melle quam Saccharo conficiuntur.

Ad noſtros uſus multò conducibilius Mel, quàm Saccharum.

Cum itaque Mel habeamus à noſtris floribus petitum, ab Apibus noſtris confectum, cœlo ſoloque nobis conveniens, Saccharo carere poſſumus. Certè ad noſtros uſus multò conducibilius eſt Mel. Nunc de Oleo et Vino agendum.

Oleum et Vinum multæ Regiones *Europæ* producunt, et ad eas, quæ iis carent, facillimè multâ ſatis copiâ devehuntur. Sed quoniam, exorto inter Vicinos bello, non apportantur ita commodè, videndum eſt, num ea adſint, quæ illorum uſum commodè ſupplere poſſunt.

Lib. 28. Cap. 9. & 10. Lib. de Medicam. Facult. 10.

Butyrum Olei vicem commodè ſupplet.

Et Oleo quidem facilè carere poſſumus, cùm tam abunde nobis ſuppetat Butyrum. Butyrum apud *Plinium*, *Gentium Barbararum laudatiſſimus cibus* dicitur et *qui* „*divites à Plebe diſcernat.* Si Oleum (inquit) non ſit, vicem ejus repræſentat. Ma„gnarum eſſe virium apud *Galenum* et *Dioſcoridem* prædicatur, Butyrum (inquit *Ga*„*lenus*) ex eo quòd in Lacte pinguiſſimum eſt, facultatis eſt concoquentis, paulum „habens etiam digerendi potentiæ, in mediis nimirum corporibus ſecundum duritiem „et mollitiem. Quæ enim in mollibus ſunt Phlegmonæ, eas et concoquit et digerit „perfacilè: nam Parotidas et Bubones et oris Phlegmonas illo ſolo curavimus, ni„mirum puerilibus corporibus et muliebribus perpetientibus. Sed et gingivis pue„rorum dentientium aſſiduè illitum nihil imbecillius Melle gingivas extenuat, per quas „exitus eſt dentibus, Et alios omnes in ore Affectus Phlegmonoſos, poſteaquam fluxio „reſtiterit, digerit pariter & concoquit: proinde Cataplaſmatibus inditur, quæ extrin„ſecus imponuntur Parotidibus, Hypochondriis et Bubonibus. Sed et in ventrem de„voratum, et ex eo diſtributum magnificè confert expuitionibus ex pulmone, idque in „Pleuriticis et Peripneumonicis affectibus, cum hoc quod eos etiam concoquat. *Dio*„*ſcorides* verò ita de eo. Molliendi facultate præditum eſt, vimque habet Olei: un„de et largiùs epotum et alvum relaxat, et contra venena, ſi deſit Oleum, uſurpatur. „Et infra, Foris illitum corpus reddit habitius, et ad Dyſenterias et Coli ulceratio„nem infunditur. Denique in Suppuratoria Medicamenta utiliter additur. Recens „etiam Opſoniis pro Oleo admiſcetur, uti et Placentis Adipis vice. *Montani* certè *Scoti*, etiam qui inter eos Praxin Medicam exercent, & olim et ad hunc uſque diem cum multo ſucceſſu Butyrum ad omnes uſus (ad quos alii Oleum) uſurpant; nec minor ei, quàm Oleo, emolliendi et maturandi facultas eſt. Diu autem (etiam ſine Sale) ſervari poteſt, ſi in Vitro Soli oppoſitum, quotidie ab emergente Sero liberetur: et utiliter tum miſcetur Linimentis, Cataplaſmatis, Emplaſtris.

Lib. 2. Cap. 81.

Reſtat nunc de Vino agendum. Vinum quidem utiliſſimus Potus eſt, et de Opſoniis omnibus gratiſſimum palato noſtro,

Vinum.

Quæque hilarent mentes jucundi pocula vini. Buch. Pſ. 104.

Vini incommoda. Voluptatis tamen, non neceſſitatis potus eſt, & doloſus luctator. Hepar captat primùm, mox caput atque pedes. Splendet color ejus: ſed ſtatim mordet ut Coluber, & tanquam Regulus venenum ſuum in totum corpus diffundit; ab eo non ſolos Reges, ſed etiam, ſi quiſquam ſibi Rex eſſe debet, cœteros homines abſtinere ſatius foret. Merum nulli non noxium: quò potentius, hoc nocentius. Mel eſt ori, fel capiti. Sapit in ore, ardet in ventre, fumat in capite, ſuique amantiſſimis jugulum petit. Et ſanè ſummâ *Dei* Providentiâ factum eſt, ut in magis Borealibus *Europæ* Plagis Vinum non producatur, cùm (ut ex *Galeno* obſervavimus ſuprà) Incolæ earum Regionum Viſcera calidiora habeant, & iis Morbis plurimùm obnoxii ſint, qui à Vino exacerbentur. Vinum certè amatores ſuos aridos reddit & exuccos, & propter Tartari copiam Calculorum Articularium̃que Morbi cauſas accelerat. *Patinus* in Theſi.

Vini ſuccedanea. Videndum ergò quid commodè in ejus locum ſubſtitui poſſet. Et varia quidem illa ſunt, Ala, Cereviſia, Hordei Spiritus, Herbarum Indigenarum Spiritus, Pomatium, Hydromel, Acetum & Spiritus ex eo confectus. Et illa quidem iiſdem viribus prædita deprehenduntur, licet quædam ex iis minore gradu eas poſſideant cum Vino collata. Vires certè reficere, imò animum exhilarare poſſunt; ſitim multò meliùs extinguere queunt. Quædam ex iis, cùm temperatè frigida ſunt, abundant quoque partibus pinguibus & ſpirituoſis, quæ vires iſtas Vino conciliant, nec tantum ſalis habent, quod in Vino acrius nervoſis partibus inimicum valdè eſt. Cereviſia certè ſi vetuſtior, non alit tantùm nutritque, ſed & Ventriculo robur addit, Podagram ab Articulis avertit, Calculos expellit, Viſcerum Oppilationibus inſervit, ſi Abſinthio vel Lupulo condiatur: affectionibus denique internis & externis, Balſami inſtar, medetur. Pomatium inſigne adverſus Calculos Renum remedium eſt. Spiritum Hordei pro languente ſtomacho viribuſque celerrimè reſocillandis valdè commendant etiam illi, qui Liberi Patris Patriæ aſſueti ſunt: cui ſi Herbarum Indigenarum Spiritus jungantur, inſignes in Morbis noſtris curandis vires acquiret. Et ſi Vinum dulce ad Tuſſim commendetur, Mulſum certè in affectibus pectoris & retardandâ morte generoſiſſimis etiam Vinis Palmam præripit, quòd moderatâ dulcedine, remiſſi caloris, nec pulmonibus officit, nec inſitum partibus calorem depaſcitur, etiam lentis Febribus à *Celſo* conceſſum. Lib. 3. Cap. 9.

Cereviſia. Pomatium. Spiritus Hordei. Mulſum.

Ad omnes in Medicinâ uſus Vino carere commodè poſſumus. Quod aurem Medicamentorum præparationes ſpectat, conſtat Alam & Cereviſiam noſtram & Hydromel aliaque ſupra memorata æquè Simplicium Medicamentorum infuſorum vires trahere; &, quâ Qualitatum moderatione prædita ſunt, noſtris corporibus longè convenientiora ſunt, ut proinde Vino quoque ad omnes uſus in Medicinâ carere commodè poſſimus.

CAPUT XII.

Quòd pro novis Morbis nova poſſint excogitari Remedia: ubi Methodus Simplicium Medicamentorum facultates deprehendendi traditur.

Abundè à *Deo* proviſum eſt de Remediis Indigenis adverſus Morbos cujuſvis Regionis. QUidam Medicinæ ab Exoticis petitæ neceſſitatem hinc aſtruunt, quòd ſingulis ferè annis novi quidam Morbi ſuboriuntur, quibus multiplici illâ Medicinâ, quæ ab exteris Regionibus devehitur, ſit occurrendum. Sed ſi attentiùs res ponderetur, faciet magis hoc Argumentum à novis Morbis pro Medicinâ Indigenâ, cum illi Morbi ferè ſemper tales ſint, ut peculiarem Aëris conſtitutionem, Incolarum victum & vivendi rationem ſequantur: Indigenis proinde Medicamentis commodiùs curandi. Et ſi jam inventa Remedia minùs ſufficiant, poſſunt nova ex Indigenis excogitari. Multa certè adhuc latent Indigena, multa apud ſolos Ruſticos in uſu ſunt, ex quibus novorum Morborum Remedia peti poſſint: non enim permittit divina bonitas Morbos in ullâ Regione graſſari, niſi ſimul & de Remediis proviſum ſit. Sic antequam Scorbutus & Rachitis in hac Regione ſævirent, ſpreta latebant illorum Remedia, quæ nunc vulgò nota ſunt.

Sed

Sed quoniam latebunt diu ista novorum Morborum Remedia, nisi diligenti scrutinio eruantur, hoc capite videndum est, quâ Methodo Simplicium facultates optimè deprehendantur.

Et cùm novi isti Morbi unam aut plures ex functionibus humani corporis lædant, ex functionum læsarum notitiâ ad morbi notitiam pervenire poterimus. Sed non ita facilè in conspectum veniunt Simplicium facultates, quæ proinde magnâ diligentiâ investigandæ sunt.

Simplicium facultates quomodo considerandæ veniunt.

Cum autem Contrariorum contraria sunt Remedia, & Morbi plerique (ut ait *Hippocrates*) à potentiis, *h.e.* ab humoribus quibusdam à Sanguinis massa separatis, & in ἄκμὴν & robur exaltatis profluant: eorum certè Morborum aptissima Remedia illa erunt Medicamenta, quæ contrariis hisce potentiis facultatibus maximè gaudent. Considerandæ ergo veniunt Simplicium facultates, & quidem non per se & naturâ suâ absolutè consideratæ; sed quatenus in nobis operantur hos aut illos effectus: *h.e.* non quatenus in genere calidæ, frigidæ, humidæ, siccæ sunt; sed quatenus corpora nostra ejusmodi qualitatibus mutare possunt.

Simplicium Facultatum tres ordines.

Simplicium vires atque facultates in tres ordines distribuuntur. Primus ordo est primæ Qualitatis, quæ cæteris in misto antecellit: quomodo Planta dicitur calida, frigida, humida, sicca. Secundus Materiæ est, & eâ ratione dicitur eam habere tenuem, crassam, mediocrem. Tertius Ordo seu tertia Facultas ex prioribus deducenda, licet gradus mistionis & qualitas non ita innotescat. Hæc in Purgantibus, Alexipharmacis & iis quæ Specifica dicuntur spectatur, et non nisi experientiâ deprehendi potest. Omnes has Qualitates detegunt Sensus, ut rectè *Lucretius*, Lib. 4.

Qualitates Simplicium à Sensibus detèguntur.

Invenies primis à sensibus esse creatam.
Notitiam veri, neque sensus posse refelli,
Qui nisi sint veri, ratio quoque falsa sit omnis.

Περὶ τῶν ἀνάρχων. Et quidem *Hippocrates*, *Theophrastus*, *Dioscorides*, *Galenus* petiere omnes signa facultatum è Saporibus: cùm enim illi prodeant ex Plantarum materiâ primis Qualitatibus instructâ, indicare possunt, Calidumne quippiam an Frigidum sit, tenuis an crassæ materiæ. Novem autem Saporum differentiæ Gustui se offerunt, Acer, Acidus, Pinguis, Salsus, Austerus, Dulcis, Amarus, Acerbus, Insipidus. Qui omnes quòd per contactum Linguæ fiant, & Tactu *Galenus* certissimè Temperamenta judicari demonstraverit: de his primò agendum est, & ex quibus constant, quid sint, & quomodò qualitates manifestas indicent, explicandum est, ut demum de Odoribus, de Coloribus & Figuris agamus, quantumque Experientiæ in Simplicium Facultatibus investigandis tribuendum sit, exponamus. Ex hisce autem novem tres primi è tenui materiâ prodeunt, secundi è mediocri, postremi è crassâ atque terrenâ. Hanc autem doctrinam optimè tradit egregius ille Medicinæ Restaurator, *Fernelius*, cujus proinde vestigiis insistemus, nostram obiter opinionem inferentes.

Novem Saporum differentiæ.

Lib. de Temperamentis.

Meth. Med. Lib. 4. C. 3. Sapor acris est, qui linguam & os acrimoniâ ferit atque compungit, simulque calefacit & interdum quasi exurit. Is maximè conspicuus est in Pipere, Pyrethro et Euphorbio: In eo, tenui & subtili materiæ junctum est Sal lixivioſum, et pro dominio hujus acrior est, adeoque incidit et attenuat, acidum corrigit; sed et in summo gradu vesicas excitat, et corrodit Acre. 1. Sapor acris.

Acidus sapor gustum quoque penetrat et tenuitate ferit, sed citra ullum sensum caloris. Talis maximè in Aceto deprehenditur et in succo Mali Citrii. In hoc acidus spiritus prævalet, qui tum attenuat et incidit, tum etiam violatiles nimiùm humores figit et comprimit, et lixivioſum Sal in Acri temperat; aliàs excedens lancinat et pertundit, et siccæ et terrestri substantiæ junctus coagulat, et ita obstruit Acidum. 2. Acidus Sapor.

Pinguis sapor nec calore nec acrimoniâ gustum sollicitat, sed linguam orisque partes lentore quodam oblinit. Is in Oleo maximè percipitur, in Butyro et Adipe, in Althæâ, Psyllio et Tragacanthâ. In eo aëreæ partes magis prævalent, adeoque tum Acidum, tum Sal lixivioſum obtundit et corrigit. Propriâ autem facultate relaxat, emollit et humectat Pingue. 3. Pinguis Sapor.

Salsus Sapor linguam acriter siccando corradit. Hic imprimis elucet in Sale atque Nitro, et moderatiùs in Crithmo herbâ. In eo Sal aqueis et terreis partibus adjunctis temperatur et mitigatur. Penetrat quidem et incidit mediocriter, et abstergendo expurgat, Acidum corrigit, Ichores siccitate suâ absorbet, et à putredine corpora conservat. Si tamen prævaleat Sal, corrumpit Sanguinem, et minùs nutritioni proprium et ad motum ineptum reddit. Quæ Salsi qualitates sunt. 4. Salsus Sapor.

5. Austerus Sapor. Austerus Sapor os & linguam moderatè constringit, & quadàm asperitatate coarctat, immaturis fructibus peculiaris. In eo terreæ & aqueæ partes magis prævalent: proinde refrigerat, fluxiones moderatè sistit atque repellit id, in quo is Sapor prævalet.

6. Dulcis Sapor. Dulcis Sapor gustu suavis atque jucundus oblectat, conspicuus in Melle, Saccharo, Glycyrrhizâ, Polypodio & fructibus variis. In hoc materia magis terrestris est, quàm aut aërea aut aquea. Acidum et acre corrigit: lenit enim, maturat et concoquit id quod dulce est.

7. Amarus Sapor. Amarus Sapor dulci ex adverso oppositus, insuavis ac tristis sensum ipsum velut divellit. Is apparet in Aloë, Absinthio, Centaurio minore et Colocynthide. In eo materiæ terrestri partes igneæ junctæ sunt, magnâ satis copiâ. Unde conspicua sunt in ipso calor et siccitas. Hinc detergit et meatus expurgat, ulcera quoque detergit. Siccitate quoque suâ id, in quo is Sapor dominatur, putredinem arcet et corpora diu conservat.

8. Acerbus Sapor. Acerbus Sapor Austero finitimus, eo tamen gravior molestiorque est, ac magis linguam omnemque gustum constringit et exasperat, magisque siccat et refrigerat. Is in Malicorio, Gallâ et Nucibus Cupressi conspicitur. In eo terrenæ partes dominantur: Adeoque frigidum est, repellens ideò et astringens humorum impetum sistit et cohibet, incrassat quoque et vulnera cicatrice obducit id, in quo ejusmodi Sapor prævalet.

9. Insipidus Sapor. Insipidus Sapor ἄσαπος dictus propriè Saporis privatio est: nullâ enim manifestâ qualitate gustum ferit. Quale Farris genus universum est, Cucurbita, Citrullus. In hoc materia terrena humore perfusa est. Lenit exasperata, soluta agglutinat, meatus obstruit Insipidum.

Dicti sunt hi Simplices Sapores. Et hi quidem simplices Sapores sunt, ex quibus Medicamenti temperatura et materia cognoscuntur, et quibus tum primis tum secundis Qualitatibus præditum sit.

Sapores misti. Cœterùm ex prædictis Simplicibus Sapores Misti componuntur, qui omnibus ferè Medicamentis insunt. Rarò enim simplex Sapor solus percipitur sine alio Sapore comite, etsi prædominans nomen sibi ascisit: et quoniam Simplices variis modis miscentur, inde peculiares Medicamenti cujusque Sapores fluunt.

Ubi varii Sapores, ibi diversæ etiam Substantiæ ac Facultates. Quibus autem Medicamentis varii Sapores inesse deprehenduntur, in iis diversæ quoque Substantiæ ac Facultates insunt: in quibus verò Sapor non exprimit Medicamenti vim atque facultatem, Experientia succurrit ac supplet.

Saporum gradus. Ad gradus autem Saporum attendendum, prout intensiores aut remissiores fuerint: Qualitates enim suas eò potentiores aut debiliores habent, quò Saporis gradus intensior aut remissior est. Nunc de Odore agendum.

Odor. Odor quidem Sapore incertius præbet indicium; quoniam Sapor immediatè tangit objectum suum; sed in Odore Aër intercedit, qui sæpius nobis non sentientibus mutatur ab aliquo alio quàm quod odoramus: & Medicamentorum substantia plerumque inæqualis est, ac proinde non potest uno Odore exhibere signum facultatis. Nonnulli è Veteribus omnia, è quibus suavis vel gravis odor afflatur, calida & sicca credidere.

Color & Figura. Similitudo à recentioribus inter signa facultatum adducitur, ut, quos humores colore referunt, eos corrigere & purgare magis apta sint Medicamenta. Sed non multùm coloribus fidendum est. At magis urget similitudo Plantarum cum partibus corporis & morbis. Sic radices Chelidoniæ minoris medentur Hæmorrhoidibus, similitudine id ipsum indicante. Papaver, Juglans, Pæoniæ flos concluſus habent signaturam capitis, & ideò ejus affectibus conducunt. Alleluja in cauliculorum summo profert folia Cordis figurâ, & Melissophyllon Cordis specie fert folium: & ideò harum Plantarum eximiæ vires ad Cordis affectus. Sic Capillares Capillis, Hepatica Hepati, Lingua Cervina Spleni, Satyria Testibus prosunt, quarum partium similitudinem gerunt. Sed nec ex hoc, nec ullo alio uno signo protinus de Simplicium viribus judicandum est; sed quando plura amicè conspirant, & in idem conveniunt. Et hic Experientiâ maximè opus est, quæ ex memoriâ hominibus fit, quâ non quid in uno vel altero Experimento fiat, verùm quid in pluribus certâ ratione proveniat, Observatio instituatur.

Ratio & Experientia vera judicandi κριτηρια. Et cùm Veteres Ratione & Experientiâ veris judicandi κριτηρίοις Herbarum vires in suis Regionibus didicerint, eadem nobis patet via, quâ & nos nostrorum Simplicium vires & Facultates detegamus,

CAPUT

CAPUT ULTIMUM.

Primæ Partis Epilogus.

IN primo Libro abundè mihi videtur probatum, peculiarem noſtræ Regionis ſitum, Aëris temperiem & locorum in eâ diſpoſitionem apta eſſe, quæ Morbos quoque peculiares & proprios progignant, qui in ſecundo Libro enumerati ſunt. Et (quæ *Dei* erga Patriam noſtram benignitas eſt) oſtenſum quoque eſt, omnia nobis adverſus illos Morbos Remedia ſummâ copiâ ſuppetere, nec opus eſſe ut externas adeamus Regiones, quò Medicamenta nobiſmet paremus. Certè Majores noſtri feliciter Morbos ſuos Indigenis Remediis curaverunt, cùm pauciora eſſent cognita Simplicia. Quòd nos non niſi Exoticis capimur, Luxuriei tribuendum eſt. Hac enim

Petron. *Arbit.* Cap. 53.

Ales Phaſiacis *petita* Colchis,
Atque Afræ *volucres placent palato,*
Quod non ſunt faciles: at albus Anſer
Et pictis Anas enovata pennis
Plebeium ſapit. Ultimis ab oris
Attractus Scarus, atque arata Syrtis
Siquid naufragio dedit, probatur,
Mullus jam gravis eſt: amica vincit
Uxorem: roſa cinnamum veretur.
Quicquid quæritur, optimum videtur.

Paucioribus certè Morbis obnoxii erimus, ſi ſobriè vivamus, &, ſpreto externo luxu, ſecundum Naturæ leges, patrio alimento & antiquo Majorum noſtrorum victu contenti fuerimus. Ingluvies enim illa, cui multi dediti ſunt, onerat ſtomachum & copiam Excrementorum cumulat, quæ per tot purgantia educi debet. Etiam peregrinus luxus, peregrina fercula, peregrina aromata, Majoribus noſtris felici illo ſeculo ignota, accendunt in corpore noſtro Ignes, naturam noſtram depravant, & novos & incognitos Majoribus noſtris Morbos progignunt, ad quos ferè ſolos peregrina illa Medicamenta advocanda ſunt. At ſi noſtræ Patriæ bonis ſapienter & moderatè frueremur, *Montanorum* noſtrorum *Scotorum* more, qui Majorum inſtituta & vivendi morem ſequuntur, integrâ eſſemus valetudine, nec alienis Medicamentis & validè pugnantibus alienam in corpore colluviem expurgare cogeremur. Pœnæ loco nobis Exoticarum Medicinarum imponitur neceſſitas, quia vivendi mos, quo Canos meruerunt Majores noſtri, neſcio quo morum Domeſticorum faſtidio exolevit.

Sen. de Tranquilitate Animi Sect. 9.

„ Aſſueſcamus à nobis potiùs removere pompam, & uſu rerum ornamenta metiri. „ Cibus famem domet, potio ſitim. Diſcamus membris noſtris inniti: cultum victumque non ad nova exempla componere, ſed, ut Majorum ſuadent mores. *Dei Opt. Max.* in nos munificentiâ fruamur, noſtris Patriæ bonis ſobriè utendo; &, quâ decet nos venerantiâ grati, benignitatem ejus adoremus.

Buch. Pſ. 103. v. 13. ad finem.

Qualis in natos placidi parentis
Lenitas, talis Domini *benigni eſt,*
Quiſquis illius pietate verâ
Nomen adorat.

Tu ſinus mentis penitus repoſtos,
Tu pater nôſti penetrale cordis:
Quippe nos terræ memor è Rubentis
Pulvere factos.

Herba ceu, lactens pueri venuſtas
Prodit, occultoque adoleſcit ævo,
Donec ut fœnum cadat arefactum
Falce Senectæ.

Instar aut Floris Tyrio *comantis*
Murice, ut vultu modicè sereno
Risit, afflatu tepidi repentè
Concidit Austri.

Sed Dei *æternâ bonitate in ævum*
Tutus æternum, remanet piorum
Cœtus, & longâ serie propago
Sera nepotum:

Si nec æternas violabit ictu
Fœderis leges, memorique jussâ
Mente servârit, referatque vitâ
Puriter actâ.

Ille flammantis super alta cœli
Culmina immotum solium locavit,
Et suo nutu facilè universum
Temperat Orbem.

Angeli jussis Domini *ministri,*
Sub jugum jus est quibus & potestas
Cuncta cogendi, Domino Deoque
Pangite laudes.

Quique Castrorum comites meretis
Sub Ducis tanti imperio, audientes
Sedulò dictis, Domino Deoque
Pangite laudes.

Quæque per vastos ubicunque fines
Imperi pollens Opifex creavit,
Plaudite, auctori Domino Deoque
Pangite laudes.

Mens Deo *grates cane, redde grates*
Mens Deo: *hunc sensus petat, et remotis*
Quisquis est fibris vigor, & beatum
Nomen honoret.

Partis Primæ F I N I S.

PRODROMI

INDEX

Locupletissimus rerum præcipuarum, quæ in Parte Primâ Prodromi Naturalis Historiæ Scotiæ *continentur, ubi agitur de Aere, Aquis, Locis & Incolis* Scotiæ, *de Morbis in* Scotiâ *grassantibus, de Methodo medendi & Medicinâ Indigenâ.*

A

Abyssi, 32
Actuarius Medicinâ Indigenâ usus est, 82
Ἀδψα καὶ ἄλιμα quid Græcis, 38
Adstringentia Medicamenta ex Indigenis, 89
Æbudæ Insulæ *Scotiæ*, 4
Ægyptii singulis Morbis suos habebant Medicos, qui Plantis Indigenis utebantur, 77
Ægyptii unde Sapientiam suam hauserunt, *ibid.*
Aër ex spiritu & corpore constat, 7
Aër optimus quis, 8
--- purior Hyeme quàm Æstate, *ibid.*
--- quanto usui sit Mortalibus, *ibid.*
Aër salsuginosus & crassus plurimorum Morborum causa, 53
Aër serenus in Vallibus, cùm in Montium fastigiis frequentes Pluviæ, Nebulæ, *&c.* 29
Aëris mutationes unde, quomodo factæ, & quales, 9
Aëris nomina quid innuunt, *ibid.*
Aëris Virtus Elastica, & hujus causa, *ibid.*
Aëris partes tres ex *Senecâ*, 8
Aëris *Scotiæ* puritas, 12
Æsculapius unde Medicinam didicit, 77
Æsculapii nomen peregrinum, & ejus Etymon, *ibid.*
Æstas nobis qualis, & quamdiu durat, 13
Æstatis Venti, *ibid.*
Æstuum *Currens* circa *Orcadas*, 19
Æther quid, 7
Ætius Indigenis usus est, 81
Agriculturæ quæ Terræ utiles in *Scotiâ*, 33
Agrorum fertilitas in multis *Scotiæ* locis, *ibid.*
Albania vetustissimum *Scotiæ* nomen, 4
Albion antiquissimum *Britanniæ* nomen, 1
Alharavius Medicinâ Indigenâ usus est, 82
Alimenta necessariâ facilè parabilia, 38
--- primorum hominum, 39
Alimenta corpora alterant, 83
Alterantia Medicamenta, 71
Alterantia Medicamenta duplicia, 86
Ambustis appropriata Remedia, 87
Anginæ quæ Plantæ opem ferunt, *ibid.*
Animalia *Scotiæ* qualia, 73
Animalia quadrupeda nobis suppeditant Carnes, Lac, Butyrum, Caseum, 46
Animi affectus motionis corporeæ affectionem sequuntur, cujus varietatis causa est Aër, 83
Anni Tempestates, 13
Anodyna, 88
Antidotum. Vide *Mithridatis.*
Antipathia. Vide Sympathia.
Apollo floruit in *Ægypto* longè ante Bellum Trojanum, 77
Apoplexiæ appropriata Remedia, 87
Aqua quid *Thaleti*, 14
--- quàm necessarium Elementum, *ibid.*
--- Veteribus rerum omnium Principium, *ibid.*
Aqua & Terra ejusdem ferè altitudinis, 16
Aqua bonæ notæ, 23
Aqua pluvia quibusdam in Potu commendatur, 26
Aqua vitæ in multo usu *Scotis* Montanis, 75
Aquæ definitio, 14
Aquæ magna necessitas & commoditas, 23
Aquæ frigidæ vires, *ibid.*
Aquæ incrementum & decrementum in Mari *Scotico*, 18
Aquæ usus in quibus Morbis maximè conveniat, 68
Aquæ Ferratæ & Vitriolatæ, 25
Aquarum quæ electio facienda, 24
Aquarum Rivi sunt veluti Telluris Venæ, 15
Aquis Virtutem λιθοποιητικὴν Mineralia communicant, 65
Aquilo qualis Ventus, 14
Arabes Medicinæ corruptores, 72
--- Polypharmaciam secuti sunt, 96
Arena Fossilis, 33
--- Fluvialis & Marina, *ibid.*
Arenæ usus, *ibid.*
Arenæ nostræ Auriferæ, *ibid.*
Argentifodina in *Lothianâ* Occidentali, 31
Argilla, 33
Aromaticæ Plantæ *Scotiæ*, 46
Arthritidi & Arthriticis doloribus appropriata Remedia, 87
Articuli firmi & conspicui corpus firmius ac robustius significant, 35
Artuum Morbi, 52
Asthmati quæ Medicamenta conducunt, 87
Atlanticus. Vide Oceanus.
Atmosphæra, 7
Atmosphæræ Vapores ex quibus partibus constant, 9
Atmosphæræ Regiones duæ, *ibid.*
Avenæ *Scotiæ*, 33
Avenzoar & *Avicenna* Medicinam Indigenam usurparunt, 82
Aves in *Scotiâ* cibum Incolis suppeditantes, 46
Auribus dicata Medicamenta, 86
Aurifodina *Crafordiæ*, 31
Aurum colligendi modus, *ibid.*
Auster Ventus nobis molestus, 14
Autumnales Morbi, 51
Autumnus nobis maximè inæqualis, 13

B.

Balneatio & ejus commoda, 67
Barathra, 32
Jo. *Barclaius* laudatur, 45
Britannia dives Metallis & aliis præstantissimi usûs, 3
Britannia variarum Regionum naturam imitatur, *ibid.*
Britannia populos diversissimos intra se continet, *ibid.*
--- multos Viros egregios produxit, 4
Britannia magna generalius sumpta quid complectitur, 1
De *Britanniâ* quid Veteres censebant, 2
Britanniæ Cœlum, *ibid.*
--- Encomium ex Panegyricis, 3
--- Descriptio, 1
--- Divisio, 4

Britanniæ Figura & Situs, 2
--- Solum, 3
Geo. Buchananus laudatur, 45
Butyri copia in *Scotiâ* Olei defectum abundè supplet, 46, 97

C.

Cacochymia quid, 70
Calculus in Corde, 65
--- in Vesica Fellis, *ibid.*
Calculi Remedia, 87
Caledonia. Vide Sylva.
Caledonii & *Mæatæ* duo *Britannorum* genera, 41
Caledonii fuere *Picti*, *ibid.*
Campi Vide Phlegræi.
Cancro ulcerato quæ Remedia conferunt, 88
Capitis Morbi, 52
Capitis & Cerebri peculiaria Medicamenta, 86
Capræ saltantes, 7
Carbonum Fodinæ in *Scotiâ*, 32
Cardiaca *Hippocratis* & *Galeno* quæ, 89
Cardiaca minùs propriè dicta, *ibid.*
Cardiaca optima. Vide Juscula.
Cardiacorum in sex Classes distributio, 89, 90
Cataracta *Kethana*, 21
--- *Tai*, *ibid.*
Caumata, 7
Celsus Medicamentis Indigenis usus est, 81
Cerevisiæ laus, 98
Chamæmori *Norvegicæ* vires contra Scorbutum, 68
Cibus cur adeò necessarius, 38
Cibus *Dionis.* Vide *Dionis.*
Cibi mirum genus apud *Britannos* & famem & sitim arcens, 38
Ex Cibo multiplici & copioscè ingesto multi oriuntur Morbi, *ibid.*
Climati 11, 12, & 13. subest *Scotia*, 5
Clysteres. Vide Purgatio.
Cœlum quando tranquillum, 12
Colici doloris Remedia, 87
Colles, 28
Coloribus Plantarum non multum fidendum, 100
Commerciorum opportunitatem magnam *Scotiæ* præbent Flumina & Mare, 47
Compatitur pars alteri tribus modis, 63
Compositi totius partes integrantes, 6
Concussio. Vide Maris.
Continentis *Scotiæ* mensura, 4
Convulsivo motui medentia, 87
Convulsivi motus miri in Puella quadam feliciter sanati, 55, 56
Cordi Medicamenta conducentia, 86
Cornuta Mulier, 60
Corporis temperamentum sequuntur Mores & Studia, 34
Corpus totum afficientes Morbi, 52
Coruscationes, 7
Cryptæ naturales in *Scotia*, 32
Culinariæ Plantæ, 46
Cupri Fodina in *Scotiâ*, 32

D.

Dentibus appropriata Remedia, 86
Deserta quid, 30
Deserta Ericosa & Paludosa, *Mossi* dicta, *ibid.*
Per Diætam quid intelligitur, 67
Diæta multi Morbi curantur, *ibid.*
Diætetica fuit Medicina prima, 84
Diaphoretica Medicamenta, 90, 95
Diarrhœæ & aliis Fluxibus medentia, 87
Dies longissimus & brevissima Nox in *Scotia*, 4
Dierum & Noctium spatium in Australi parte *Scotiæ*, 5
Dionis Cibus videtur esse Planta nostra Indigena *Karemyle Scotis* Montanis dicta, 43
Dioscorides commendat facilè parabilia, 79
Discrimen maximum inter nos & Orientales, 85
Diuretica, 95
Domi nata Medicamenta aptissima, 84
Jo. Duns-Scotus laudatur, 45
Dysuriæ conducentia, 87

E.

Echo, 29
Echo simplex & multiplex, *ibid.*
Edinburgi latitudo, 4
Emetica, 95
Emmenagoga, *ibid.*
Enemata inter leniter Purgantia, & ex quibus composita, 94
Enematum laus & Instrumenta, *ibid.*
Epidemici. Vide Morbi.
Epilepsia in provectæ ætatis Muliere curata, 64
Epilepsiæ appropriata Remedia, 87
Erysipelati quæ medentur, 88
Evacuantia. Vide Medicamenta.
Eurus qualis nobis Ventus, 14
Exercitatio & ejus commoda, 67
Exotica Medicamenta æstimationem suam debent Mercatoribus, 72
Exotica Remedia cum Indigenis conferuntur, & priora posterioribus postponi debere ostenditur, 85
Exoticis Remediis non indigemus, *ibid.*
Experientia & Ratio vera judicandi *κριτήρια*, 100
Externa Purgantia, 94

F.

Fabæ & Pisa optimè in *Scotiâ* proveniunt, 34
Facultates quid *Hippocratis*, 70
Famem sitimque quæ optimè sedant, 40
Fauces & Gulam juvantia, 86
Febri appropriata Remedia, 87
De Febre quadam Pestilentiali Observatio, 54
De Febre Scarlatinâ Observationes, 55
Febres variæ in *Scotiâ* grassantes, 52
Febres continuæ, 54
Febres Verno & Autumnali tempore, 53
Febres nostræ intermittentes irregulares & anomalæ, 54
Febres Purpuratæ & aliæ, *ibid.*
Ferri Minera in *Scotiâ*, 32
Ficuum in Medicamentis usus, 96
Figura & similitudo Plantarum, 100
Filamenta inter Meteora Aquea, 26
Flatibus quæ Medicamenta prosunt, 87
Flumen quid, 20
Fluori albo quæ conducunt, 87
Fluvius nunquam gelans, 21
Fluvii nostri quæ suppeditant, 46
Fluxus. Vide Maris.
Fons quid, 20
Fons miræ dulcedinis & levitatis, 21
Fons inebriandi vim habens, *ibid.*
Fons Tempestates prædicens, *ibid.*

Fons *Abredonienſis*, 25
--- *Arthrey*, *ibid.*
--- *Catharinæ*, 24
--- apud *Halyards*, 25
--- *Kingornenſis*, *ibid.*
--- S. *Mahomi*, *ibid.*
--- apud *Novas Molendinas*, *ibid.*
--- apud *Peterhead*, *ibid.*
Fontes *Moffetentes*, 24
--- Eorundem Virtutes, 25
Fontes duo diverſiſſimæ qualitatis, 23
Fontes Medicati in *Scotia* paſſim, 47
Fontes Medicati alii multi præter hos jam numeratos, 25
Fontes petrificantes, 21
Fontibus abundat *Scotia*, &c. 20
Forthæ Fluvii deſcriptio, 21
De *Forthæ* Æſtuario ad *Alloam* obſervandum, 19
Fretum quid, 16
Fruges *Scotiæ*, 45
Frumenta ſaluberrimum firmiſſimumque alimentum, & minimè faſtidium pariens, 39
Fulgetrum, Fulgur, & Fulmen, 7

G.

Galenus Medicinâ Indigenâ uſus eſt, 79
Galenus quomodo Arthriticum, cui Tophi in Articulis, ſanavit, & alium vulneratum, *ibid.*
Galeni inſignes Curationes per Indigena, 80
Glarea quid, 33
Glycyrrhizæ uſus in Medicamentis, 96
Gonorrhœæ appropriata Remedia, 87
Græcorum Veterum Medicina ex Indigenis, 78
Grampius Mons, 5
Grana *Scotiæ*, 33
Grando quid, 27
--- cur Æſtate frequentior quàm Hyeme, *ibid.*
--- ubi congelatur, *ibid.*
Gurgites *Sunenſes*, 19
Gurgitum horum periculum quomodo evitent *Cathaneſii* & *Orcadenſes*, 20

H.

Hæmorrhagiæ & Hæmorrhoïdibus medentia, 87
Hepati Remedia appropriata, 86
Herniæ & Inteſtino prolapſo conducentia, 87
Heteroſcii ſunt *Scoti*, 5
Hethlandicæ Inſulæ, *ibid.*
Hethlandicorum deſcriptio ex *Buchanano*, 44
Hippocrates Indigenis uſus eſt, 78
Ad Hominis formationem quæ concurrunt, 34
Hordeum *Scotiæ*, ex quo Potus conficitur, 33
Hordei Spiritus, 98
In Hydrophylaciis mira *Dei* benignitas, 20
Hydrops Tubæ Uteri, 61
Hydropi quæ proſunt, 88
Hyems nobis qualis, & cujus durationis, 13
Hyemales Morbi, 51

I.

Ictero appropriata Medicamenta, 88
Ignis innatus & aliunde fluens, 6
Ignis externus ſen aliunde fluens duplex, Cœleſtis n. & Subterraneus, 6,7
Ignis ſubterraneus in Mineris Carbonum, 7
Impotentia ad Rem Veneream humoris è Gutture ad Teſtes tranſlationem ſequens Medicamentis feliciter curata, 62
Incommodis *Scotiæ* quomodo obviam itur, 47
Incommodis cujuſque Regionis abundè proviſum eſt, 75
Indigena in operatione certiſſima & nobis maximè familiaria, 93
Indigenis uſi ſunt veteres & celebriores Medici, 71
Ingenia hominum de Regionis naturâ participant, 74
Ingeniorum tanta varietas unde, 34
Inteſtinis quæ proſunt. 86
Joſina Scotorum Rex Herbarum vires callebat, 76
Judæorum Medicina ex Indigenis, 78
Juga quid, 28
Juga in *Scotiâ* qualia, 29
Juſcula temperata optima Cardiaca, 89

L.

Lac priſci ſeculi hominibus uſitatus cibus, 69
Lac nullibi frequentiùs uſurpatum quàm apud priſcos *Scotos*, *ibid.*
Lac alimentum accommodatiſſimum, *ibid.*
--- quibus Morbis medetur, *ibid.*
Lactis genera varia, *ibid.*
Lacti inſunt omnes medendi intentiones, *ibid*
Lacus quid, 20, 22
Lacus *Scotiæ* Fluvios emittentes, 22
Lacus aliquot ſingularis naturæ, *ibid.*
Lacus quidam miri, *ibid.*
Per Lapidum Imbres quid in Hiſtoriis intelligendum, 27
Lapidum Fodinæ in *Scotiâ*, 32
Lapilli in digiti apoſtemate & linguæ radice, 65
Lapis in Inteſtinis, *ibid.*
Lapides in Renibus & Veſicâ variæ naturæ, *ibid.*
Lieni quæ proſunt, 86
Lienteriæ conducentia, 88
Lithiaſis Ætiologia, 65
Lui Venereæ & Lumbricis conducentia, 88

M.

Mæatæ *Scoti*, 41
Mare quid, 15
Mare quid evomit in uſus noſtros, 46
Maris Concuſſio unde provenit, 19
Maris Fluxus & Refluxus duplex, 17
Maris Fluxus & Refluxus qualis motus, 18
Maris Fluxus & Refluxus in quibus locis nondum deprehenſus ſit, *ibid.*
Maris Fundum, 20
Maris intumeſcentia quando major ſit, 18
Maris intumeſcentiæ & detumeſcentiæ cauſa, 17
Maris motus, 16, 17
Maris motus quos uſus præſtat inſignes, 18
Maris motûs ſpecialis ſeu proprii varietas, 18
Maris motus miri in Inſulis *Scotiæ*, *ibid.*
--- Eorundem cauſa, 19
Maris motus Circulares triplices, *ibid.*
Maris termini à Deo conſtituti, 15
In Medicamento exhibendo corporis purgandi & Morbi ſumma ratio habenda, 93
Medicamenta Alexipharmaca, 90
Medicamenta Evacuantia quæ, 93
Medicamenta cauſam Morbificam evacuantia, 90
Medicamenta ſanguinem depurantia, *ibid.*
Medicamenta ſiccâ, terreſtri & adſtringente ſubſtantiâ operantia, *ibid.*
Medicamenta Panchymagoga, 94
Medicamenta Purgantia propriè ſic dicta, 93
Medicamenta Purgantia deorſum moventia, *ibid.*
Medicamenta Purgantia non electivè ſed per irritationem

nem duntaxat agunt, *ibid.*
Medicamenta leniter Purgantia, *ibid.*
--- mediocriter Purgantia, 94
--- vehementer Purgantia, *ibid.*
Medicamentorum vehementer purgantium acrimonia quomodo corrigatur, & violentia minuatur, *ibid.*
Medicamentis saporem gratum, quæ tutiùs conciliant, 96
Medicina quid, 66
Medicina primæva, 71
Medicina Indigena quando exulavit, 72
Medicina Indigena Exoticæ præferenda, 73
Medicina Indigena Medicis utilis, *ibid.*
Medicina Empirica & Rationalis, 84
Medicinæ Rationalis Præscripta, *ibid.*
Medicinæ Indigenæ Scriptores, 77
Medicinam Indigenam commendat *Plinius*, 79
Medicinam Indigenam postulat *Scotiæ* situs, 77
Medicinam Indigenam recipiendo nihil de Pharmacopœorum lucro minuetur, 73
Medicinâ Indigenâ olim usi sunt omnes gentes, 78
Mel optimè *Medicamenta* conservat, 97
Mel ad nostros usus multò conducibilius quàm Saccharum, *ibid.*
Mellis copia in *Scotiâ*, 46
Mellis usus multis ex Veteribus vitam produxisse creditur, 97
Melle nihil dulcius, 96
Melancholiæ medentia, 88
Metalla & *Mineralia* in *Scotiâ*, 46
Mineralia Scotiæ qualia, 73
Mirum quoddam de Faucibus ubi *Cantiera Crapdaliæ* conjungitur, 18
Muhridatis Antidotum ex Indigenis, 79
Mons quid, 28
Montes Grampii, *ibid.*
--- *Lamyrii*, *ibid.*
--- *Pictlandici*, *ibid.*
--- *Ocelli*, *ibid.*
Montes Scotiæ insignis altitudinis, 29
Montes Scotiæ quales sunt, *ibid.*
Montes Fluvios & Lacus emittentes, *ibid.*
Montium usus insignes, *ibid.*
Morbillis. Vide Variolis.
Morbus quid, 49
Morbi nostri quales, 85
Morbi & hominum constitutiones variant pro Regionum varietate, 83
Morbi externi & Epidemici, 52
Morbi pauciores & minùs graves priscos *Scotos* tentarunt, & quamobrem, 51
Morborum causæ, 50
--- differentiæ, *ibid.*
--- origo, 49
Morborum in *Scotiâ* causæ, 51
Morborum causæ sæpe à Victu, vel ab impedita Transpiratione, 53
Morbis obnoxia Plebs rustica non minùs quàm urbana, *ibid.*
Morbos *Scotiæ* parit Telluris inæqualitas, unde Temporum mutationes, 51
Morbos quomodo sibi accersant Nobiles & Plebeii *Scotiæ*, 52
Moss quæ dicuntur quid videntur esse, 31
Mulsum, 98
Mulsum recens, 40

N.

Narcotica, 88
Naturæ in nos benignitas, 74
Naturâ nostrâ bene se habente, omnia rectè succedunt in nobis, 63
Naturâ nostrâ malè se habente, pervertuntur omnia, 64
A Natura nostra multi Morbi superantur, 63
Nemora. Vide Sylvæ.
Nicotianæ vires, 40
Nix quid, 26
Nivis Figura, 27
Nives diu sedentes & sensim liquescentes multùm conducunt ad Terrarum proventum, *ibid.*
Noctes lucidissimæ in *Scotiâ* circa Solstitium Æstivum, 5
Nubes quando Pluviam fundunt, 26

O.

Oceanus, 15
Oceanus *Atlanticus*, 16
Oceanus particularis ad *Scotiam*, *ibid.*
Oceani tres species, *ibid.*
Oceani superficies, *ibid.*
Oceani salsedo, *ibid.*
Oculis dicata Remedia, 86
Odontalgiæ quæ medentur, 88
Odoris indicium incertum, 100
Orcades Insulæ, 5
Orcadensium descriptio ex *Buchanano*, 44
Oribasius Indigenis usus est, 82

P.

Palus quid, 22
Paludes duplices, 23
Paludosa loca *Moss* dicta, 30
Panchymagoga. Vide Medicamenta.
Panis usus, 39
Panis loco quid fumant, quibus deest Triticum, 75
Paralysi quæ Remedia conducunt, 88
Passularum usus in *Medicamentis*, 96
Patriæ amor omnibus ingenitus, 74
Paulus Indigenis usus est, 81
Pauperibus consulere decet, 73
Pectoris *Morbi*, 52
--- Remedia, 86
Peregrina *Medicamenta* molesta sunt & incommoda, non ita Indigena, 84
Pesti appropriata Remedia, 88
Phagedænis quæ medentur, *ibid.*
Philosophiæ cum Theologia conspiratio, 74
Phlegræi Campi in *Scotiâ*, 7
Phthisi quæ conducunt, 88
Pisa. Vide Fabæ.
Pisces in *Scotiâ* abundant, 46
Plantæ *Scotiæ* quæ in Indigenarum censum venire debent, 73
Plantæ tot in *Scotiâ* sponte nascentes non frustra sunt, 76
Plumbi Fodinæ in *Scotiâ*, 32
Pluvia, 26
Pluviæ signum ex Barometro, *ibid.*
Pluviæ rarò *Scotiam* lædunt, *ibid.*
Polenta, 39
Polypharmacia à Secta Empirica introducta, & unde, 96
Pomatium, 98
Potus *Scotorum* varii, 46, 75
Promontorium quid, 28
Promontoria *Scotiæ* celebriora, 29
Providentia *Dei* miranda in *Maris* motu, 18

Pruina quid, 26
Puls cibus vetus, 39
Puls *Scotorum*, *ibid.*
Purgantia. Vide *Medicamenta.*
Purgatio per Clysteres, 70
Puteus quid, 20
Pylorus concretione Cartilagineâ obturatus, 59

Q.

Quartanæ Remedia, 87
Quotidianæ Febri quid prodest, *ibid.*

R.

Rachitidi conducentia, 87
Rarum accidens à Palude in Præfecturâ *Sterlinensi*, 23
Regio quælibet instructa est iis rebus quæ ad vitæ usus necessaria, & sanitati conducant, 76
Regioni cuique aptanda Remedia, 84
Regioni cuique parata adversus Morbos Remedia, 75
Regionibus singulis pecularia Medicamenta largitus est *Deus*, 85
Regionibus singulis sufficientia largitus est *Deus*, 74
Remedia adversus Sitim, 40
--- adversus æstum & frigus, 75
Remediis Indigenis adversus Morbos cujusque Regionis abundè à *Deo* provisum est, 98
Renibus quæ prosunt, 86
Rhasis Medicina Indigena usus est, 82
Rheumaticus dolor in dorso periodicè cum Paroxysmo Febrili recurrens & in Tabem lethalem desinens, 56
Ejusdem Affectus Ætiologia, 57
Rivus quid, 20
Rivulus subterraneus, 22
Rivulus petrificandi vires habens, *ibid.*
Ronæ Incolæ, 74
Ros quid, 26

S.

Sacchari usus recens apud *Europæos*, neque illud antiquissimis *Medicis* in usu fuit, 96
Saccharum pauciſſima *Medicamenta* diu conservat, *ib.*
Sal optimum Condimentum, 75
Salis Facultates, *ibid.*
Salis defectum quomodo supplent gentes, quæ eo carent, *ibid.*
Sale abundat *Scotia*, 46
Salmasii Testimonium, 41
Sanguis parciùs in Septentrionalibus, quàm in aliis Regionibus, mittendus, 84
Sanguinis motus quando inordinati, 61
Sanguinis per aurem rejectio, *ibid.*
Sanguinis vomitus immanis, *ibid.*
Sanitatem quid tueatur, & *Morbos* quid afferat, 73
Sapores simplices & misti, 100
Saporum novem differentiæ, 99. 100
Scabiei appropriata Remedia, 88
Jos. *Scaligeri* Testimonium, 41
Scopuli quid, 28
Scorbuto appropriata Remedia, 86
Scotia tota fere montana, 28
Scotia jacet in Zona temperata Septentrionali, 5
--- inclusa est Parallelis 22 & 26, *ibid.*
Scotia diversarum Regionum indolem redolet, 45
Scotia probè instructa est iis omnibus quæ præcipui sunt in *Medicinâ* usûs, 72
Scotiæ Australis, *Mediæ* & Borealis insigniores Provinciæ, 5
Scotiæ divisio, *ibid.*
--- Figura, 4
--- Latitudo & Longitudo, *ibid.*
--- Limites, *ibid.*
Scotiæ natura, & Incolarum mores, 34
Scotiæ quæ desunt, aliis non minùs utilibus supplentur, 72
Scoti ad Disciplinas aptiores, 35
Scoti moderni quantum à majoribus degenerarunt, 37
Scoti Montani & Inferioris Plagæ, 43
Scoti Inferioris Plagæ ex quibus compositi, & ad quorum *Mores* proximè accedant, 45
Scoti prisci quo cibi genere diu famem tolerabant, 43
Scotorum ingenia & mores, 45
Scotorum Origo qualis fuit, apparet ex Epistola scripta ad *Pontificem Romanum* à Communitate *Scotiæ* anno 1320, 42
Scotorum Montanorum descriptio, 43
Scotorum Priscorum Diæta domi, 35
--- Diæta in Castris, *ibid.*
--- Exercitia, 36
--- Vestitus, *ibid.*
--- Cubile, *ibid.*
--- Liberorum educatio, *ibid.*
--- Disciplina Castrensis, *ibid.*
--- Virtus Bellica, *ibid.*
--- Sepulchrorum ornatus, *ibid.*
--- Armatura, *ibid.*
--- Generositas & sinceritas, 37
--- Sumptus Bellici, *ibid.*
Scotorum priscorum severitas in *Morbidos*, *ibid.*
Scotorum priscorum severitas in Helluones & Ebriosos, *ibid.*
Scotorum priscorum Justitia, *ibid.*
Scotorum priscorum Literæ, quibus usi sunt, *ibid.*
Scotorum priscorum Disciplinæ, *ibid.*
Scotorum priscorum *Medicina*, eaque ex Indigenis, *ibid.*
Scotarum Mulierum Virtus Bellica, 36
Scribonius Indigenis usus est, 82
Scrophulis medentia, 88
Scythica herba ad Mæotidem paludem nascitur, 43
Secale in *Scotiâ*, 34
Simplicium facultates quomodo considerandæ veniunt, 99
Simplicium facultatum tres ordines, *ibid.*
Soli asperitas in Scotiâ quomodo mitigata, 30
Soli *Scotici* felicitas, 45
Solini Testimonium de *Hibernis*, 36
--- de *Hibernis* Puerperis, 37
Spasmodici motus abdomen afficientes, 56
Spasmodici dolores multi Splenetici, Hysterici & Nephritici perperam appellantur, *ibid.*
Specus, 32
Stagnum quid, 22
Stagna in *Scotiâ* varia, *ibid.*
Sternutatoria Medicamenta, 95
Suavitas nimia multorum Medicamentorum vires obtundit, 96
Succi acidi qui in *Scotiâ* abundant, 46
Sunenses. Vide Gurgites,
Surditati appropriata Remedia, 88
Sylva *Caledonia*, 31
Sylvæ & Nemora quid, *ibid.*
Sylvæ & Nemora ex quibus Arboribus constant, *ibid.*
Sylvæ celebriores in *Scotiæ* Plagâ Boreali & Meridionali, *ibid.*
Sympathia in nostro corpore quid, 63
Sympathia positiva & privativa, *ibid.*
Sympathiæ & Antipathiæ causa, 62
Sympathiæ ratio inter Testes & Organa Vocis, 64
Sympathiæ variæ enumerantur. 62

T.

Tabaci usus apud *Indos* ad famem sitimque sedandam, 40
Tabi quæ medentur, 88

Tabula, in quâ Alterantia & Cardiaca Exotica è regione Indigenorum posita sunt, 91
Tabula alia, in quâ Purgantia Indigena è regione Exoticorum apponuntur, 94
Ταλαιπωρία quid, 57
Telluris interioris corpus homogeneum, 24
Terra & Aqua. Vide Aqua,
Terra quid, 27
Terra firma & immobilis, 28
Terræ situs commodissimus, 27
Terræ Agriculturæ utiles. Vide Agriculturæ.
Tertianæ remedia conducentia, 87
Thermarum defectus in *Scotiâ* quomodo suppleri potest, 25
Torrens quid, 20
Translatio quid, quando & in quam partem fiat, 64
Trallianus Indigenis usus est, 81
Triticum *Scoriæ* præstantissimum, 33
Tumoribus quæ medentur, 88
Tussi quæ prosunt, *ibid.*

V.

Vaporum dilatatio præcipua Ventorum causa, 11
Variolæ cum sanguinis vomitu erumpentes, 60
Variolis & Morbillis conducentia, 88
Venæ sectio quando adhibenda, 70
Venæ sectio ante Variolarum eruptionem, 60
Ventris inferioris Morbi, 52
Ventriculo conducentia, 86
Ventus quid, 11
Venti generales & certis locis affixi, 12
Venti in Macrocosmo idem quod Spiritus Animales in Microcosmo, *ibid.*
Ventorum Apothecæ, 10
--- Causæ, 11
--- Differentiæ, 12
--- Materia & Vires, 11
Ventorum Regnum quo sensu *Scotiæ* dici potest, 12
Ventis quæ loca maximè obnoxia, 11
Vertigini quæ prosunt, 88
Vesicantia *Medicamenta*, 95
Vesicæ accommodata Remedia, 86
Vinum, 40. 97
Vini incommoda, 98
--- *Succedanea*, *ibid.*
Vitæ secuturæ fundamenta posita sunt in primo hominum seminio, 34
Vomitui appropriata Remedia, 88
Vomitum leniter moventia, 95
--- violentiùs excitantia, *ibid.*
Urinæ ardori quæ medentur, 88
Utero appropriata Remedia, 86
Vulneraria, 89

X.

Xyris aliaque ξυρίδες, 40

Z.

Zythi Inventor, 75.

PARS SECUNDA SPECIALIS.

TOMUS PRIMVS

DE

PLANTIS SCOTIÆ

TAM INDIGENIS

QUAM HORTENSIBUS

QUÆ IN LIBRO PRIMO ET SECUNDO TRACTANTUR.

EDINBURGI,

Ex Officinâ Typographicâ JACOBI KNIBLO, JOSUÆ SOLINGENSIS & JOHANNIS COLMARII, Sumptibus Auctoris.

Anno Domini M. DC. LXXXIV.

Nobiliſſimo & Illuſtriſſimo Domino

JACOBO PERTHI

Comiti, Regni SCOTIÆ Juſtitiario Generali & STRATHJERNÆ Seneſcallo Hæreditario, Nobilis & Inclytæ DROMUNDORUM

Gentis Principi,

Patrono ſuo plurimùm colendo.

VT Hiſtoriæ Naturalis Scotiæ eam Partem, quæ de Plantis tam Indigenis quam Hortenſibus agit, Nomini tuo inſcriberem, Illuſtriſſime Comes, multa eæque maximæ me movebant rationes. Imprimis, ut aliquo modo animi mei gratitudinem pro tot in me collatis beneficiis omnibus ſignificarem. Tu Operis cujuſce magnus promotor modeſtiam, quæ me retinebat, ne publicæ luci id exponerem, pro benigno tuo in me affectu expugnaſti, &, ut quamprimùm ederem Auctor fuiſti: ut ſiquid inde emolumenti in publicum redundet, id totum tibi debeatur. Cum te etiam diſtinerent publica Regni negotia, non rarò tamen Horto Medicò intereſſe dignabaris, ut Plantarum contemplatione te recreares. Adeoque ſpes affulget, te quandam animi à gravioribus curis remiſſionem ex Hiſtoriæ hujus lectione capturum. Nec tacere poſſum ſummam tuam in Regium Medicorum Collegium benevolentiam, quam & quavis occaſione teſtaris. Accedit, quod tanquam propitium Sidus Favoris tui Radios in omnes Diſciplinarum Liberalium cultores munificè diffundas, & tuis in omnes officiis benignis efficias, ut cum Poetâ Ævo noſtro gratulemur, quod

— Sub Teſte benigno
Vivitur: egregios invitant præmia mores.
Hinc priſcæ redeunt Artes, felicibus inde
Ingeniis aperitur iter, deſpectaque Muſæ
Colla levant.

Suppreſſis quoque Furibus & Latronibus, eam Regni partem pacatam, & Legibus obedientem & morigeram reddidiſti, quæ aliàs Barbarie & Sævitiæ infamis erat: & unà Viatoribus & Domibus tutum feciſti. Sed in immenſum Æquor delatus ſum, ſi tuas Laudes propalare vellem, cùm ex

ex Nobilissimâ tuâ Domo per ANNABELLAM DROMUND *ejus Filiam* ROBERTO SECUNDO *Regi Scotiæ nuptam potentissimi* Europæ *Reges Genus traxerint. Natalitiæ autem Virtutes à præclaris tuis Majoribus cum ipso Sanguine in te derivatæ sunt erga* Deum *Pietas, intemerata in Regem Fidelitas, & erga omnis conditionis homines Æquitas: Doctrina quoque & bonarum Disciplinarum peritia, Affabilitas & Urbanitas summa. Quæ cùm in te conspiciantur maximæ, omnium bonorum ad te corda trahunt.*

Ut te Patriæ *Decus, doctorum quotquot sunt & bonorum præsidium diu incolumem & felicem conservet* Deus *Opt. Max. Votis ardentissimis precabitur*

Dominationi Vestræ addictissimus Servus
ROBERTUS SIBBALDUS.

INDEX

Capitum Libri Primi & Secundi Partis Secundæ Prodromi Naturalis Historiæ Scotiæ.

LIBER PRIMUS.

De Plantis in Scotiâ *sponte nascentibus.*

SECTIO PRIMA.

Quæ de Plantis in genere agit.

CAPUT I. pag.

Ubi varii Plantarum *usus explicantur*, 1

CAPUT II.

Plantæ Definitio traditur, & partes Plantarum explicantur; 2

CAPUT III.

Divisio Plantarum adducitur; & modus vitè eas distinguendi exponitur, 5

SECTIO SECUNDA.

Plantæ in Scotiâ *sponte nascentes Ordine Alphabetico apponuntur.*

CAPUT I.

Plantas tradit à Literâ A *incipientes*, 6

CAPUT II.

Plantæ incipientes à Literâ B, 12

CAPUT III.

Plantæ incipientes à Literâ C, 14

CAPUT IV.

Plantæ incipientes à Literâ D, 20

CAPUT V.

Plantæ à Literâ E *incipientes*, 21

CAPUT VI.

Plantæ à Literâ F *incipientes*, 23

CAPUT VII.

Plantæ incipientes à Literâ G, 27

CAPUT VIII.

Plantæ incipientes à Literâ H, 29

CAPUT IX.

Plantæ incipientes à Literâ I, 31

CAPUT X.

Plantæ à Literâ K *incipientes*, 33

CAPUT XI.

Plantæ à Literâ L *incipientes*, ibid.

CAPUT XII.

Plantæ incipientes à Literâ M, 37

CAPUT XIII.

Plantæ incipientes à Literâ N, 39

CAPUT XIV.

Plantæ incipientes à Literâ O, 40

CAPUT XV.

Plantæ incipientes à Literâ P, 41

CAPUT XVI.

Plantæ incipientes à Literâ Q, 45

CAPUT XVII.

Plantæ incipientes à Literâ R, ibid.

CAPUT XVIII.

Plantæ à Literâ S *incipientes*, 47

CAPUT XIX.

Plantæ incipientes à Literâ T, 51

CAPUT XX.

Plantæ incipientes à Literâ V, 53

CAPUT ULTIMUM.

Literâ X, 55

Appendix; ibid.

CATALOGUS

Plantarum in Septo Regio Edinburgensi *sponte nascentium*, 57

De Rosâ Ciphianâ *Ode*, 61

LIBER SECUNDUS.

De Plantis Scotiæ *Hortensibus, quæ Medici aut Mechanici usûs, specie insignes, aut rariores sunt.*

CAPUT I.

De re Hortensi in genere, 63

CAPUT II.

Horti Medici Edinburgensis *Descriptio*, 65

CAPUT III.

Plantæ Hortenses à Literâ A *incipientes*, 66

CAPUT IV.

Plantæ Hortenses à Literâ B *incipientes*, 73

CAPUT V.

Plantæ à Literâ C *incipientes*, 76

CAPUT VI.

Plantæ incipientes à Literâ D, 83

CAPUT VII.

Plantæ incipientes à Literâ E, 84

CAPUT VIII.

Plantæ incipientes à Literâ F, 85

CAPUT IX.

Plantæ à Literâ G *incipientes*, 87

CAPUT X.

Plantæ à Literâ H *incipientes*, 88

CAPUT XI.

Plantæ incipientes à Literâ I, 90

CAPUT XII.

Literâ K, 92

CAPUT XIII.

Plantæ à Literâ L *incipientes*, ibid.

CAPUT XIV.

Plantæ à Literâ M *incipientes*, 96

CAPUT XV.

Plantæ à Literâ N *incipientes*, 99

CAPUT XVI.

Plantæ à Literâ O *incipientes*, 100

CAPUT XVII.

Plantæ à Literâ P *incipientes*, 101

CAPUT XVIII.

Litera Q, 105

CAPUT XIX.

Plantæ à Literâ R *incipientes*, ibid.

CAPUT XX.

Plantæ à Literâ S *incipientes*, 107

CAPUT XXI.

Plantæ incipientes à Literâ T, 110

CAPUT XXII.

Plantæ à Literâ V *incipientes*, 112

Litera Y, 114

PRODROMI

NATURALIS HISTORIÆ SCOTIÆ PARS SECUNDA,

Quæ de PLANTIS, ANIMALIBUS, MINERALIBUS & MARINIS *agit.*

LIBER PRIMUS

De PLANTIS in SCOTIA sponte nascentibus.

SECTIO PRIMA,

Quæ de PLANTIS in genere agit.

CAPUT I.

Ubi varii Plantarum usus explicantur.

IN hoc vasto pulcherrimoque Orbis Terrarum Theatro nihil est, quod non Creatoris sui *Dei Opt. Max.* bonitatem, potentiam & sapientiam demonstret. Ea tamen potissimùm in Plantis elucent, quod hæ innumeris modis mortalibus in usum veniant, & tum absolutè ad vitam necessariæ, tum ad vitæ commoda & oblectamenta utilissimæ sint. *Dei* bonitas, potentia & sapientia potissimùm in Plantis elucent.

Alimenti certè præcipuam materiam Triticum, Secale, Hordeum, Avenam, Oryzam, cæteraque Frumenti genera abundè largiuntur, è quibus Panis ille quotidianus paratur, quem à Deo petere nos edocuit *Christus* sacrosanctus Salvator noster. E Plantis Alimenta. Cibus è Plantis.

Et ad cibi condimentum innumera è Plantis peruntur, Lactuca, Portulaca, Nasturtium, Sinapi, Capparis, Genista, Legumina, Fructus varii, Allium, Cæpæ, & Radices multæ esculentæ, Acetum,

Quique hilaret vultus succus viridantis Olivi.

Euch. Ps. 104. v. 15.

Potum quoque submini strant Plantæ, è Pomis, Pyris, è Vitis Uvis, Cerasis Vina, & saluberrimam è Lupulo & Hordeo Cerevisiam & Alam. Et verisimile admodùm est, quòd vetus illa Ætas, quæ Aurea dicebatur, Potus è Plantis.

Fœtibus arboreis, & quas humus educat herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.

Sed ſaluberrimo è Plantis victu contenti vitam ad ſtupendam ætatem produxerunt priſci illi viri.

Pharmaca. Præſtantiſſima etiam Pharmaca è Plantis petuntur: illa enim, ut plurimùm, ſunt Radices, Ligna, Cortices, Folia, Fructus, Semina, Succi, Liquores, Gummi, Reſinæ, &c.

Amictus. Quin & Indumenta & Amictum Plantæ ſuppeditant, non ſolùm illa prima corporis tegumenta ex foliis Ficulneis, ſed quæ è Lino & Goſſipio parantur, nobiliſſimis etiam Gentibus adhuc in uſu.

Domus. Materiam quoque pro Domibus ſtruendis exhibent Plantæ: ex Lignis enim, ſi non totæ domus (ut quibuſdam Gentibus in more eſt) nobis extruuntur, ſpecioſiores ſaltem Ædificiorum partes, Columnæ, aliaque Ornamenta conficiuntur.

Naves. Sed & Quercus & Abietes materiam pro Navibus conſtruendis ſuppeditant; Rudentes Cannabis, & Vela Linum.

Supellex domeſtica. Supellex quoque domeſtica, quoad maximam partem, è Plantis deſumitur.

Deliciæ vitæ. Vitæ etiam oblectamento inſerviunt Plantæ: nihil enim eſt, quod colorum varietate & figuræ elegantiâ oculos delectet magis, quàm jucundus Florum intuitus. Ut taceam Glaſtum, Rubiam, Gallam, Coccum baphicum, aliaque, quibus Tinctores pro pulcherrimis Coloribus conficiendis utuntur. Pigmenta quoque varia Oleo aut Gummi macerato contrita, queis artificioſa Pictorum manus (Naturæ æmula) Tabellas ad miraculum illuſtrat.

Odores. Odores, qui inter vitæ delicias ſunt, miniſtrant Plantæ: nec flores tantum odoratiſſimos, ut Roſæ, Violæ, Lilium Convallium; ſed & folia, Majorana, Thymum Citratum; Radices, Iris; Ligna quoque, Cortices & Gummi, Fructuſque.

Plantæ multis Artificibus materiam ſuppeditant, ideoque Reipub. utiles. Plantæ multis Artificibus materiam ſuppeditant, ex quibus multa in Rempublicam redundant commoda, quæ obiter tangemus in ipſa Plantarum enarratione hocce & ſequente Libro. Hic ſolùm commemorabimus, ex Plantis paratas eſſe optimas merces, ex quibus opimi reditus tum ad Rempublicam, tum ad privatos quoſque homines perveniunt; Triticum ſcil. Hordeum, Glaſtum, Crocus, Rubia, Goſſipium, Linum, Gallæ, Saccharum, Ficus, Uvæ paſſæ, Vinum, Oleum, Quercûs trabes, Filix, Alga, Kali pro Vitris conficiendis materiam præbent; pro Coriis perficiendis Rhus Coriariorum, & (quæ paſſim in Ericetis noſtris creſcit) Tormentilla inſerviunt.

Quum igitur Plantæ Cibum, Potum, Medicamenta, Veſtes, Ædes, Naves & variam ſupellectilem ſuppeditent, ac etiam omnes Senſus ſummâ delectatione afficiant; Artificibus quoque materiam, AcMercatoribus merces exhibeant: operæpretium certè erit de iis, quas Regio noſtra producit, agere, ut videant noſtrates, quæ apud ipſos ad uſus prædictos conducentes vel ſponte naſcantur, vel in Hortis noſtris cultu lætè proveniant.

CAPUT II.

Plantæ Definitio traditur; & partes Plantarum explicantur.

Planta quid. PLantæ nomen hic ſumitur pro omni genere Stirpium, ſive pro eo omni corpore naturali, quod è terrâ erumpit, vel etiam ex aquis ſtagnantibus et limoſis, aut quoquo modo ita procreatur, ut vegetet, nutriatur & augeſcat, ſive cum Radice naſcatur, ſive non; vel cum fibris, caule, germine; ſive cum foliis, ſive non; ſive cum floribus et fructu, ſive cum radice ſolâ, ut Tubera.

Eſt igitur Planta Corpus Phyſicum perfectè ac exquiſitè mixtum, Organicum vegetans, quod ut plurimùm è terrâ, ſed interdum extra terram & ſine terrâ, item ex aquis, ſed parciùs exoritur et erumpit, atque ibi nutritur et augeſcit, ubi et unde ortum eſt, ac ſibi generat ſimile, et quadam ſemper pene viriditate nitet.

Plantæ partes. Planta autem certis partibus diverſo modo temperatis et conformatis conſtat, quæ ipſum Plantæ corpus conſtituunt. Atque hæ partes ſunt ſimilares, vel diſſimilares.

Partes ſimilares. Similares dicuntur, quæ ſunt ſimplices, neque ex aliis componuntur; ſed ex iis quaſi ex principiis aliæ, ita ut ſint ejuſdem rationis, et dividantur in particulas ſimiles. Partes ſimilares ſunt Humor, Nervus, Trachea, Caro.

Hu-

Humor eſt pars liquida per Plantæ ſubſtantiam diffuſa, ſive ſuccus & quaſi ſanguis Plantæ: qui ſuccus, ſi exudet ſtilletque è parte aliquâ Plantæ, ſive ſponte ſuâ aut calore Solis, ſive ſectione vel abſciſſione, Lachryma appellatur. Humor quid.

Lachryma autem duplex eſt. Una aqueæ veluti naturæ, ſed quæ ſimul terrenam quandam habeat conſiſtentiam, et vocatur Gummi; eſtque Liquor ille concretus et craſſior, qui è truncis arborum prodit, lentè fluendo atque corticibus adhæreſcendo. Altera oleaginoſa & pinguis, quæ dicitur Reſina. Gummi Reſina.

Et quidem veriſimile admodùm eſt, ſuccum hunc, qui Plantæ quaſi ſanguis eſt, pro Plantæ nutritione Circulatione quadam præparari: non enim concipi poteſt, quomodo is variis Plantæ partibus nutriendis aptus eſſe poſſit, niſi circuitu quodam jugi motu agitetur, diſſolvatur & percoletur. Probabile proinde eſt, ſucco à radice in truncum ſublato partes Plantæ, quæ extra terram eminent, ali; ſuccum verò à trunco reducem nutriendis radicibus deſtinari. Qui ſurſum nititur ſuccus, magis eſt elaboratus & volatilis; qui refluit, crudior eſt, ſed percolatione & fermentatione cum puriore ſucco excoquitur, & radicibus nutriendis idoneus efficitur. Et ſuccus ille crudior, qui à trunco refluit in radices, facilè cum aquâ pluviæ & humore Aëris, quòd ſint conſimilis naturæ, conſociatur, & in radicibus cum ſucco à terrâ in radices penetrante fermenteſcit, maximè cùm terra fertilis eſt, & ſucco pingui & ſale volatili imprægnato diteſcit. Tunc enim aſcitis ſibi ſpiritibus novis, ſurſum rurſus viam affectat, donec in tranſitu depoſitâ ſpirituoſâ & oleoſâ ſuâ parte, pro partium nutritione, curſum deorſum ſumere cogatur, pro novo ſpirituum ſupplemento. Hic autem ſucci nutritii circuitus ex mechanicâ Fibrarum ſtructurâ pendet, quæ variâ ſuâ diſpoſitione eum motum abſolvere poſſunt. Succi nutritii in Plantis circuitus. Unde pendeat hic Circuitus.

Fibræ autem illæ ſeu Nervi in Plantâ conſpicui ſunt ſimiliaris ſc. pars continua, prælonga, exilis; quæ non ſolùm mollioribus partibus conſiſtentiam & robur tribuit, ſed etiam per hos humor nutritius aſcendit: ſpiritus enim fibram contrahit & impetum humori conciliat, ut aſcendat; deſcendit autem per utriculos & membranoſos ductus. Nervi.

Malpigh. Anatom. Plantarum. In Plantâ autem, præter corpus ſenſibile, ineſt corpus ſubtile & vegetum, motionis opifex, Spiritus ſcil. qui per univerſum ejus corpus diſcurrit. Atque hi Spiritus per fibrillas et ſui generis veſiculas per omnes Plantæ partes deferuntur, et vigorem et motum Plantæ contribuunt. Spiritus.

Similaris quoque Plantæ pars eſt Trachea, quæ Vas parulum et amplum eſt, lamellis aut ſquamarim diſpoſitis, aut in ſpiræ modum contortis et tenuibus conſtans, colore plerumque argenteo, quæ Aëre diſtenditur. Hæ diſtendi, premi et flecti facilè poſſunt. In Trunco ſurſum, ut Fiſtulæ ligneæ, excurrunt; in foliis, inſtar Retis, ſe mutuò implicant, ubi ampla occupant ſpatia; ac potiſſimùm in ſurculis erumpentibus in ſpiras contorquentur, unde et Vaſa Spiralia à *Malpighio* vocantur. Tanta nempe Perſpirationis neceſſitas eſt, ut nec Plantæ Vaſculis carere poſſint, per quæ perficiatur, Et ſuccus quidem à terrâ nitroſo Aëre permiſtus trahitur, qui Plantæ Tracheas implet et diſtendit, qui non ſolùm Perſpirationi, ſed et Vegetationi Plantæ inſervit. Tracheæ.

Caro pars ſimilaris Plantæ eſt, craſſior quidem, ſed mollicula, Hanc exteriùs veſtit Cortex, quaſi Cutis Plantæ, quæ ſub ſe continet tenuiorem pelliculum, quæ dicitur Corticula et ligno Arborum immediate adhæreſcit, diciturque Liber. Caro. Cortex. Corticula. Liber.

Medulla intima pars eſt Plantæ veluti Cor. Carne conſtat et humore, unde vitalis vigor, robur et fœtificandi facultas præcipuè emanant in Plantam. Spongioſa eſt Medulla, ex innumeris velut Bullis compoſita. Ampli ſunt illius Pori. Medulla.

Partes diſſimilares maximè propriæ ſunt hæ compoſitæ et organicæ, ut Radix, Caulis, Ramus, Folium, Flos, Fructus, quæ explicandæ quoque ſunt. Partes Plantæ diſſimilares.

Ex partibus Plantæ diſſimilaribus enumeratis quædam permanentes et perennes ſunt, aliæ caducæ et anniverſatiæ.

Permanentes et perennes ſunt 1. Radix. Ea eſt pars Plantæ intra terram recondita ſuccum alimentitium attrahens ad totius Plantæ nutritionem. Comparatur Radix nunc Ori animalis, quatenus ſc. trahit alimentum; nunc Ventri, quatenus illud aſſervat, atque ut poteſt concoquit, ad aliarum partium alimoniam. Radix.

2 Caulis eſt pars Plantæ diſſimilaris ſupra terram è radice conſurgens, è quâ alimentum excipit, ut eo nutriatur primò caulis ipſe, et illud alimentum perfectiùs excoquat, et quocunque tranſmittat, diſtribuatque in alias partes nutriendas. Dicitur quoque Caudex, Truncus, Stipes, Scapus, Thyrſus. Sed Caulis, Scapus et Thyrſus ferè attribuuntur Herbis et Fruticibus; Caudex verò, Truncus et Stipes Arboribus. Truncus conflatur ex fibris lignoſis et inſertionibus, quæ ſunt ductus à cortice per li- Caulis.

gnoſum corpus in ipſam medullam penetrantes. Fibræ lignoſæ ſunt inſtar Tegminis et inſertiones inſtar ſubtegminis; et ſe mutuò interſecant.

Ramus. 3. Ramus eſt pars è Caule explantata et in Surculos diſtributa. Rami comparantur cum Brachiis humani corporis, quæ veluti è Trunco ipſius corporis humani explantantur, expanduntur et in digitos terminantur et deſinunt.

Lignum. Ad Ramum et Caulem pertinet Plantæ Lignum, quæ pars Plantæ durior et fiſſilis eſt, Cortici et Corticulæ ſubeſt. Pars autem hæc lignoſa nihil aliud ferè eſt, quàm Tubulorum congeries. Sic Inſertionum meatus Fibrarum lignoſi corporis poros interſecant, ſuntque breviores & magis interciſi Medullæ verò meatus ſunt mellis favis non diſſimiles: hinc exiccata Medulla adeo levis eſt.

Plantæ partes caducæ. Partes caducæ, annuæ & viciſſitudinariæ in Plantâ, quæ viciſſim oriuntur ac pereunt, cadunt ac renaſcuntur ſingulis annis, ſunt Folium, Flos, Fructus.

Folium. Folium eſt pars diſſimilaris Plantæ, ignobilis, è Caule, Ramo, Surculo exiens, & fructum cuſtodiens, aliaſque partes, ad totius Plantæ munimentum & ornamentum. Ex iiſdem partibus prædictis conſtat Folium, quibus reliquæ diſſimilares, licet tenuiores eæ & minus conſpicuæ ſint. Neque è ſummâ duntaxat Trunci ſuperficie, ſed & ex intimis partibus prodit. Purior ſuccus è Medullâ ipſâ proficiſcitur, & ex eo Gemmæ paulatim formantur.

Gemmæ. Gemmæ autem inter Truncum ipſum aut Ramum, ex quo prodeunt & Folii pedunculum naſcuntur, quo magis eorum ſecuritati caveatur. Una in Ramulos paulatim creſcunt, ac ſimul Foliis veſtiuntur, quæ iiſdem prorſus partibus conſtant, quibus Truncus aut Rami: eadem eſt pellicula magis dilatata. Nervi per Folium diſperſi nihil ſunt præter corporis lignoſi fibras, eæque interfuſo parenchymate opplentur. Foliis in multis ſuccreſcunt ſpinæ, & aliquando pilis inſtar lanugmis veſtiuntur. Globuli quoque Foliis adnaſcuntur.

Surculus. Surculus eſt pars Plantæ foliata, Arborum propria & Frondes gerens, è Ramo quotannis prodiens.

Pediculus. Pediculus autem ea particula eſt, à quâ dependet Folium vel Frondes, Flos & Fructus: eoque tanquam adminiculo, aut nervo, aut funiculo nituntur, indeque prodeunt

Flos. Flos eſt pars Plantæ pulcherrima ac nobiliſſima, paucis durans diebus, è calycibus ſive utriculis prodiens & quaſi ſtella emicans, ſive radius aut flamma. Floris cujuſque folia cor ipſum, imò & fructum tegunt, ut calyx florem conſervat & tuetur. Præcipua autem floris pars cor eſt. Plerumque id in granula diſtinguitur, ut in Lilio & Tulipâ, quanquam illa cava ſunt, non ſolida, & pulvere quodam implentur

Fructus. Fructus ea Plantæ pars eſt, quæ ſemine & carne conſtat ſive pulpâ, ultimóque producitur, & idoneo ac juſto tempore exilit è thecâ & alitur ad perfectam maturitatem.

Plantarum partus & Educatio. Parere dicuntur Plantæ, dum florent, floſque ruptis exit utriculis; ſed educatio in fructu eſt, cujus ſc. gratiâ vivit Planta, quæ ſuorum fructuum mater eſt ac nutrix. Ex divinâ enim ordinatione et lege eſt, ut germinet terra herbam virentem et facientem „ſemen, et lignum pomiferum faciens fructum, juxta genus ſuum, cujus ſemen in „ſemetipſo ſit ſuper terram. Gen. Cap. I. v. 11.

Ex quibus partibus Fructus conſtant. Fructus ex membranis, parenchymate et lignoſis partibus coaleſcunt: pellicula ex Rami ipſius membranâ dilatatâ, pulpa ex parenchymate oritur, quæ initio dura eſt, ſed paulatim mitelcit. Fibræ nihil ſunt, niſi corporis lignoſi ſoboles. Interior pars Nuclei ex parte medulloſâ prodit. Baccæ omnes, Uvæ et alia hujus generis conſtant itidem pelle, parenchymate et fibrillis.

Semen, cum ſuis involucris. Ut fructibus folia, ſic ſemini fructus ſerviunt et illius ſecuritati cavent. Granum enim et ſemen quatuor, ut plurimùm, involucris tegitur. Primum dici poteſt Capſula, atque ex eâ duæ ſeminis pelliculæ oriuntur. Exterior et penè cartilaginoſa (quæ in variis ſeminibus variam nacta eſt figuram, eaque vegetationis tempore granum tuetur ab Aëris injuriis, et fermentationi ipſi famulatur) ſemper aliquâ ſui parte perforatur, vel in pedunculi veſtigio, vel in ipſo apice, quà Fibræ nutriendo ſemini idoneæ ſubeunt. In multis radicula ſub vegetationis exordium per illud patens foramen erumpit, quòd ea duriorem membranam non poſſit pertundere. Huic exteriori membranæ alia interior ſubjicitur. In eam fibra, quæ ſemini nutriendo deſtinatur, ſpargitur. Intima ſeminis tunica admodùm tenuis et pellucida eſt. In omnibus penè granis texturæ conſimilis et omnium fibrarum expers eſt. Hæc pellucidum liquorem complectitur, ex quo ſemen ipſum concreſcit. Quemadmodum autem ſemen ab omnibus Plantæ partibus deciduum eſt, ita et in eo totius Plantæ ratio eſt: non ſolùm ſubtiliores eorum partes, in ſe convolutæ et conglomeratæ, quæ ſenſim per vegetationem extenduntur et explican-

explicantur in juſtas dimenſiones & figuras. Quod ut meliùs præſtetur, ex ſecundâ membranâ duæ fibræ, quaſi Vaſa Umbilicalia, per illam membranam intimam propè baſin in utrumque lobum ſeminis diffunduntur. Malpigh. Anatome Plantarum.

Itaque ſuccus tam multiplici coctione & fermentatione expurgatus in radice, trunco & foliis, quod adhuc craſſiuſculum reſtat, in fructu aut ſiliquis deponit, dum pars defæcatior per cœcos mearus & fibram altricem ſeminis deducitur. Hinc in membranas, velut in uterum perfertur, in intimâ tunicâ percolatur, fitque ovi colliquamentum. Interim liquor ille puriſſimus leni fermentatione in bullulas (ferè ut panis, dum coquitur) intumeſcit, atque ita ſenſim omnes Plantæ partes de ſe fundit.

CAPUT III.

Diviſio Plantarum adducitur, & modus ritè eas diſtinguendi exponitur.

PLanta, prout eſt genus quoddam ea quæ è terrâ gignuntur vegetantque ſolùm comprehendens, dividitur in ſpecies ſive genera ſubalterna omnino tria, quæ ſunt hæc, Arbor, Frutex, Herba.

Arbor eſt Planta princeps & omnium perfectiſſima, altiſſima, craſſiſſima, è cujus radice unus ac ſimplex conſurgit & attollitur Caudex, ſive Truncus. E Trunco autem Rami quaſi Brachia explantantur. E Ramis verò Surculi, in quibus Folia, Flores & Fructus ſuo tempore erumpunt. Arbor quid.

Frutex eſt Planta perfecta inter Arborem & Herbam media, ut & Suffrutex, è cujus Radice plures, ut plurimùm exurgunt Caudices, iique graciliores; & ex iis Ramuſculi, è quibus & in quibus Folia, Flores & Fructus erumpunt. Frutex quid.

Herba eſt Planta in ſuo genere perfecta, omnium minima, a radice foliata, ſine Caudice quidem erumpens, ſed Caule unico ſemen ferens; quæ poſtquam ſemen ſuum protulit in multis ipſa perit. Quod de annuis & biennalibus, &c. Intelligendum venit: non paucæ enim Herbæ ſunt, quæ radicem perennem habent. Herba quid.

Ad Herbas accedit Suffrutex qui eſt Planta Frutice minor, eique ſuppar minimæ inter Lignoſas altitudinis & craſſitiei, cum Caudice perenni, multiplici et ſarmentaceo Suffrutex quid.

Sicut autem tria illa Plantarum ſumma genera egregie ſtabilita ſunt, ſic et ſtabiliri poſſe meritò videntur genera ſubalterna, ſpecieſve ac ſubdiviſiones tam Herbarum, quàm Arborum et Fruticum ex variis Seminum et Fructuum generibus, ira ut pro differentiis ac ſimilitudinibus Fructuum et Seminum abſolutè varient, ac ſpecie vel genere diſtinguantur aut conveniant Herbæ, Frutices, Arbores. Unde, cùm in Fructuum et Seminum gratiam Natura varias in Plantis partes et organa effinxerit, propterea in quibuſcunque Plantis partes et organa illa eſſentialia (Fructus et ſemen ſc.) ſimili vel diſſimili modo conformata videbuntur, ex ſimilitudine illâ vel diſſimilitudine colligendæ erunt variæ vel eædem Plantarum ſpecies aut genera. Hunc ſi modum diſtinguendi Plantas Veteres ſecuti fuiſſent, non eſſent tot hodie controverſiæ de Plantis Veterum. Sed cùm, ut plurimùm, eas comparatione foliorum ad alias deſignarent, hinc factum eſt, ut cùm illæ Plantæ (quod tunc vulgò notæ eſſent) ad quas cæteras compararent, non deſcriberentur ab iis, ipſæ quoque, quas explicare voluerint, Plantæ incertæ et, ut plurimùm, ignotæ planè manſerint. Hunc autem optimum modum diſtinguendi Plantas ex Modernis primus *Andreas Cæſalpinus* ſecutus eſt. Poſt eum lynceus ille Botanicus *Fabius Columna*; et nuperrimè omnes, quotquot præceſſerunt, ſuperavit *Robertus Moriſonius* noſtras celeberrimus hujus Ævi currentis Botanicus. Quam viam quoque inſiſtit in Hiſtoriâ Naturali peritiſſimus Dominus *Ioannes Rajus*. Noſque quàm poſſumus accuratiſſimè eandem Methodum obſervabimus in Hiſtoriâ noſtrâ rerum in *Scotiâ* Naturalium, ſi *Deus Opt. Max.* vitam et ad id præſtandum facultates dederit. Nunc autem in hoc Prodromo Ordine Alphabetico Plantas apponemus, quarundam tantum notam Characteriſticam adjicientes. Modus diſtinguendi Plantas optimus. Et qui illum primi ſecuti ſunt.

Priùs autem monendum eſt, quòd libro hoc primo Plantas tantùm ſylveſtres, quæ paſſim in Sylvis, Montibus, Vallibus et Pratis noſtris ſponte Naturæ proveniunt, et ſine hominum culturâ, ſimus tradituri: Libro autem ſequente eas, quæ in Agris Hortiſque hominum arte Aliæ Plantæ ſponte naſcentes. Aliæ Hortenſes.

arte excoluntur. Neque de omnibus in *Scotiâ* ſponte naſcentibus et Hortenſibus in hoc Prodromo agemus; ſed de iis quæ Medici uſûs, aut Artificiis utiles ſint, aut quæ non priùs deſcriptæ, vel figuris expreſſæ fuerint, vel quæ ſpecie inſigniores ſint.

SECTIO SECUNDA.

PLANTÆ

In SCOTIA ſponte naſcentes, Ordine Alphabetico apponuntur.

CAPUT I.

PLANTAS tradit à Literâ A. incipientes.

Abies. ABIES ALBA ſive *fœmina.* B. P. *The Fir-tree.*

Ejus Nota Characteriſtica ex J. *Bauhino.* A Nota Characteriſtica ſecundum clariſſimum *J. Bauhinum* eſt, quòd Conos ferat oblongos, ovatos ferè, ſurſum vergentes, Piceæ vulgaris Conis breviores et craſſiores. Squamæ verò latiores multò brevioreſque, et velut hirſutæ, vel levi exiccatione, caducæ. Inter ſquamas ſingulas veluti lingua quædam eminet a ſquamæ radice exorta, ad cujus latera ſemina hærent alata, majora quàm in Piceâ, odorata, mollia, oleoſa. Ex Conis Reſina quoque liquida extillat.

Hæc noſtra Abies ergo eſt ex Coniferis Reſiniferis una, perpetuâ fronde virens, fructu ſquamoſo, foliis pectinatim utrinque diſpoſitis, Conis brevibus erectis, ſeu ſurſum ſpectantibus.

Locus natalis. Vaſtiſſimæ ejus ſylvæ ſunt in Montanis *Scotiæ* locis verſus Boream ſitis.

Abietis vires. In deſperatâ fame poſſe & ſolere homines ex integris Conis, ſeu Fructibus Abietis Farinam ſuam adaugere, quò largius cibentur, Auctor eſt *Struppius.* Abies pro Navibus aptiſſima eſt, ut & pro Ædificiis extruendis. Uſus tabularum ex Abiete apud Veteres erat non infrequens in Libris conſervandis, ut apud Martialem obſervare licet, J. *Bauhinus* de Abiete.

Hæc Abies Chartis tempora longa dabit. Lib. 4. Epigram. 84.

Ipſa cacumina viridium Abietum & minutuli Coni maximoperè adverſus Scorbutum inveteratum commendantur in Vino vel Cereviſia. Abietis liquida Reſina calida ſiccaque ordine tertio acrimoniâ quadam ſuâ tergendi vim obtinet, & ad veræ Terebinthinæ qualitates proximè accedit, ſumpta ſemunciæ pondere per Alvum bilioſos humores vacuat, renes abſtergit, ulceratos ſanat, urinam ciet. Nucis magnitudine devorata cum Nuce moſchatâ & Saccharo ſtranguriam ſanat, pudendorumque ulcerationi maximè ſuccurrit.

Reſina Abietis arida qualitatibus ac viribus aridæ Pini Reſinæ valdè ſimilis eſt, ſed paulò acrior magiſque detergens. Uſum Thuris æmulatur ejus ſuffitus: ad corrigendam Aëris graveolentiam inſervit.

Abſinthium. ABSINTHIUM *PONTICUM*, ſeu *Romanum* Officinarum, ſeu *Dioſcoridis*, B. P. VULGARE MAJUS J. B. *Common Wormwood.*

ABSINTHIUM SERIPHIUM BELGICUM. B. P. *Engliſh Sea-Wormwood.*

Integros de Abſinthio Tractatus ſcripſerunt varii. Inter hos eſt *Joannes Bauhinus*, qui de Plantis Abſinthii nomen habentibus ſcripſit. Cum ejus Libro conjunctus eſt *Claudii Richardi* Tractatus de Abſinthiis. Poſt hos *Pompejus Sprecchis* ſcripſit de Abſinthio *Alpino* Umbellifero. Et nuperrimè *Joh. Michael Fehr.* ſcripſit Analecta de Abſinthio, ubi fuſiſſimè ejus vires enumeravit.

AB-

ABSINTHIUM autem Herba Corymbifera eſt flore diſcoide nudo, ſeu non radiato, caule indeterminato, floribus eum non finientibus, verùm ſecundum ejus longitudinem velut in ſpicas diſpoſitis, foliis diſſectis, amarore inſignis, odore vehementiore, folio incano. Ejus Nota Characteriſtica ex J. *Rajo.*

Naſcitur ſponte ad utrumque Littus Æſtuarii *Forthæ.* Locus natalis.

Calidum eſt primo, & ſiccum ad tertium uſque gradum; facultaſque ei ineſt detergendi, aperiendi & diſcutiendi. Subaſtringit etiam, præſertim *Ponticum.* Hinc & Ventriculo et reliquis Viſceribus concoctioni potiſſimùm dicatis perquàm amicum eſt & conveniens, Stomachicum nimirum, Hepaticum et Splenecticum: adſtrictione enim illâ moderatâ roborat, acrimoniâ autem & tenuitate ſuâ bilem et alios excrementitios humores per Alvum, Menſes & Urinam eliminat, obſtructiones Viſcerum ac Meſenterii expedit; Tertianarios, Quartanarios, Ictericos, & ex Morbis diuturnis convaleſcentes juvat, Inflammationes diſcutit; Lienteriam et Fluxum Menſium compeſcit; Sudorem ciet, putredini Veneris ac ipſi etiam Peſti adverſatur. Obeſitatem minuit, fœcunditatem parit. In Paralyſi et ſurditate præſtans, Hydropicorum et Arthritcorum Ichores abſumit, Vermes enecat; Crapulam et maris Nauſeam, et alia Stomachi faſtidia tollit, ſomnumque inducit Vapotum copiâ, quos confertim emittit, præſertim cum vino ſumptùm. Vires.

ACER MAJUS, multis falſò PLATANUS, J. B. MONTANUM CANDIDUM, B. P. *The great Mapple:* commonly, yet falſly *the Sycomore* and *Plaintree.* *Acer.*

ACER CAMPESTRE et minus, B. P. VULGARE MINORI FOLIO, J. B. *the leſſer Mapple.*

Arbor eſt ex iis, quæ habent vaſcula ſeminalia membranacea, ipſaque eſt cum vaſculis durioribus binis junctis, membranis extantibus alatis, foliis angulosis aut laciniatis. Ejus Nota Characteriſtica.

Majus frequens eſt ubique, minus rarius. *It is found amongſt the Planting at Kinfawns near Perth.* Locus natalis.

Aceris radix, *Plinio* prodente, contuſa (è vino) Jecinoris doloribus utiliſſimè imponitur. Plerumque lautioribus dicatur Supellectilibus, Orbibus et Menſis. Ab Arculariis quoque expetitur. Vires.

ACETOSA PRATENSIS, B. P. OXALIS VULGARIS FOLIO LONGO, J. B. *Common Sorrel.* *Acetoſa.*

ACETOSA ARVENSIS LANCEOLATA, B. P. PARVA AURICULATA REPENS, J. B. *Sheeps Sorrel.* Ejus Nota Characteriſtica ex Moriſonio.

ACETOSA ROTUNDIFOLIA REPENS *Eboracenſis*, FOLIO IN MEDIO DELIQUIUM PATIENTE. Hiſt. *Oxon. Moriſonii.* Acetoſæ Vires.

Herba molliens eſt, flore herbaceo, ſemine triangulari donata.

Acetoſa autem digerit, aperit et incidit nonnihil humores lentos; Ventriculum æſtuantem refrigerat, appetitum ciborum excitat, jecinoris calorem contemperat, bilioſis ac peſtilentibus Febribus adverſatur. Radix Hepatis ac Meſenterii ſolvit obſtructiones, in Febribus quoque utilis. Semen Medicamentis additur Cordialibus. Aqua deſtillata et ſuccus in frequenti ſunt uſu Febrientibus contra æſtum, ſitim et lapſam appetentiam. Æſtivis menſibus Acetoſa ciborum multorum utile condimentum.

ADIANTUM ἀδιάντον ſeu furcatum *Thalii*, Filix ſaxatilis *Tragi*, J. B. Saxatilis corniculata, B. P. *Horned Maiden-hair.* Provenit in Septo Regio *Edinenſi.* *Adiantum.*

ADIANTUM album *Tab.* Ruta muraria, B. P. J. B. *Wal rue.*

ADIANTUM album folio Filicis, J. B. Album *Plinii*, *Lob.* Filicula fontana major, ſive Adiantum album Filicis folio, B. P. *White Stone-Fern*, or *Maiden-hair.*

Adiantum iſtud album noſtras foliis eſt dilutè virentibus, non pulverulentis, pediculo viridi. Quædam ejus diverſitas apud nos eſt. Vulgare folio craſſiori paſſim reperitur in Montanis et Saxoſis; alterum in Cryptis *Vemienſibus* à D. *Chriſtophoro Irvino* repertum folio tenuiori et magis viridi eſt. Aliud foliis criſpis in Montibus Pictlandicis invenit D. *Sutherlandius.* Ejus Nota Characteriſtica.

Adianto vero affine Adiantum noſtras majus Coriandri folio, in apice nonnihil rotundo, pediculo pallidè rubente, in Cryptis quoque *Vemienſibus* invenit prædictus D. *Irvinus.*

ADIANTUM nigrum Officinarum, J. B. foliis largioribus pulverulentis, pediculis nigris, B. P. Onopteris mas, *Ger. Common black Maiden-hair.*

Reperitur idem Majus apud nos foliis Vulgari duplo longioribus et latioribus, ſatu-

ratæ magis viriditatis, cauliculis quoque longioribus et nigrioribus, in *Loch-coat Hills near Lindithgow.*

Adiantum aureum. ADIANTO vero affine noſtras minus, folio obtuſo ſaturatè viridi, altius inciſo, cum pediculo viridi minore inveni in hiatu Saxi in Colle ad Occidentem Lacûs dicti *Loch-Coat* prope urbem *Limnuchum.*

ADIANTUM aureum majus, *Ger.* Polytrichum aureum majus, B. P. Polytrichum *Apuleii* majus quibuſdam, J. B. *Great golden Maiden-hair*, or *Goldilocks.*

ADIANTUM aureum minus *Tab.* Polytrichum aureum minus, B. P. Polytrichum *Apuleii* minus quibuſdam, J. B. *little Goldilocks.*

ADIANTUM aureum humilius foliis latis rotundis, *I. Raii.* *Dwarf broad-leaved Goldilocks.*

De ADIANTO vero integrum Tractatum ſcripſit *Petrus Formius* M. D.

Nota Characteriſtica. ADIANTUM noſtras eſt inter Plantas acaules, *epiphylloſpermas* dictas, quòd ſemina earum adverſæ foliorum parti adnaſci credantur, in punctis illis, ſeu lineolis ferrugineis ibidem conſpicuis, craſſioribus et viridioribus, et foliis ſeu pinnulis.

Locus. Paſſim in locis montanis & ſaxoſis reperiuntur.

Vires. Tartaream & viſcoſam mucilaginem in pulmonibus contentam diſcutit, adeoque prodeſt tuſſientibus & difficiliùs reſpirantibus Valet & ad renum obſtructiones, urinam clementer ciet, & calculos & arenulas expellit,

Ruta muraria multùm commendatur ad puerorum Enterocelas.

Alcea. ALCEA VULGARIS, J. B. Vulgaris major; B. P *Vervain-Mallow.*

Nota Characteriſtica. Planta eſt molliens, pentapetala, ſeminibus multis rotatim cingentibus ſtylum nutritivum.

Locus. Ad agrorum margines frequens.

Vires. Ex Emplaſticorum Medicamentorum numero eſt. Celebratur ad Caliginem oculorum in aquâ vel vino decocta; torminibus inteſtinorum remedio eſt; ruptis quoque & convulſis conducit, & ad calidos corporis dolores apprimè valet.

Alchimilla. ALCHIMILLA VULGARIS, B. P. Perennis viridis major foliis ex luteo virentibus, Hiſt. *Oxon.* Pes leonis, ſive Alchimilla, J. B. *Ladies Mantle.*

ALCHIMILLA perennis incana, argentea ſeu ſericea ſatinum provocans, Hiſt. *Oxon.* Tormentilla *Alpina* folio ſericeo, B. P. Pentaphyllum, ſeu potiùs Heptaphyllum argenteum flore muſco, J. B. *Silver-leafed Tormentill*, or rather *Satin-leafed Cinque-foile-Ladies Mantle.*

ALCHIMILLA annua minima hirſuta foliis infernè albicantibus, Hiſt. *Oxon.* Minima montana, *Col.* Percepier *Anglorum* quibuſdam, J. B. Chærephyllo nonnihil ſimilis, B. P. *Parſly piert*, or *Parſly breakſtone.*

Nota Characteriſtica. ALCHIMILLA Planta eſt ſubrotundis floſculis & ſeminibus in ſummis caulibus & ramulis, marginibus foliorum eleganter denticulatis. Minimæ autem montana, ſc. *Percepier* floſcula & ſemina ad latera caulium è foliorum alis exeunt.

Locus. Prima & tertia in Septo Regio *Edinburgenſi* naſcitur; Media reperitur in *Calendar* Weſt-from *Perth.*

Vires. ALCHIMILLA Vulneraria inſignis eſt. Calefacit, ſiccat & adſtringit: ſed præcipua vis adſtrictoria eſt.

Alliaria. ALLIARIA, B. P. Heſperis ſepiaria allium redolens; Hiſt. *Oxon.* *Sauce alone*, or *lack by the Hedge.*

Nota Characteriſtica. Herba eſt ſemine teretiuſculo, oblongo; flore minore tetrapetalo; foliis ſubrotundis Allium olentibus.

Locus. Naſcitur in aggeribus foſſarum.

Vires. Craſſos humores extenuat, & lentos incidit; vetera ulcera purgat, et ad cicatricem ex melle perducit. Ad venena efficax. Urinam quoque ciet.

Allium. ALLIUM latifolium paluſtre, Hiſt. *Oxon.* Sylveſtre latifolium, B. P. Urſinum bifolium, vernum, ſylvaticum, J. B. *Ramſons.*

ALLIUM campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens majus, B. P. *Crow-Garlick.*

Nota Characteriſtica. ALLIUM eſt inter Plantas hexapetalas, tricapſulares, radicibus bulboſis propriè dictis.

Locus. Naſcitur in ſylvis et nemoribus.

Vires. Tradentur vires in Sativo Allio, lib. ſequente.

Alnus. ALNUS VULGARIS, J. B. Rotundifolia glutinoſa viridis, B. P. *Common Alder.*

ALNUS

Alnus nigra baccifera, B. P. *Black Alder.*

Alni effigie lanato folio major, B. P. Sorbus *Alpina*, J. B. Aria *Theophraſti* dicta, *Parkinſ.* The white Beam tree.

Alnus nigra, & quæ lanato folio, bacciferæ arbores ſunt. Vulgatis autem inter coniferas ſucco aqueo præditas; Foliis majoribus Coryli, conis aliquantum majoribus. Nota Characteriſtica ex *Raio.*

Vulgaris in aquoſis locis naſcitur, reliquæ in Sylvoſis. Locus.

E cortice Alni Vulgaris color ater conficitur: Infectores namque & Pilearii cortices Alni & ferrum vetus aquâ per aliquot dies macerant, hinc color efficitur niger atramenti ſimilis. Aliqui etiam cortice Alni & fructu viridi utuntur, Gallarum vice, ad Scriptorium atramentum conficiendum, addito Gummi & Chalcantho. Alnus ſub aquis durat nec putreſcit, quòd humidum habeat communis naturæ cum humore adventitio: & idcirco ad ædificiorum fundamenta à *Vitruvio* commendatur. Vires, ad uſus Mechanicos; & ad uſus Medicos.

Alni cortex refrigerantem & adſtringentem cum ſiccitate facultatem obtinet, & conducit ad oris & tonſillarum inflammationes ac tumores. Alnum autem nigram bacciferam quod attinet, ejus cortex interior (potiſſimum radicis) purgat humores noxios omnes, maximeque ſerum; unde & Hydropicis prodeſt. Debet autem in umbrâ ſiccari.

Alſine.

ALSINE MEDIA, B P. Vulgaris, ſive Morſus Gallinæ, J. B. *Common Chick-weed.*

Ejus multæ ſpecies ſponte apud nos naſcuntur, quas enumerare non hujus eſt loci.

Alſine inter Pentapetalas ad medium bifidas unicapſulares eſt. Nota Characteriſtica.

Humentia loca maximè amat. Locus.

Refrigerantem & humectantem obtinet facultatem. Vires.

Ambroſia, Coronopus *Ruellii.*

AMBROSIA campeſtris repens, B. P. Coronopus *Ruellii*, ſive Naſturtium verrucoſum, J. B. Verrucoſum capſulâ bivalvi aſperâ ſeu hirſutâ, Hiſt. *Oxon. Swines Creſſes.*

Eſt ſiliculoſa, Tetrapetala, Bicapſularis. Nota Characteriſtica.

In uliginoſis & ad vias creſcit. Locus.

Naſturtii ſpeciebus annumeranda eſt, flore, ſemine, ſapore & qualitate iis ſimilis. Cruda eſtur in Acetariis, & cocta cum aceto manditur. Vires.

Anagallis mar.

ANAGALLIS flore Phœniceo, B. P. Phœnicea mas, J. B. *Male Pimpernell.*

Simplex habet ſeminis conceptaculum ſemina in medio continens, florum petalis ad ungues junctis, in ſingulis foliorum alis ſingulis. Nota Characteriſtica.

In marginibus agrorum provenit. Locus.

Vulneraria eſt, & adverſus peſtem commendatur. Aqua ejus aut ſuccus cum melle valet ad ſuffuſiones. Aqua quoque ad Phthiſim & Tabem Pulmonum commendatur, cum lacte vaccino & ſaccharo permiſta. Quibuſdam in uſu eſt pro torminibus recens natorum. Vires.

Anagallis lutea.

ANAGALLIS LUTEA nemorum, B. P. Lutea Nummulariæ foliis, J. B. *Yellow Pimpernell.*

In ſylvis & umbroſis frequens. Locus.

Anagallis aquatica major folio oblongo, B. P. Aquatica flore cæruleo, folio oblongo maj. J. B. Veronica aquatica major folio oblongo, Hiſt. *Oxon. the greater long-leafed Brook-lime.* Anagallis aquatica.

Anagallis aquatica minor folio ſubrotundo, B. P. Aquatica flore cæruleo, folio rotundiore, J. B. Aquatica vulgaris ſive Becabunga, *Park.* Veronica aquatica minor folio ſubrotundo, Hiſt. *Oxon. Common Brook-lime* falſly called *Water-purpy.* Hæcque eſt, quæ in Officinis recipitur.

Anagallis aquatica rotundifolia, *Ger.* Aquatica folio rotundo, non crenato, B. P. *Samolus Valerandi*, J. B. Veronica aquatica folio ſubrotundo, non crenato, Hiſt. *Oxon. Round-leaved Water-Pimpernell.*

Anagallis aquatica anguſtifolia, J. B. Aquatica anguſtifolia ſcutellata, B. P. Veronica anguſtifolia aquatica minor Polygoni inſtar, Hiſt. *Oxon. Narrow-leaved Brooklime.*

Anagallis aquatica floribus & ſeminis conceptaculis cum Veronicis convenit, floreque eſt tetrapetalo, parvo, petalis ad ungues junctis, floribus è foliorum alis exeuntibus ſingulatim. Nota Characteriſtica. Locus.

Anagallis aquatica in rivulis naſcitur & paluſtribus locis.

Calefacit & humectat moderatè. Viribus cum Naſturtio convenit, niſi quòd imbecillior ſit. Multi uſus eſt in Scorbuto & Calculo Renum. Extrinſecùs opitulatur Phlegmonis & Eryſipelati.

Anchuſa degeneris.

ANCHUSA DEGENERIS, facie Milii Solis, *Ger.* Lithoſpermum arvenſe radice rubrâ, B. P. Nigrum flore Albo, ſemine Echii. J. B. *Baſtard Alkanet*, or *Baſtard Gromell.*

Inter Herbas aſperifolias eſt, quibus folia in caulibus alterna, flores monopetali, marginibus quinque partitis; inciſuris aliàs profundioribus, aliàs levioribus; ſeminibus ad ſingulos flores quaternis, perianthio breviore & ad modum floris expanſo; ſeminibus aſperis, rugoſis, caput viperinum referentibus; radicibus rubris, florum laciniis acutis. Nota Characteriſtica.

Locus. Inter ſegetes naſcitur.

Androſæmum. ANDROSÆMUM *Campoclarenſe Col.* Bifolium glabrum perfoliatum, non perforatum, Hiſt. *Oxon.* Aſcyrum, ſive Hypericum glabrum bifolium, non perforatum, B. P. Hypericum elegantiſſimum non ramoſum folio lato, J. B. *Matthiolus his Tutſan*, or *Elegant S. Iohn's wort not perforate.*

ANDROSÆMUM alterum hirſutum, *Col.* Hirſutum, B. P. Androſæmum Aſcyrum dictum caule rotundo hirſuto, Hiſt. *Oxon. Hairy Tutſan.*

Nota Characteriſtica. Genere conveniunt Aſcyrum & Hypericum. Nota flos flavus, Coma terentium digitos velut cruentans, & pericarpium tribus carinis compoſitum.

Vires. Vulneraria planta eſt.

Anemone. ANEMONE nemorum, *Ger.* Nemoroſa flore majore, B. P. Ranunculus nemoroſus flore majore, Hiſt. *Oxon.* Ranunculus phragmites albus vernus, J. B. *White flowered Wood-Anemonie.*

Nota Characteriſtica. Nota Characteriſtica communis eſt cum Ranunculis, in quibus enumerandis tradetur.

ANEMONE nemorum flore carneo. Hanc aliaſque varietates inveni in nemore apud Caſtrum de *Drummond*, in nobiliſſimi Comitis *Perthenſis* ditione.

Angelica. ANGELICA major ſylveſtris, B. P. Sylveſtris magna vulgatior, J. B. *Wild Angelica.*

Locus. Naſcitur in aquoſis & ad rivulos paſſim.

ANGELICA ſylveſtris minor, ſive erratica, B. P. Sylveſtris repens, J. B. Herba *Gerardi Ger.* Podagraria vulg. *Park. Herb-Gerard*, *Goutwort*, or *Aſhweed.*

Locus. Ad ſepes naſcitur.

Nota Characteriſtica. Angelica umbellifera eſt, ſemine craſſiore, ſtriato, breviore, majuſculo & tumidiore, per maturitatem albente.

Vires. Minoris, ſive Podagrariæ vires in Podagricis commendantur. Radix aliquot diebus ex vino pota febres putridas ſanat. Vulneraria quoque Planta eſt; adduntur folia recentia tenera oleribus.

Sylveſtris magna vulgatior corrigit proventum ſaburramque craſſorum & viſcidorum humorum, atque fœtidum halitum emendat. Exhibita viridis in potu vel ſicca in morbis equorum, pecorum & Suum celebratur.

Anonis. ANONIS ſpinis carens purpurea, B. P. Non ſpinoſa purpureo flore, J. B. Non ſpinoſa repens, Hiſt. *Oxon. Purple Reſt-harrow without prickles.* Et hæc eſt, quæ in Officinis uſurpatur.

ANONIS non ſpinoſa flore albo, *White flowered Reſt-harrow without prickles.*

ANONIS ſpinoſa flore purpureo, B. P. Anonis ſive Reſta bovis vulgo purpurea et alba ſpinoſa, J. B. Vulgaris ſpinoſa flore purpureo, ſiliquis lentiformibus, Hiſt. *Oxon. Prickly Reſt-harrow.*

Nota Characteriſtica. Herba eſt Anonis flore papilionaceo, trifolia propriè ſic dicta, quæ terna duntaxat folia habet in extremo pediculo, floribus ſparſis & rariùs ſitis, ſiliquis brevioribus, ſemine reniformi.

Vires. Radix et ejus cortex urinam provocat, calculos renum et veſicæ atterit.

Locus. In paſcuis ſterilibus et agrorum marginibus naſcitur.

Aparine. APARINE, J. B. Vulgaris, B. P. *Common Gooſe-Graſs.*

Locus. Naſcitur paſſim in ſylvoſis.

Nota Characteriſtica. Inter herbas ſtellatas eſt, foliis ad caulium nodos aſperis, caulibus longis infirmis, cum plurimis ſeminibus, floribus albis.

Vires. Ad ſtrumas et Icterum commendatur, ad calculum etiam in vino albo decocta.

Artemiſia. ARTEMISIA VULGARIS, J. B. Vulgaris major, B. P. *Common Mugwort.*

Locus. Paſſim in agris naſcitur.

Nota Characteriſtica. Inter corymbiferas eſt, flore diſcoide nudo, caule indeterminato, floribus ſecundum ejus longitudinem velut in ſpicas diſpoſitis, foliis diſſectis fruticeſcens, folio ſubtus incano, ſupernè virente.

Vires. Menſes, fœtum et ſecundinas pellit; ſordes abſtergit. Artemiſia latifolia ſiccata vera Moxa eſt.

Arum. ARUM, J. B. Vulgare non maculatum, B. P. *Cuckow pint.* Eſt Planta Officinalis.

In umbroſis provenit.

Locus. Nota Characteriſtica. Inter bulboſis affines eſt, monopetala, flore ſedi fructûs cohærente, radice tuberoſâ, piſtillo pro ſtylo in medio, flore nudo, ſapore acri, foliis integris.

Radix

Radix adverſus venenum & peſtem commendatur. Diuretica quoque eſt, & in morbis pectoris utilis. In Scorbuto & affectibus Lienis & Ventriculi frigidis, flatibuſque eximii uſûs. Vires.

ARUNDO VULGARIS, ſive Phragmites *Dioſcoridis*, B. P. Vulgaris paluſtris, J. B. *The Common Reed.* *Arundo.*

Herba culmifera major & elatior eſt grano minore, Nota Characteriſtica.

In lacubus naſcitur. Locus.

Abſtergentem facultatem poſſidet radix in vino decocta, Menſes & urinam ciet. Radix trita fiſtulis & ulceribus inſperſa prodeſt. Quidam ex Arundinum radicibus tuſis, arefactis & in farinam molitis panem non inſuavem conficiunt Vires.

ASPERULA, ſive Rubeola montana odora, B. P. Rubiis accedens Aſperula quibuſdam, aut Hepatica Stellaris, J. B. *White flowered Woodroof.* *Aſperula.*

In ſylvis & dumetis naſcitur. Locus.

Herba ſtellata eſt floribus albis caules terminantibus in quaſdam velut umbellas congeſtis, foliis aſperiuſculis. Nota Characteriſtica.

Ad Hepatis affectus commendatur, Icterum præſertim. Vires.

ASPHODELUS minimus luteus paluſtris Acori folio, *Lob.* Hiſt. *Oxon.* Luteus Acori foliis paluſtris *Anglicus*, Lob. J. B. *Lancaſhire Aſphodill*, or *Baſtard Aſphodill.* *Aſphodelus.*

In paluſtribus naſcitur. Locus.

Inter bulboſis affines eſt, hexapetala, flore minore ſtellato, ſemine triquetro, radicibus fibroſis. Nota Characteriſtica.

Vulneraria eximia eſt, quemadmodum ſæpiùs experimento comprobavit nobiliſſimus D. *Georgius Mackenzius* de *Tarbet* Eques auratus, Archivorum Regni Cuſtos Vires.

ASPLENIUM, ſive Ceterach, J. B. Aſplenium ſive Scolopendria, Ceterach Officinarum, B. P. *Spleenwort* or *Milt-waſt.* *Aſplenium.*

In ſaxorum crepidinibus naſcitur. Locus.

Eſt inter Herbas epiphylloſpermas, folio anguſtiore laciniato & velut dentato. Nota Characteri ica.

In obſtructione lienis & hepatis adhibetur extrinſecùs mundificat ulcera & vulnera. Vires.

ASTRAGALUS ſylvaticus foliis oblongis glabris, B. P. Aſtragaloides, ſive Aſtragalus ſylvaticus, Aſtragalo magno *Fuchſii*, vel Chamæbalano leguminoſæ affinis planta, J. B. Orobus ſylvaticus noſtras perennis ſiliquis propendentibus, radice tuberoſâ, Hiſt. *Oxon.* *Wood-peaſe*, or *Heath-peaſe.* *Aſtragalus ſylvaticus.*

Paſſim in montibus noſtris reperitur. Locus.

Inter legumina eſt, ſive ſiliquoſas papilionaceas bivalves, non ſcandentes, ſiliquis propendentibus donatas. Nota Characteriſtica.

Radice eſt fibroſâ, cui tubera parva piſi aut fabæ magnitudine adnata ſunt. Folia habet alata coſtis conjugatim adnaſcentia, uno extremum claudente. Coſtæ foliis e regione ſic onuſtæ alternatim è cauliculis prodeunt eo intervallo, quo diſtinguuntur genicula ipſa. Siliquas habet bivalves unicam ſeriem ſeminum includentes, eaſdemque propendentes. Ejus Icon habetur Tabulâ primâ. Deſcriptio ex Morſonio.

Saporem habent hujus radicis tubera ad Glycyrrhizam accedentem, iiſque utuntur *Montani* noſtri ad eoſdem thoracis affectus, quibus Glycyrrhiza convenit. *Karemyle* illis dicitur, & ea tubera cum aquâ temperata ad famam & ſitim diutius tolerandam utiliſſima experiuntur: dulci enim ſuâ ſubſtantiâ humores in ventriculo acidos & acres corrigit & mitigat, imò figit & compeſcit, adeoque famis & ſitis remedium eſt. Et propterea, ſi non ſit eadem Planta, quæ *Theophraſto Scythica* dicitur (quæ *Glycyrrhiza* eſſe communiter à doctis cenſetur) ei certè conſimilis eſt, leguminoſa, ſiliquoſa quoque & facultatis ejuſdem. Et veriſimile admodùm mihi videtur, hujus Plantæ tubera cibum eſſe à *Dione* in *Severi* Imperatoris vitâ memoratum, quo uſos dicit *Britannos*, ut per aliquot dies (ab hoſtibus preſſi) famem et ſitim tolerarent. Hæc enim vites Glycyrrhizæ pares habet, paſſimque in montibus noſtris ſponte provenit planta, et ad hunc uſque diem à *Montanis* noſtris (qui priſcorum *Scotorum* mores et vivendi rationem retinent) ad eoſdem uſus ejus tubera uſurpantur. Glycyrrhiza autem (quod ſciam) nullibi in totâ Inſulâ, niſi plantata, naſcitur. Vires.

ATRIPLEX ſylveſtris latifolia, B. P. Atriplex dicta Pes anſerinus, J. B. *Gooſefoot.* Paſſim reperitur. *Atriplex.*

Atriplex ſylveſtris latifolia acutiore folio, B. P. Atriplex dicta Pes anſerinus alter, ſive ramoſior, J. B.

Atriplex fœtida, B. P. Puſilla olida hircina vulvaria vocata, Garum olens, *Lob.*

Stinking Orach. Sponte provenit in Rupe marinâ in Æſtuario *Forthæ* dictâ *Hayſtack.*

Atriplex ſylveſtris anguſto oblongo folio, B. P. Vulgaris anguſtifolia cum folliculis, J. B. *Narrow-leaved wild Orach.*

Atriplex marina noſtras, J. Ray. *Engliſh Sea-Orach.*

Nota Characteriſtica. Atriplex eſt inter mollientes, floribus muſcoſis, luteis, ſemine nigro.

Vires. Vires in Atriplice ſativâ tradentur. Atriplicis olidæ folia Hyſtericis utiliſſima.

Avena. AVENA ALBA, J. B. Vulgaris ſive alba, B. P. *White Oats.* Seritur in agris communiter.

Avena nigra, B. P. J. B.

Nota Characteriſtica. Culmifera eſt, caule tereti, geniculato, concavo, paniculata ſeu jubata, grano oblongo glumâ craſſiore tecto.

Vires. Avena alimentum ſatis commodum multis noſtratium exhibet. Ejus farina ad Cataplaſmata utilis eſt: caliditatis enim particeps eſt, nec ventrem ſupprimit, quin multis aperit potius. Avena toſta in ſacculo dolenti parti applicata anodyna eſt.

Auricula muris. AURICULA muris pulchra flore albo, J. B. Lychnis caulibus ad genicula folioſis, Hiſt. *Oxon. Mouſe-ear with a large white flower.*

Auricula muris pulchro flore albo, folio tenuiſſimo, J. B. Lychnis minima foliis Laricis, ſeu tenuiſſimè diviſis, Hiſt. *Oxon.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter pentapetalas ut plurimùm ad medium bifidas, non capſulares.

CAPUT II.

Plantæ incipientes à Literâ B.

Barba capri. BARBA CAPRI floribus compactis, B. P. Ulmaria, J. B. Regina prati, *Ger. Meadow ſweet*, or *Queen of the Meadow.* Planta Officinalis eſt, quæ naſcitur in pratis humidis et ad rivulos paſſim.

Nota Characteriſtica. Eſt inter herbas ſemine nudo polyſpermas, flore nudo, polyphyllo, caule indeterminatè foliato ſpecioſum florum thyrſum proferente, radicibus fibroſis, ſeminibus incurvis in globulum congeſtis.

Vires. Planta ſudorifera et alexipharmaca eſt. Folia vino aut cereviſiæ immiſſa gratum ei ſaporem et odorem conciliant, non ſecus ac Pimpinellæ folia. Flores odoris grati cor exhilarant.

Bellis. BELLIS MAJOR, J. B. Major ſylveſtris caule folioſo, B. P. *The great or wild white Daiſy.* Officinalis eſt. In montanis et paſcuis naſcitur.

Bellis ſylveſtris minor, B. P. Minor ſylveſtris ſpontanea, J. B. *Common ſmall wild Daiſy.* Officinalis eſt. In paſcuis provenit.

Bellis pratenſis duplici florum ſerie, Hort. Reg. *Bleſenſis.*

Bellis minor ſylveſtris flore pleno.

Bellis minor ſylveſtris flore cœruleo.

Bellis minor ſylveſtris ſimplex, flore albo, prolifera. Eam inveni in colle prope Villam *Welhouſe* dictam in vicinià *Torphichen.*

Deſcriptio. Ex quatuor foliis humi repentibus oblongo-rotundis aſſurgit caulis tres digitos altus, quem ſex cingunt foliola, in quorum medio eſt flos, è cujus centro duo novi caules floribus albis ſimplicibus inſigniti protenduntur.

Nota Characteriſtica. Inter corymbiferas eſt Læves diſco radiato.

Vires. Majoris caule folioſo uſus eſt eximius in Phthiſi et Aſthmati. Minor frigida et ſicca eſt inſignis vulneraria. A quibuſdam exhibetur herba cum floribus infantibus ad alvum laxandam. Radices exteriùs ad Strumas et ſcrophulas cum ſucceſſu exhibentur.

Betæ maritimæ. BETA ſylveſtris maritima, B. P. Spontanea maritima communis viridis, Hiſt. *Oxon.*

Nota Characteriſtica. Inter mollientes eſt, foliis ſpiſſis, floribus herbaceis, ſemine rugoſo aut aculeato donatas.

Laxat

Laxat alvum ob nitrositatem. Errhinum est, præcipue radix: Succus ejus naribus exceptus sternutamenta proritat, & humores pituitosos è cerebro magnâ copiâ elicit. Plantulæ recentes cum radicibus leviter bullitæ ex aceto devoratæ cibi appetentiam afferunt, sitim compescunt, choleram in ventriculo reprimunt. Vires

BETONICA purpurea, B. P. Vulgaris purpurea, J. B. *Common Betony.* Officinalis Planta est. In a Bank near to *Echlin*, above the *Queensferry* in *West-Lothian.* *Betonica.*

Inter Plantas verticillatas floribus in spicas dispositis est densiores; verticillis proximè admotis, folio crenato, elatior. Nota Characteristica.

Calefacit & siccat, acris est & amara; discutit, attenuat, aperit & abstergit. Cephalica est, etiam vulneraria. Folia in usum veniunt maximè. Vires.

BETULA, B. P. Betula *Plinii* & σημύδα *Theophrasti*, J. B. The *Birch tree.* Officinalis est. In sylvis humidis nascitur. *Betula.*

Inter coniferas est succo aqueo præditas; foliis minoribus; conis minimis. Nota Characteristica.

Folia calefaciunt, siccant, attenuant, & abstergunt & aperiunt, in Hydrope utilia. Cortex, quia bituminosus, adhibetur in suffitibus aëri corrigendo dicatis. Fungus ejus vi pollet adstrictoriâ, & ejus ramenta Hæmorrhoïdibus insperfa fluxum cohibent. Veteres ante repertum chartæ usum in hujus cortice candido scribere soliti erant. Vires.

Ventriculi pecorum, quibus coagulum lactis parant, succo Betulæ conditi & macerati caseos omnes, qui eo coagulo coeunt, à vermibus asserunt. Trag.

Veris initiis, antequam folia prodiere, in trunco aut ramis vulnerata Betula dulcem succum copiosè effundit, qui multùm ad calculum commendatur à quibusdam. Eodem succo partim mero, partim cum melle cocto Phthisin Scorbuticam non semel curavit D. *Needham* apud *Raium.*

BIFOLIUM majus, sive Ophrys major quibusdam, J. B. Ophrys bifolia, B. P. *Twayblade.* In sylvis nascitur. *Bifolium.*

Inter bulbosis affines est, monopetala, radicibus fibrosis, foliis nervosis binis in caule oppositis; floribus labiatis & galeatis eleganti thyrso dispositis, quibus utriculi succedunt pulvisculo referti. Nota Characteristica.

Herba glutinans & vulneraria est. Vires.

BISTORTA major radice magis intortâ, B. P. Major rugosioribus foliis, J. B. *Great Bistort;* or *Snakeweed.* Officinalis planta est. *Bistorta.*

Bistorta Alpina minima sobolifera, Hist. *Oxon.* J. B. In the Park of *Drummond.* Nota Characteristica.

Inter herbas pentapetalas est semine triangulari donatas.

Adstringit validè radix & roborat. Alexipharmaca quoque est & vulneraria. Vires.

BLITUM polyspermum, B. P. Erectius sive 3 *Tragi*, J. B. *Upright Blite*, or *All-seed.* *Blitum.*

Inter mollientes est, floribus herbaceis, seminibus nigris, lucidis. Nota Characteristica.

Refrigerat & emollit. Vires.

BRASSICA maritima monospermos, B. P. Monospermos *Anglica*, J. B. Maritima major repens multiflora alba monospermos, Hist. *Oxon. Sea-Colewort.* Quidam pro olere edunt. *Brassica.*

Brassica sylvestris, J. B. Arvensis, C. B.

Notæ Characteristicæ & vires Brassicæ in Sativâ tradentur Libro sequente.

BRUNELLA major folio non dissecto, B. P. flore minore vulgari, J. B. *Common Self-heal.* Officinalis est. Variat floris colore albo, carneo. In pascuis provenit passim. *Brunellæ.*

Inter verticillatas est densiores, spicatas. Nota Characteristica.

Vulneraria insignis est, multi usûs in Anginâ & oris affectibus. Ardorem faucium & gutturis extinguit. Vires.

BUGLOSSUM sylvestre minus, B. P. Echium *Fuchsii*, sive Borago sylvestris J. B. *Wild*, or *Corn-Bugloss.* *Bugloſſum.*

Bugloſſum sylvestre caulibus procumbentibus, B. P. Borago minor sylvestris, *Col.* Alyssum *Germanicum* Echioïdes, *Lob. Small Wild Bugloss.* In arvis nascitur.

Nota Characteristica & vires in Sativo tradentur. Vires.

Cordiales censentur hujus quoque flores. *Bulbocastanum.*

BULBOCASTANUM, J. B. Minus, B. P. *Common Earth-nut.* Nota Characteristica.

Umbellifera est, semine minore & minus tumido, radice tuberosâ. Vires.

Radix estur cruda, cocta in jure carnium. Venerem stimulat, cruenta mingentibus & sequentibus auxiliatur.

BURSA pastoris, J. B. Major folio sinuato, B. P. Major capsulâ cordatâ, foliis laciniatis, Hist. *Oxon. Common Shepherds-purse.* Offic. Passim reperitur. *Bursa pastoris.*

Burſa paſtoris minor foliis inciſis & *Thalii*, B. P. Parvo folio glabro ſpiſſo, J. B. Minor capſulâ brevi cordatâ, foliis ſinuatis. Hiſt. *Oxon.*

Burſa paſtoris minor loculis oblongis, B. P. Hiſt. *Oxonienſis.* Burſa paſtoria minima oblongis ſiliquis, ſive verna loculo oblongo, J. B. Paronychia vulgaris Alſinefolia, *Park. Nail-wort.* or *Whitelow-graſs.*

Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa major, B. P. Burſa paſtoris, ſive Piloſella ſiliquoſa. J. B. Drabæ ſiliquoſæ ſimilis planta præcox annua, Hiſt. *Oxon. Great Nail-wort*, or *Codded Mouſe-ear.*

Vires. Burſa paſtoris refrigerat, exiccat, adſtringit, reprimit, in fluxibus alvi cruentis & ſputo ſanguinis utilis. Vulneraria eſt.

CAPUT III.

Plantæ incipientes à Literâ C.

Calamintha. CALAMINTHA arvenſis verticillata, B. P. Mentha arvenſis verticillata hirſuta, J. B. *Water Calamint with whorled Coronets.* In arvis naſcitur.

Nota Characteriſtica. Inter verticillatas eſt, floribus ad caulium nodos è foliorum alis exeuntibus pedicu-lis innitentibus, oblongis foliis & odore Menthæ.

Vires. Calefacit, ſiccat, attenuat; Menſes, urinam movet, ſtomachum corroborat, hepar reſerat, tuſſi medetur.

Caltha paluſtris. CALTHA PALUSTRIS, J. B. Paluſtris flore ſimplici, B. P. *Single Marſh Marigold.* In aquoſis & ad fluviorum ripas naſcitur.

Nota Characteriſtica. Thecas habet membranaceas, Aconiti inſtar, ſemenque inibi contentum.

Vires. Apum ictui foliorum ſuccus illitus ſuccurrit. Decocta planta inſeſſu infantium torminibus muliercularum experimento medetur. *Schwenckfelt* de Stirpibus *Sileſiæ.*

Campanula. CAMPANULA minor ſylveſtris rotundifolia vulgaris, B. P. Parva *Anguillaræ Cantabrica*, J. B. Vulgaris minor, foliis imis rotundioribus ſinuatis non ſerratis, Hiſt. *Oxon. The leſſer round-leaved* Bell-flower. In montoſis naſcitur.

Nota Characteriſtica. Inter herbas eſt flore monopetalo, uniformi, vaſculo diviſo in loculamenta terna, ſeminibus in ſingulis cellulis pluribus exiguis, lucidis. Lacteſcens & erecta flore campanam referente, margine in quinque plurimùm lacinias ſecto, flore ejuſque calyce vaſculo ſeminali inſidentibus, conceptaculis ſeminum brevibus & habitioribus, foliis levioribus, radice lignoſiore aut tenuiore.

Vires. Succus ex Campanulâ cæruleo flore expreſſus viridem efficit colorem, *Schwenkfelt* de Plantis *Sileſiæ.*

Trachelium. CAMPANULA pratenſis flore conglomerato, B. P. TRACHELIUM pratenſe flore conglomerato, Hiſt. *Oxon.* Trachelium minus multis, J. B. *Little Throat-wort*, or *Canterbury-bells.*

Campanula maxima foliis latiſſimis, B. P. Hiſt. *Oxon.* Pulchra à *Toſſano Carolo* miſſa, J. B. *Giant Throat-wort.*

Nota Characteriſtica. Convenit cum priore, niſi quòd ſit Trachelium hirſutis foliis.

Vires. Trachelium exiccat & aſtringit: unde decoctum illius ad oris, uvulæ et tonſillarum inflammationes et exulcerationes incipientes, aliaque ejuſmodi mala, quæ adſtrictione indigent, confert. Radix tenera in acetariis apta, jejunio verno præſertim. *Lob.*

Cannabis. CANNABIS ſativa, B. P. Mas et fœmina, J. B. *Hemp male* and *female.* Officinalis eſt. Seritur in agris.

Nota Characteriſtica. Inter herbas eſt flore imperfecto ſeu ſtamineo, erectis ſeminibus ex adverſo binis, digitatis.

Vires. Semen lacte decoctum tuſſi opitulatur. Emulſio ſeminis ictero prodeſt. *Perſæ* ſemen pro Veneris incentivo uſurpant. Herbæ ſuccus inſtillatus aurium dolores ab obſtructione natos ſanare traditur.

Ex ejus corticibus linteamina fiunt.

CAR-

CARDUUS vinearum repens folio Sonchi, B. P. Serpens lævicaulis, J. B. *Common Way-Thiſtle*, or *Creeping Thiſtle*. In arvis frequens. *Carduus.*

Carduus viarum repens flore albo.

Carduus albis maculis notatus vulgaris, B. P. *Marianus*, ſive lacteis maculis notatus, J. B. *The milkie Thiſtle*, or *Our Ladies Thiſtle*. Officinalis eſt. Ad agrorum margines naſcitur.

Carduus nutans, J. B. Cirſium tertium totâ ſuâ ſtirpe magis ſpinoſum, *Dod. Thiſtle with a bending head.*

Carduus polyacanthus primus, *Ger.* Polyacantha, *Tab. Thiſtle upon Thiſtle.*

Carduus Polyacanthus ſecundus, Polyacantha, *Lob.* *Welted Thiſtle with ſmall flowers.*

Carduus paluſtris, B. P. Caule criſpo, J. B. *The Marſh Thiſtle.*

Carduus paluſtris flore albo.

Carduus lanceatus latifolius, B. P. Lanceatus ſive ſylveſtris, *Dod.* J. B. *The Spear Thiſtle.*

Carduus ſtellatus, ſive Calcitrapa, J. B. Stellatus ſive Stellatus foliis Papaveris erratici, C. B. By the Sea-ſide betwixt *Blackneſs* and the *Queenſferry.*

Carduus tomentoſus Corona fratrum dictus, Park. Capite tomentoſo, J. B. Sphærocephalus quintus, ſive Carduus capite rotundo tomentoſo, C. B. cum priore.

Ex plagâ Auſtrali *Scotiæ* allatus eſt mihi carduus monſtroſus in agris ſponte naſcens, capite pyramidali a caule in latam baſin aſſurgente, flore quoque faſciato & compreſſo innumeris capitulis referto.

Inter herbas capitatas eſt, flore ex floſculis fiſtularibus compoſito. Nota Characteriſtica.

Egregius eſt locus *Plinii* de Aculeatis, „Rerum naturam certè non defuiſſe nobis „docebimus, & inviſis quoque herbis inſeruiſſe remedia: quippe cum Medicinas dede- „rit etiam aculeatis. Hæc enim proximè reſtant ex his, quas priori libro nominavi- „mus, in quibus ipſis providentiam Naturæ ſatis admirari amplectique non eſt. De- „derat, quas diximus, molles cibiſque gratas. Pinxerat remedia in floribus, viſuque „ipſo animos invitaverat, etiam deliciis auxilia permiſcens. Inde excogitavit aliquas „aſpectu hiſpidas, tactu truces, ut tantùm non vocem ipſius fingentis illas, rationem- „que reddentis exaudire videamus, ne ſe depaſcat avida quadrupes, ne procaces ma- „nus rapiant, ne neglecta veſtigia obterant, ne inſidens ales infringat, his muniendo „aculeis, teliſque armando, remediis ut tuta ac ſalva ſint. Ita hoc quoque, quod in „in iis odimus, hominum cauſâ excogitatum eſt. Hiſt. Nat. Lib. 22 Cap. 6. Egregius *Plinii* locus de Aculeatis.

Cardui cujuſque ſemen diureticum eſt. Vires.

Cardui viarum ſemen potum laterum doloribus remedio eſt. Cardui *Mariæ* decoctum datur utiliter ad jecinoris & vaſorum infarctus & remorantes urinas. Aqua è foliis deſtillata laterum morbo medetur. Semen uſûs eſt eximii in Emulſionibus. Aqua deſtillata præcipui uſûs eſt in phagedænis & ulceribus erodentibus, ſi linteamina probè humectentur illâ aquâ & ulceribus imponantur.

Folia tenera, demptis aculeis, oleribus adduntur à quibuſdam. *Caryophyllata.*

CARYOPHYLLATA montana purpurea, *Ger.* Aquatica nutante flore, B. P. Aquatica flore rubro ſtriato, J. B. Aquatica nutante flore purpureo Calathi effigie, Hiſt. *Oxon. Purple Mountain-Avens.*

Caryophyllata montana purpurea, flore uno alteri innato, ſive duplici.

Reperta eſt à me hæc Caryophyllata, flore triplici, ſecundo primi, tertio ſecundi Calyci innato in *Carribber-Bank in Weſt-Lothian.*

Caryophyllata vulgaris, B. P. Flore parvo luteo, J. B. *Avens, Herb Bennet.* Officinalis eſt.

Caryophyllata flore majore, C. B. Montana vulgari ſimilis *Camerarii.* In the *Den of Bethaick.*

Caryophyllata Pentaphyllæa, *Ger.* Alpina quinquefolia, B. P. In the *Den of Bethaick*, & elſewhere.

Eſt inter herbas ſemine nudo polyſpermas, flore decaphyllo, ſeu in decem ſegmenta diviſo à flore ſuperſtite, ſeminibus caudatis appendicibus uncinatis aut plumoſis adhærentibus, foliis pinnatis radice aromaticâ. Nota Characteriſtica.

Subadſtringit, roborat, diſcutit in vino pota; cor exhilarat, cerebrum roborat, ſpiritus tum vitales tum animales recreans, Ventriculi inteſtinorumque dolores à flatibus ſubortos lenit, concoctionem provocat. Etiam contra venena utilis eſt, cephalica & cardiaca eſt. Radix cereviſiæ infuſa viſcera & articulos roborat, eximii uſûs quoque in Febri- Vires.

bus Tertianis Dysentericis & sanguinem expuentibus radicis pulvis epotus prodest. Vulneraria Planta est.

Caryophyllus. CARYOPHYLLUS virgineus, *Ger.* Sylvestris humilis flore unico, B. P. Sylvestris pusillus omnium minimus unico flore, Hist. *Oxon.* Betonica coronaria, sive Caryophyllea repens rubra, J. B. *Maiden Pink.* Upon a hill near *Perth.*

Caryophyllus pratensis laciniato flore simplici, sive flos cuculi, B. P. Lychnis Pratensis flore laciniato simplici, Hist. *Oxon.* Flos cuculi, Odontis quibusdam, J. B. *Meadow Pinks, wild Williams.*

Caryophyllus arvensis glaber flore minore, B. P. Lychnis arvensis glabra flore minore, Hist. *Oxon.* Gramini *Fuchsii* Leucanthemo affinis & similis herba, J. B. The *lesser Stitch-wort.*

Caryophyllus minimus muscosus nostras, *Park* Saxifraga *Anglicana* Alsinefolia, *Ger. Chick-weed Break-stone.*

Caryophyllus montanus minor, B. P. Caryophyllus flos aphyllocaulos vel junceus minor, J. B, *Thrift*, or *Sea-Gilloflower.*

Nota Characteristica. Inter pentapetalas est ut plurimùm ad medium bifidas unicapsulares.

Vires. Caryophyllus sylvestris à *Schwenckfelt* adversus calculum & morbum comitialem commendatur.

Caucalis. CAUCALIS semine aspero, flosculis rubentibus, B. P. Anthriscus quorundam semine aspero hispido, J. B. *Hedge-Parsly.*

Caucalis segetum minor Anthrisco hispido similis, *I. Ray. Small* Corn Parsly.

Caucalis *Anglica* flore rubente, *Park.* Lato Apii folio, B. P. Lappula canaria latifolia, sive Caucalis, J. B.

Caucalis nodosa echinato semine, B. P. Nodosa echinato semine Anthrisco hispido affinis, si non ejus varietas, J. B. *Knotted Hedge*-Parsly.

Locus. Inter segetes & in agrorum marginibus nascitur.

Nota Characteristica. Inter umbellatas est semine echinato seu aculeato dentatas.

Vires. Urinas & menses ciet, calculos & arenulas dissolvit.

Centaurium. CENTAURIUM minus, B. P. Minus flore purpureo, J. B. *Small Centaury.* Officinalis planta est. In agris siccioribus nascitur.

Centaurium minus flore albo.

Nota Characteristica. Inter Anomalas est flore pentapetaloide, pericarpiis semine minutissimo refertis, nullâ intus lanâ, floribus in summis caulibus & ramulis crebris, sapore amaro insignes, flore è tubo oblongo in quinque segmenta acuta expanso.

Vires. Alvum purgat, bilem crassam pituitamque educit, jecoris & lienis obstructiones tollit, tertianam & icterum sanat, putredini resistit, alvi tineas pellit, menstrua movet. Vulneraria est, ulcera detergens. *Schwenckfelt* de Plantis *Silesiæ.*

Cerasus. CERASUS sylvestris fructu rubro, J. B. *Common wild Cherry.*

Cerasus sylvestris fructu nigro, J. B. Major ac sylvestris fructu subdulci nigro colore inficiente, B. P. *The common black Cherry.* Officinalis est.

Nota Characteristica. Cerasus racemosa fructu non eduli, B P. Racemosa quibusdam, aliis Padus, J. B. Avium nigra & racemosa, *Ger. Birds-Cherry.* In sylvis.

Vires. Inter pruniferas est, unoquoque seorsim privato suo pediculo hærente, pluribus ex eodem nodulo erumpentibus confertis pulpâ copiosâ.

Recentia cerasa alvum laxant, dulcia alvum subducunt; acida & austera refrigerant & adstringunt parùm. Aqua acidorum stillatitia, ut & cerasa ipsa, febrilem ardorem compescunt; sitim extinguunt & cibi appetentiam conciliant.

Cerasa dulcia; ut & aquâ ex iis destillata, in Epilepticis, Paralyticis & Apoplecticis multùm commendantur. Melancholicis & Calculosis conducunt.

Oleum è nucleis Cerasorum per expressionem maculas & lentigines aufert. Utile quoque Arthritidi, Calculo Renum et Vesicæ. Gummi quoque Cerasi celebratur ob vim lithontripticam.

Chærephyllum sylvestre. CHÆREPHYLLUM sylvestre, B. P. Anthriscus *Plinii* quibusdam, semine longo Cicutariæ aut Chærephylli, J. B. *Common wild Cherevill.*

Nota Characteristica et vires in Sativo tradentur.

Chamæcistus vulgaris. CHAMÆCISTUS vulgaris flore luteo, B. P. *Dwarf Cistus*, or *little Sun-flower.* Passim. Reperitur flore albo quandoque.

Nota Characteristica. Est inter herbas flore pentapetalo, foliis integris in caule conjugatim dispositis, calycibus triphyllis seu trifidis, vasculis seminalibus trigonis.

Vires. Vulneraria Planta est et adstringens, in sputo sanguinis et alvi profluvio utilis.

CHA-

CHAMÆDRYS ſylveſtris, *Ger.* Spuria latifolia ſive fœmina, J. B. Spuria minor rotundifolia, B. P. Veronica minor foliis imis rotundioribus, Hiſt. *Oxon.* *Wild Germander.* In ſylvis. *Chamædrys ſylveſtris.*

Eſt inter plantas ſiliculoſas, tetrapetalas, bicapſulares, ſepto medio ſiliculam dirimente: eſt enim Veronicæ ſpecies.

CHAMÆMELUM inodorum, B. P. Inodorum ſive non fœtidum, J. B. *May-weed*, or *Dogs-Camomile.* *Chamæmelum ſylveſtre.*

Chamæmelum inodorum, ſive Cotula non fœtida flore pleno.

Chamæmelum fœtidum, B. P. Fœtidum ſive Cotula fœtida, J. B. *Stinking May-weed.* Paſſim.

Inter herbas corymbiferas eſt, flore compoſito, diſcoide, floribus ſparſis, foliis multifariam in ſegmenta tenuiſſima diviſis. Nota Characteriſtica.

Cotulæ fœtidæ decoctum à nonnullis ad ſcrophulas cum ſucceſſu propinari ſolet. Bilem atram atque pituitam per inferna ducit. Aſthmaticis, Calculoſis, Melancholicis & Vertiginoſis prodeſt. Vino decocta bibitur adverſus Hydropem, Cachexiam & uteri ſtrangulationem, & Icterum curat. Lotio pedum ex ejus florum decocto Hyſtericis prodeſt. Guſtu amara eſt, odore fœtido, ſubviroſo. *Schwenckfelt.* Vires.

Cotula non fœtida ad vulnera commendatur.

CHAMÆMORUS foliis Ribes *Anglica*, B. P. Rubo Idæo minori affinis Chamæmorus, J. B. *Kuot-berry*, or *Cloud-berry.* *Chamæmorus.*

Inter Frutices bacciferos eſt foliis Ribes, fructu minore flavi coloris, Rubi Idæi fructui affini. Nota Characteriſtica.

Multùm commendantur ejus fructus adverſus Scorbutum. Vires.

Chelidonia rotundifolia minor, B. P. Scrophularia minor, ſive Chelidonium minus vulgò dictum, J. B. Ranunculus præcox rotundifolius granulatâ radice, *Pilewort*, or *Leſſer Celandine.* In humidis. *Chelidonium minus.*

Nota Characteriſtica tradetur in Ranunculis.

Extrinſecùs ſpecificè mariſcas ſive ficos ani cutat, dentiumque putredini maximoperè ſubvenit. *Schroderus.* Vires.

CHRYSANTHEMUM ſegetum, folio minùs ſecto glauco, J. B. Bellis lutea foliis profundè inciſis major, B. P. *Corn-Marigold.* Inter ſegetes provenit. *Chryſanthemum.*

Inter corymbiferas eſt, radice fibroſâ, foliis laciniatis. Nota Characteriſtica.

CICERI ſylveſtri minori affinis, ſi non idem, B. P. Glaux *Dioſcoridis*, Ger. *Hiſpanica Cluſii*, Hiſt. *Oxonien. Cluſius his Spaniſh Milk-wort.* *Cicer ſylveſtre.*

Inter legumina eſt non ſcandentia ſiliquis erectis. Nota Characteriſtica

CICHOREUM pratenſe luteum lævius, B. P. Hieracium luteum glabrum, ſive minus hirſutum, J. B. *Cichoreum pratenſe.*

Character & vires in Hieracio tradentur. *Cicuta.*

CICUTA major, B. P. Cicuta Veteribus & Neotricis, J. B. *Common Hemlock.* Officinalis eſt Paſſim propè urbes provenit.

Cicuta minor Petroſelino ſimilis, B. P. Cicutaria Apii folio, J. B. Nota Characteriſtica.

Inter umbelliferas eſt, ſemine craſſiore, terreſtris fœtida, ſucco viroſo. Vires.

Facultatis extremè refrigerantis eſt, venenata. Lac extinguit mammis impoſita. Succus Emplaſtro Splenetico incoctus extrinſecùs adhibetur in tumore Lienis. Anodyna eſt; tumores duros & Ganglia potenter diſcutit in Cataplaſmatis & in Emplaſtro de Cicuta cum Ammoniaco.

Alutarii noſtri Lixivio Cicutæ ad id genus Corii parandum (quod *Chambo* dicitur) utuntur. Uſus Mechanicus.

CIRSIUM majus ſingulari capitulo magno, vel incanum variè diſſectum, B. P. *Anglicum* radice Hellebori nigri modo fibroſâ, folio oblongo, J. B. The *Engliſh ſoft or gentle Thiſtle.* In paludibus provenit. *Cirſium.*

Inter capitatas eſt, flore ex floſculis fiſtularibus compoſito. Nota Characteriſtica.

Pabulum, dum tenellum & recens, pecori gratum. Vires.

Clinopodium Origano ſimile, B. P. Quorundam Origani facie, J. B. Acinos, *Ger.* *Great Wild Baſill.* In *Buden-hill* near the *Kippis* in *Weſt-Lothian.* *Clinopodium*

Inter verticillatas eſt, verticillis denſè ſtipatis, multis floribus congeſtis. Nota Characteriſtica.

Calefacit, ſiccat, caput & viſcera roborat, partes imbecillas confortat. *Schwenckfelt.*

COCHLEARIA folio ſubrotundo, B. P. Cochlearia, J. B. Major *Batavica* ſubrotundo folio, Hiſt. *Oxon. Dutch Scurvy-graſs.* Officinalis eſt. *Cochlearia.*

Cochlearia minor rotundifolia, *The leſſer round-leaved Scurvy-graſs.*

Cochlearia folio ſinuato, B. P. *Britannica* folio ſinuato, Hiſt. *Oxon. Common* Sea-Scurvy-graſs. Officinalis eſt. In the North by the Sea-ſide, and upon the Rocks of *Inch-Columb.* Rotundifolia in montibus quoque *Tuediæ* provenit.

Nota Characteriſtica. Eſt inter ſiliculoſas tetrapetalas bicapſulares.

Vires. Cochlearia calefacit & ſiccat. Sale volatili abundat. Morbis medetur, qui oriuntur à ſale fixo redundante, Scorbuto imprimis. Infuſa aut ſuccus expreſſus efficaciora ſunt.

Conſolida. CONSOLIDA media pratenſis cærulea, B. P. Media quibuſdam Bugula, J. B. *Common Bugle.* Paſſim provenit. Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Reperitur etiam flore albo.

Verticillata eſt ex Galeâ carentibus labiatis.

Vires. Vulneraria eſt tam intrinſecùs quàm extrinſecùs adhibita. Hepatis quoque obſtructioni confert.

Convolvulus. CONVOLVULUS minor arvenſis, B. P. Vulgaris flore minore albo vel purpureo, Hiſt. *Oxon.* Helxine Ciſſampelos multis ſive Convolvulus minor, J. B. Small Bind-weed. In arvis.

Convolvulus minor ſemine triangulo, B. P. Helxine ſemine triangulo, J. B. Frumentum *Saracenicum* alterum Convolvuli modo ſcandens, ſemine triangulo minore nigro, Hiſt. *Oxonien. Black Bind-weed.* Inter ſegetes.

Convolvulus major albus, B. P. Major, J. B. Vulgaris major albus, ſeu flore majore albo, Hiſt. *Oxon. Great White* Bind-weed. Near the *Abbay.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas ſcandentes, campanulatas, lacteſcentes, flore monopetalo, uniformi, vaſculo diviſo in loculamenta terna, ſeminibus in ſingulis cellulis binis majuſculis.

Vires. Major Melancholiam purgat. Semen è vino Stranguriæ medetur. *Schwenckfelt.*

Niger alvum, ut Atriplex, lubricare creditur. Vulgus decocto contra tormina ventris utitur. *Schwenckfelt.*

Minoris arvenſis ſuccus alvum ſubducit. Cum ſale & aceto illitus cutis ſorditates & ſcabiem delet. Folia miſcentur inſeſſibus ad Calculum & Stranguriam. *Schwenkfelt* de Plantis *Sileſiæ* ſponte naſcentibus.

Quibuſdam, ob vim Catharticam, Scammonium *Germanicum* dictum.

Prævotius in *Medicina Pauperum* inter benignè Bilem evacuantia enumerat decoctum à M. j. ad jj.

Corallina. CORALLINA. Vide Muſcus.

Cornus. CORNUS fœmina, B. P. Fœmina putata Virga ſanguinea, J. B. *The female Cornell or Dog-berry-tree.* In ſepibus & dumetis.

Nota Characteriſtica. Inter pruniferas eſt, flore luteo aut herbido, oſſiculo fructûs duriore, tereti.

Uſus mechanicus. E Cornûs fœminæ baccis *Ananienſia* rura in agro *Tridentino* oleum conficiunt ad Lucernarum uſum, expreſſis Torculari, decoctis priùs in aquâ. *Matthiolus.*

Coronopus ſylveſtris. CORONOPUS ſylveſtris hirſutior, B. P. Coronopus, ſive Cornu Cervinum vulgo, ſpicâ Plantaginis, J. B. *Buck-horn-Plantain.* Officinalis eſt. Paſſim reperitur locis aridioribus.

Nota Characteriſtica. Inter Herbas eſt flore tetrapetalo uniformi anomalas. Ipſa autem flores habet ſtaminoſos in ſpicas congeſtos. Floſculorum tubi in vaſcula ſeminalia elliptica intumeſcunt, ſeminibus intus binis puliciformibus.

Vires in Plantagine tradentur.

Corylus. CORYLUS ſylveſtris, B. P. Corylus, ſive Nux Avellana ſylveſtris, J. B. *Common Haſe-nut.* Frequens in nemoribus.

Nota Characteriſtica. Inter nuciferas eſt arbores, nuce fragili & durâ ſeu teſtaceâ, tegumento exteriore ſummâ parte aperto, tenui & membranacco.

Vires. Jüli refrigerant & ſiccant cum adſtrictione, ventris fluxiones ſiſtunt.

Nuces Avellanæ ex *Plinio* pinguedini corporis conferunt.

Uſus mechanicus. Ex virgis ſeu ſtolonibus Coryli Circuli doliares confici ſolent. Ex ligno ejus Carbones parant Pictores ad delineationes commodos. *Raius* in Catalogo Plant. *Angliæ.*

Cotyledon. COTYLEDON hirſuta, J. *Raii Hairy Kidney-wort.* Loca humida ſectatur.

Nota Characteriſtica. Inter pentapetalas eſt, foliolis albis, mucrone acuto, duabus maculis flavis verſus ungues notatis. Stamina decem purpurantibus apiculis coronata continent flores. Vaſculum ſeminale breve eſt, craſſum, bicorne. Semen parvum, rotundum, obſcuriùs ruſſum.

Crithmum. CRITHMUM, ſive Fœniculum marinum minus, B. P. Crithmum multis, ſive Fœnicu-

Fœniculum marinum, J. B. *Sampier.* Officinalis. It groweth upon the Rocks towards the Sea in *Galloway.*

Inter umbelliferas eſt ſemine ſtriato majore donatas. Nota Characteriſtica. Vires.

Crithmum in muriâ conditum ventriculo prodeſt, eſtque palato admodùm gratum. Urinam moderatè provocat. Viſcera ab obſtructionibus expedit, & appetentiam ciborum excitat.

CRUCIATA vulgaris hirſuta, B. P. Gallium latifolium, Cruciata quibuſdam flore luteo, J. B. *Croſs-wort.* Ad ſepes & in dumetis. *Cruciata.*

Inter ſtellatas eſt floribus quadrifoliis, floribus & ſeminibus caules ad genicula verticillatim ambientibus. Nota Characteriſtica.

Siccat, adſtringit, vulneraria eſt. Ad ramices valet in vino pota. Vires.

CYANUS, J. B. Segetum, B. P. *Common Blew-bottle.* Inter ſegetes. *Cyanus.*

Inter herbas eſt capitatas, calyce ſquamoſo in ventrem extumeſcente, capitulis mollibus ſeu ſpinis carentibus, floſculis marginalibus minùs profundè diſſectis. Nota Characteriſtica.

Refrigerat, ſiccat, glutinat. Venenis reſiſtit, præſtat ad peſtilentiales & pernicioſas febres. Aqua quoque in oculorum inflammationibus magnæ commendationis. *Schwenckfelt.* Succus florum inſtillatus valet ad putrida ulcera. Vires.

Flores in ſpiritu vini aut aquâ communi macerati ſuo eam colore imbuunt, itemque Saccharo elegantem colorem communicant. J. *Raius.*

CYNOGLOSSUM majus vulgare, B. P. Vulgare, J. B. *Common* Hounds-tongue. Officinalis eſt. Paſſim ad vias. *Cynogloſſum.*

Cynogloſſum majus flore albo, *White-flowered Hounds-tongue.*

Eſt inter Herbas aſperifolias, flore monopetalo, marginibus quinque partitis. Singulis floribus ſuccedunt ſemina quaterna perianthio breviore, & ad modum floris expanſo, ſeminibus aſperis & lappaceis, foliis graviter odoratis. Nota Characteriſtica.

Manifeſtè refrigerat & ſiccat, incraſſat, dolorem lenit & majorem affluxum prohibet. Radix ſanguinem excreantibus ex aquâ Plantaginis aut Prunellæ cocta exhibetur. Fotu dolorem Hæmorrhoidum demulcet egregiè. Folia igni ſacro medentur, ad canis rabidi morſum valent. Flores Sacchato conſervantur adverſus Pleureſin & Hæmoptyſin. *Schwenckfelt.* Uſus ejus quoque eſt in ſiſtendo fluxu alvi, Gonorrhœâ ac Catarrhis exiccandis. Ad omnis generis ulcera & vulnera conducit. *Matthiolus.* In Strumis & Scrophulis Cynogloſſæ radix cum intus in Decoctione, tum extra in Cataplaſmatis formâ ſummo cum ſucceſſu adhiberi ſolet. Vires.

Nobilis Vir D. *Patricius Moravius* Baro de *Leviſton* Rei Botanicæ ſtudioſiſſimus cultor (dum viveret) magno cum ſucceſſu Emplaſtro & Linimento (quorum ipſe Auctor fuit) & in ſe & in aliis ſcrophuloſis & ſtrumoſis uſus eſt. Quæ hic apponenda duxi, quòd Cynogloſſum unum ex Ingredientibus eſſet, & quòd pro gratâ clariſſimi Viri memoriâ Monumenta publica futura ſint Remedia iſta Euporiſta, multæ in tumoribus & ulceribus ſcrophuloſis debellandis efficaciæ. Mihi autem communicata fuit eorum deſcriptio à Nobili Dominâ de *Elieſton* dicti Baronis Sorore.

Linimenti deſcriptio.

Linimentum D. *Moravii* ad Scrophulas.

Sumantur tres Talpæ, quæ coquantur in tribus pintis Alæ ad remanentiam unius Chopinæ. Dein fiat expreſſio; colatura erit conſiſtentiæ Linimenti. Hoc pars affecta ungenda eſt.

Dein applicetur ſequens Emplaſtrum.

Ejuſdem Emplaſtrum ad ſcrophulas.

Recipe *Axungiæ porcinæ Libra unica*
Solvatur moderato ignis calore.
Tunc
Recipe *Foliorum Scrophulariæ,*
Cynogloſſi,
Lamii flore albo,
Digitalis; ana partes æquales, *q. ſ.*

In minutas partes conſcindantur & in Axungiâ porcinâ coquantur igne temperato, repetendo ter aut quater coctionem, uſque dum Unguentum ſaturati viroris ſit. Tunc appendatur in Libra Unguentum, ſumendo dimidium pondus ejus, Ceræ & Reſinæ tantundem, Terebinthinæ uncias duas, viridis æris unciam unicam. Diſſolvantur ſimul omnia, tunc per linteum colentur, & fiat Emplaſtri Maſſa.

Cujus ſufficiens quantitas pro parte affectâ extendatur ſuper Alutâ, & applicetur parti affectæ.

Et cùm hæc ex Indigenis Medicamentis conſtent, facili certè pretio parari poſſunt à cujuſvis conditionis hominibus.

CAPUT IV.

Plantæ incipientes à Literâ D:

Dens Leonis. DENS LEONIS latiore folio, B. P. Hedypnoïs, ſive Dens Leonis *Fuchſii*, J. B. *Dandelion.* Officinalis eſt. Paſſim provenit.

Nota Characteriſtica. Inter Herbas eſt flore compoſito, naturâ pleno lacteſcentes, ſeminibus pappoſis, minoribus foliis laciniatis, caule nudo, flore magno.

Vires. Adſtringit, roborat, amaricat, abſtergit; hepatis obſtructiones reſerat, urinas ciet. Herba contrita & impoſita omnem inflammationem nigricantium & adurentium puſtularum compeſcit. Liquor ſtillatitius cum ſucco Violarum à fœminis infantibus Epilepticis inſtillatur, medetur Pleuriticis & Tuſſientibus, & ſomnum conciliat. *Schwenckfelt.* Uſus quoque ejus eſt in Febribus putridis.

Digitalis. DIGITALIS purpurea folio aſpero, B. P. Purple Fox-gloves. Officinalis. Paſſim inter ſaxa in montibus.

Digitalis vulgaris flore albo. Said to grow in the *Forreſt.*

Nota Characteriſtica. Bicapſularis monopetala eſt. Vaſculum autem ejus pyramidale ſeu coniforme multa minuta ſemina continet.

Ephemerum *Dioſcoridis.* Ex mente *Fabii Columnæ* Ephemerum eſt *Dioſcoridis*, cum quo in multis tum figurâ tum viribus convenit.

Vires. Digitali vis calefaciens & ſiccans ineſt, & vulneraria eſt. Unde *Itali* dicunt, *Aralda* (quod Digitalis nomen apud illos eſt) *tutte piaghe ſalda*; Omnium ſc. vulnerum eſt ferruminatrix, ut tradit *Columna.* *Cæſalpinus* quoque dicit herbam guſtu amaram, & ſubacrem glutinoſamque ad omnia vulnera codſolidanda celebrem.

Aliqui Digitalem purpuream ad purgationes adhibent, ſed eæ minùs tutæ ſunt: mihi enim retulit Clariſſimus Vir D. *Brisby* M. D. Obſervatum à ſe ex quinque Ægris propè *Britannodunum*, qui Decoctum Digitalis ex conſilio cujuſdam Empirici aſſumpſerant, tres ex ſuperpurgationibus ſurſum et deorſum mortuos fuiſſe, duos ægrè admodùm valetudinem recuperâſſe.

Narravit mihi illuſtris Matrona apud ſuos in curationibus quorundam Morborum celebris, Se cum fructu uſurpare Digitalem vulgarem in Epilepſiâ curandâ. Plura adjicere noluit ſecreto ſuo confiſa.

Sed mihi non placet internus ejus uſus, cùm violentè nimis operetur: nec uſûs interni Ephemeri *Dioſcoridis* (quod ſciam) ulla mentio fit apud Veteres.

Externus uſus egregius eſt tam in vulneribus quàm ulceribus ſanandis, præſertim in ſcrophuloſorum et ſtrumoſorum ulceribus humidis et purè manantibus, quibus unguentum ex floribus aut plantæ primis germinibus ſummæ efficaciæ eſt.

Narravit mihi illuſtris Matrona, Filiam ſuam natu maximam (quæ nunc aliquot liberorum mater eſt) infantem à Rachitide, quâ valdè afficiebatur, curatam fuiſſe à Milite Anglo uſu Unguenti ex Digitali parati, quo partes affectæ inunctæ fuerunt, tempore operationis Medicamenti ad ſummas anguſtias redactam fuiſſe, evaſiſſe tamen à Morbo liberam.

Dipſacus. DIPSACUS ſylveſtris aut Virga paſtoris major, B. P. Sylveſtris, ſive Labrum *Veneris*, J. B. *The great wild Teaſel*, or *Venus Baſon.* Officinalis eſt. Upon a Brae below the Caſtle of *Abercorn.*

Nota Characteriſtica. Inter capitatas eſt, capitulis è ſquamis ſinubus ſuis ſemina amplexis, in mucrones longos, rectos, molles exeuntibus,

Vires. Uſus, præcipuè in Rhagadibus ani ſolidandis (decoctæ in vino) commendatur, et in Verrucis abigendis. *Schroderus.* Aqua, quæ in foliorum concavo reperitur, caliginoſis et rubentibus oculis prodeſt. Eadem maculas faciei emendat et exterit. *Tragus.*

DRA-

DRACUNCULUS pratensis serrato folio, B. P. Ptarmica *Ger.* Vulgaris folio longo serrato, flore albo, J. B. *Common Sneese-wort.* Officinalis est. In pratis nascitur. *Dracunculus pratensis.*

Inter corymbiferas est. Nota Characteristica.

Gustu est acri & fervido. Siccæ pulvis naribus inditus sternutationem movet. Radix commansa caput purgat, & dentium dolores mulcet, pituitam eliciendo. Herba cruda additur Acetariis; ad frigiditatem eorum temperandam aut corrigendam. Vires.

CAPUT V.

Plantæ à Litera E *incipientes.*

ECHIUM Scorpioïdes arvense, B. P. Scorpioïdes Solisequium flore minore, J. B. *Mouse-ear* Scorpion-Grass. *Echium.*

Echium Scorpioïdes minus floseulis luteis, B. P. Myosotis Scorpioïdes minor floseulis luteis, *Park. Small yellow flowered Scorpion-Grass.*

Echium vulgare, B. P. *Common Vipers-Bugloss.*

Echium flore albo.

In campestribus & inter segetes. Locus.

Echium est inter herbas asperifolias, floribus monopetalis, marginibus quinquepartitis, seminibus ad singulos flores quaternis, perianthio breviore, seminibus rugosis caput viperinum referentibus, flore corniculato parte superiore longiùs excurrente, inferiore breviore. Nota Characteristica.

Adversus Serpentum & viperarum morsus commendatur. *Schwenckfelt.* Vires.

EQUISETUM arvense longioribus setis, B. P. Minus terrestre, J. B. *Common horse-tail.* Officinalis est. Passim in arvis provenit. *Equisetum.*

Multæ ejus species apud nos reperiuntur, quas hic enumerare non est opus.

Est inter herbas, semine minutissimo, vix conspicuo, polyphyllas, foliis teretibus caules ad nodos in orbem ambientibus radiorum in modum, foliis et caulibus pyxidatim articulatis. Nota Characteristica.

Siccat et adstringit validè. Vulneraria est, ad Dysenteriam et alios ventris fluxus utile Hæmorragias sistit. Vires.

Rusticæ mulieres utuntur ad purganda vasa stannea, æneaque, atque etiam lignea. Pictoribus quoque in usu est. *Schwenckfelt.* Usus Mechanicus.

ERICA baccifera procumbens nigra, B. P. Baccifera, *Matth.* J. B. *Berry-bearing Heath.* *Erica.*

Erica vulgaris glabra, B. P. Vulgaris humilis semper virens, flore purpureo & albo, J. B. *Common Heather.*

Erica Myricæ folio, tomentosis et incanis foliis *Clusio*, J. B. Myricæ folio hirsuta, B. P.

Erica humilis cortice cineritio, Arbuti flore, B. P. Ramulis ternis floribus saturatioribus purpureis, J. B.

Erica ex rubro nigricans scoparia, B. P. Brabantica folio Coridis hirsuto quaterno, J. B. *Low-Dutch-Heath*, or Broom-Heath.

Inter Frutices est seminibus, vasculis inclusis, foliis semper virentibus, parvis & angustis floseulis in plerisque speciebus urceoli figurâ. Nota Characteristica.

Apud *Dioscoridem* Ericæ coma & flos imposita Serpentum morsus sanant. *Galeno* digerendi per habitum facultatem obtinet. *Paulo* vi pollet discutiente citra rosionem. Vires.

Florum Decoctum lumborum ac ventris dolores lenire potest. Succus ex foliis floribusque elicitus oculis imbecillibus guttatim instillatus, aut foris inunctus confert. Aqua stillata ruborem oculorum tollit & dolorem mitigat. Aqua, in quâ Erica decocta sit, sumpta tepidè tam manè quàm vesperi triginta dies, quinque unciarum pondere, tribus horis ante cibum valet ad Vesicæ calculos comminuendos & expellendos, si Ægri in Balneo ejusdem Ericæ Decocti super Ericam decoctam sederint aliquoties. Ex Ericæ quoque floribus Balneum paratur ad Podagram Sudatorium, quo viscida materia doloris Articularis causa dissipatur. Valent etiam ex iis Balneum & fomenta ad Paralytica membra roboranda. Oleum

ex Ericæ floribus confectum ad tollendos Herpetes fœdos & inveteratos faciem occupantes conducit. Calefacit & digerit, & in Lienis affectibus quoque commendatur, imò & Colicâ laborantibus utiliter exhibetur.

Flores Ericæ candido flore ex vino rubro poti album menſtruorum fluxum immodicum abſumunt, mulierculârum experimento.

Wilhelmus Ten Rhyne M. D. Diſſertatione de Arthritide.

In *Hithlandiâ* (quæ *Schetlandia* noſtra eſt) ubi cœli rigiditas & ſoli aſperitas, duræque & longæ hyemes nullam ſinunt arborem, & quæ egenos admodùm plantarum fœtus, parca medicamina ſuppeditat, illic benigna Natura Panaceam ex Ericâ Incolis moſtravit, quâ hæc Inſularum pauperies undique locupletatur. Ex hujus foliaceis florulentiſque capitulis Unguenta aliaque ad pleroſque morbos medicamenta faciunt.

Uſus domeſtici & mechanici.

Ericeta *Scotiæ*, referente *Jacobo Cargillo* M. D. celebri Scoto apud J. *Bauhinum*, ſupplent in ignibus fovendis ſæpe lignorum vicem. Materiarii è terrâ pullâ inculcato ſtramine ex aquâ ſubactâ leviter & alternis Ericæ ſtratis, extrorſum utrinque ſpectantibus comis, concurrentibus in medio lignoſis radicibus, parietes tum Caſarum ruſticarum, tum hortorum artificioſè extruunt, qui vinculo ſtraminis & Ericæ nec pluvias metuentes, nec atterentium jumentorum affrictibus concuſſi in multos annos durant. In multis locis per *Scotiam* ruſticæ ædes Ericâ teguntur. Quidam olim, & aliqui etiam nunc Potum ſuum communem *Alam* dictam ſummitatibus Ericæ unà decoctis grati admodùm ſaporis reddebant. Quidam ex radicibus Ericæ Calices affabrè componunt.

Montani pro lecto ſubſternunt ſæpe Ericam, radicibus deorſum, frondibus ſurſum verſis: adeòque ſcite hac ratione lectos concinnant, ut mollitie cum plumâ certent, ſalubritate longè ſuperent. Erica enim naturali ſiccandi vi prædita ſupervacuos humores exhaurit, nerviſque eorum moleſtiâ liberatis ſuum vigorem reſtituit, ita ut, qui veſpere languidi & laſſi decubuerunt, manè vegeti & alacres reſurgant. Buch. L. 1.

Erica ingentes ovium greges ſaluberrimo pabulo nutrit, & à pulmonis, lienis jecoriſque obſtructionibus præſervat & carnes laudatiſſimas reddit.

Nec Mel, quod de ejus floribus legunt Apes, adeò improbum eſt, ſed paulò duntaxat coloratius.

Eruca. ERUCA lutea latifolia, ſive Barbarea, B. P. Latifolia lutea, ſeu Barbarea major, Hiſt. *Oxon.* Barbarea, J. B. *Winter Creſſes*, or *Winter Rocket*.

Eruca ſylveſtris minor luteo parvoque flore, J. B. Sylveſtris, ſeu paluſtris minor procumbens & repens, luteo parvoque flore, Hiſt. *Oxon.* Eruca quibuſdam ſylveſtris repens, floſculo parvo luteo, J. B. *Small Water-Rocket*.

Eruca maritima *Italica* ſiliquâ haſtæ cuſpidi ſimili, B. P. Cakile quibuſdam, aliis Eruca marina & Rhaphanus marinus, J. B. *Sea-Rocket*. In the Sands of *Leith*.

Nota Characteriſtica. Vires.

Eſt inter herbas ſiliquoſas, tetrapetalas, bicapſulares. Eruca calefacit & ſiccat intenſè. Antiſcorbutica eſt egregii uſûs in Apoplexiâ præſervandâ. Pituitam è cerebro prolicit in Apophlegmatiſmis, &, ut ait Poeta,

Excitat ad Venerem tardos Eruca Maritos.

Eryngium. ERYNGIUM maritimum, B. P. Marinum, J. B. *Sea-Holly*, or *Eringo*. Officinalis eſt. By the Sea-ſide in ſeveral places, but moſt abundantly near *Dumbar* and near *Largo* upon *Fife-ſide*.

Nota Characteriſtica.

Eſt inter herbas flore compoſito anomalas minores & humiliores, foliis laciniatis, & per margines ſpinis acutis minacibus armatis, capitulis è ſquamis echinatis compoſitis.

Vires.

Radix Eryngii marini Saccharo condita in frequenti uſu eſt. Cenſetur Veneris incentiva; utilis etiam adverſus peſtem & aëtis contagionem; tabidis et macilentis proficua: valdè enim reſtaurat vires. Ad luem Veneream commendatur. Inſigne Diureticum eſt, et obſtructiones potenter reſerat.

Eryſimum. ERYSIMUM vulgare, B. P. Eryſimum *Tragi* floſculis luteis juxta muros proveniens, J. B. *Common Hedge-Muſtard*, or *Bank-Creſſes*. Officinalis eſt. Paſſim ad vias.

Eryſimo ſimilis hirſuta non laciniata alba, B. P. Eryſimum minimum annuum, Hiſt. *Oxon.* Barbarea muralis, J. B. *Hairy Hedge-Muſtard with uncut leaves*, or *Daiſy-leaved Wall-Creſſes*.

Nota Characteriſtica Vires.

Siliquoſa, tetrapetala, bicapſularis eſt.

Uſus præcipuè in mucilagine contumaci pulmonum incidendâ, attenuandâ et expectorandâ. Extrinſecùs in Cancro non exulcerato tumoribuſque renitentibus commendatur.

Euonymus. EUONYMUS vulgaris granis rubentibus, B. P. Eyonymus multis, aliis Tetragonia, J. B. *The Spindle-tree*. Multis in locis.

Inter

Inter Arbores bacciferas eſt, foliis deciduis, pinnatis, floribus ſimplicibus, ramulis tetragonis, baccis per maturitatem rubris, tetracoccis. Nota Characteriſtica.

Hujus tres quatuorve baccæ tam per Vomitum quàm per Seceſſum purgant. Pulvis exiccatarum in uſu apud Mulierculas eſt; ad pediculos interimendos, & furfures capitis abſtergendos. Lixivium ex eo capillos ſplendidos facit. Vires.

Ex hujus ligno Fuſi muliebri netu celebres in *Germaniâ* detornantur. Uſus Mechanicus.

EUPATORIUM Veterum, ſive Agrimonia, B. P. Eupatorium Veterum, ſive Agrimonia inodora, ſeu minùs odora, Hiſt. *Oxon.* Agrimonia ſive Eupatorium, J. B. *Common Agrimony.* Officinalis eſt. Paſſim reperitur. *Eupatorium* ſive *Agrimonia.*

Eſt inter Plantas flore perfecto, ſeminibus nudis ſolitariis, *h. e.* ad ſingulos flores ſingulis, in ſpicâ congeſtis, tenuiores & productiores; floribus hexaphyllis flavis, foliis pinnatis. Nota Characteriſtica.

Aperit, incidit, abſtergit, citra manifeſtum calorem exiccat & moderatè adſtringit, obſtructiones reſerat viſcerum, hepatis præſertim, intemperiemque omnem corrigit. Nervos luxatos reſtituit, vulgato uſu; urinas ciet & menſtrua provocat. Recens vel ſicca cum furfure triticeo in vappâ decocta luxatos articulos impoſita emendat. Vulneraria quoque inſignis eſt. Pulvis Agrimoniæ ſiccatus in idoneo vehiculo multùm commendatur in mictu involuntario. Vires.

EUPATORIUM cannabinum, B. P. Adulterinum, J. B. *Common Hemp-like Agrimony.* Ad rivos. *Eupatorium cannabinum.*

Pappoſa eſt, flore diſcoïde nudo, foliis digitatis velut in umbellam diſpoſitis. Nota Characteriſtica.

Eupatorium Aquaticum folio integro, *Park.* Cannabina aquatica folio non diviſo, B. P. Verbeſina pulchriore flore luteo, J. B. *Water Agrimony with undivided leaves.*

Eupatorium cannabinum, fœmina, *Ger.* Cannabina aquatica folio tripartito diviſo, B. P. Verbeſina, ſive Cannabina aquatica flore minùs pulchro elatior & magis frequens, J. B.

Primum, quod Mas *Gerardo* dicitur, amaricantis eſt guſtûs, viribuſque accedit ad Agrimoniam. Hepatis ac Lienis affectibus, tumoribus ac obſtructionibus citra calefactionem mirè prodeſt. Datur Tertianâ ac Quartanâ laborantibus, nec non bile ſuffuſis poſt principia. Suffitus animalia fugat venenata. Additur Balneis ad uteri affectus, & Lixiviis adverſus inveteratos capitis dolores. *Schwenckfelt.* Radicibus vim purgativam ineſſe ſuo experimento confirmat *Geſnerus*, cui earum decoctum vomitum excitavit. Vulneraria eximia eſt. Vires.

Eupatorium Cannabinum fœmina inter corymbiferas eſt, flore nudo, herbacea, ſuperficie annua, foliis in caule bijugis, ſemine cornuto ſeu bidente. Nota Characteriſtica.

EUPHRASIA, J. B. Officinarum, B. P. *Eye-bright.* In arvis & agrorum marginibus. *Euphraſia.*

Euphraſia pratenſis rubra, B. P. Parva purpurea *Eye-bright Cow-wheat.* In pratis.

Eſt inter herbas flore monopetalo difformi, galeato, florum calycibus minutioribus, foliis ad margines ſerratis. Nota Characteriſtica.

Alba calefacit parùm & deſiccat, abſtergit, roborat. Ad oculorum caligines & morbos pituitoſos multi uſûs. Ex vino pota Icterum tollit. Additur utiliter Cephalicis decoctis. Vinum Euphragiatum aufert omne oculorum impedimentum, memoriam quoque roborat. Valet ad Scotomiam & Imagines. Vires.

CAPUT VI.

Herbæ à Literâ F. *incipientes.*

FAGUS, B. P. Fagus *Latinorum*, Oxya *Græcorum*, J. B. *The Beech-tree.* *Fagus.*

Inter nuciferas eſt, tegumento exteriore ſummâ parte aperto, pluribus nucibus communi tegumento incluſis, foliis brevioribus per margines æqualibus, cortice albente levi, nucleis triquetris. Nota Characteriſtica.

Folia refrigerant, adſtringant, ſiccant; calidis tumoribus et inflammationibus incipientibus Vires.

pientibus prosunt, imbecilles nervos roborant. Aqua, quæ in cavis Fagis et Quercubus quandoque reperitur, singulare est remedium ad omnis generis scabiem, Lichenas et Impetigines.

Usus Mechanicus & Domesticus. Fructu Sues saginantur.

Lignum in tenuissimas laminas flexiles dissectum ensium vaginis firmandis interseritur. Scdilia quoque ex eo parantur. Oleo ex nucibus expresso paupercula plebs quibusdam in regionibus tempore Quadragesimali loco Butyri utitur.

Festuca. Festuca avenacea sterilis elatior, B. P. Ægilops Matthiolo fortè, J. B. *Great wild Oat-grass.*

Festuca utriculis lanugine flavescentibus, B. P. Ægilops quibusdam aristis recurvis, sive Avena pilosa, J B. *Bearded wild Oats*, or *Haver.* Inter segetes.

Nota Characteristica. Est inter Culmiferas grano minore, minores paniculatas. Ut Avena calida et sicca est, tenuium partium.

Vires.

Filipendula. FILIPENDULA, J. B. Vulgaris, an Molon *Plinii*, C. B. *Common Dropwort.* In pascuis montosis.

Nota Characteristica. Est inter Umbellas impropriè dictas, floribus in paniculæ modum sparsis, ochroleucis; semine aspero, compresso, Rhombi irregularis figurâ.

Vires. Radix amara est, abstergit cum levi adstrictione, urinas ciet; calefacit & siccat pota. Dysuriæ ac urinæ stillicidio prodest, renum item ac calculi doloribus. Stomachi inflationes discutit, tormina intestinorum tollit & flatus resolvit. Singulare, naturæ ductu, contra Ficarias remedium. *Schwenckfelt.* Diuretica insignis est. In albo mulierum profluvio commendatur, extrinsecùs in tumore Hæmorrhoidum. Pulvis radicis cum melle, aut ejus decoctum valet adversus morbum comitialem. Radix Filipendulæ in Lochiorum Fluxu nimio usûs est eximii.

Filix. FILIX ramosa non dentata florida, B. P. Floribus insignis, J. B. Florida, sive Osmunda regalis, *Ger. Flowring Fern*, or *Osmund Royal.* Officinalis est. It groweth in great plenty in *Haining-Wood* in *Stirling-shire.*

Filix ramosa major, pinnulis obtusis non dentatis, B. P. Major & prior *Trago*, sive Ramosa repens, J. B. Fœmina vulgaris *Parkinf. Female-Fern*, or *Common Brakes.* Offic.

Filix non ramosa dentata, B. P. Vulgò Mas dicta, sive non ramosa, J. B. *Male-Fern.* Officinalis est.

Filix mas ramosa, pinnulis dentatis, *Ger.*

Filix mas non ramosa, pinnulis angustis raris, profundè dentatis, *Ger.* Mollis, sive glabra vulgari Mari non ramosæ accedens, J. B. *Male-Fern with thin-set deeply dented Leaves.*

Filix mas non ramosa pinnulis latis, auriculatis, spinosis, *Ger.* Lonchitidi affinis, J. B. Mas aculeata major, B. P.

Filix palustris, sive aquatica, J. *Ray.* Minor non ramosa, J. B.

Filix Querna, B. P. Filix minor non ramosa, J. B.

Filix saxatilis ramosa nigris maculis punctata, B. P. Ramosa minor, J. B.

Filix saxatilis non ramosa nigris maculis punctata.

Filix saxatilis caule tenui fragili, J. *Ray.* Filicula Alpina crispa, B. P.

Filicula montana florida perelegans, seu Adiantum album floridum, J. *Raii.*

Locus. In sylvis & agris incultis nascuntur.

Nota Characteristica. Inter epiphyllospermas pleræque Filices sunt. Differentiæ in nominibus appositæ sunt. Filicibus semen averse foliorum parti adnascitur in punctis illis aut lineolis pulverulentis ferrugineisve, quæ ibi visuntur.

Usus Medici. Apud *Dioscoridem* radix Filicis latum lumbricum, quem *Taeniam* vocant, excutit. Sumpta drachmis quatuor ex aquâ mulsâ eadem laborantes ex Liene efficaciter restituit. Quinetiam cum axungiâ contrita & impositâ ictis ab arundine efficaciter auxiliatur.

Filix florida sive Osmunda nonnihil calida & acris est, odoris non ingrati. Radix *Dodonæo* calida & sicca ad hernias & ulcera exploratissimi commodi est, quinetiam Colicis & Spleneticis plurimùm confert. Imò pars ejus media subcandida efficacissima putatur non modò vulneratis, sed & cæsis, ruptis ex alto deturbatis, decocta vel etiam tusa & cum liquore aliquo sumpta; & propterea Decoctis Vulnerariis additur. Sunt qui tantam hujus potentiam existimant, ut sanguinem alicubi intra corpus hærentem ac concretum dissolvere queat, & foras etiam per vulnus expellere. Rachitidi morbo remedium præstantissimum, & quasi proprium aut specificum censetur, cui percurandæ vel sola hæc radix sufficiat. Ex Asparagis seu germinibus hujus teneræ & primò erum-

pentis

pentis Conſerva paratur eximii in Rachitide uſûs, ad quem morbum Conſerva ex germinibus Filicis maris, vel Aſplenii, vel Phyllitidis apprimè valet.

Filicis ramoſæ majoris, pinnulis obtuſis non dentatis, radix naturâ ſuâ ſiccæ temperaturæ in pulverem redacta, ac pondere ſemunciæ, ex aquâ mulſâ ſumpta latis tineis ventris enecandis conducit. Eadem in vino decocta, ac per aliquot dies pota, laborantes lienis excremento recreat. Ad ambuſta, vel igne, vel fervidâ aquâ, aut oleo, ſingulari experimento radicis ſuccus expreſſus facit, miſtâ ei aquâ Roſarum, aquâ è ſimo Vaccino, aut è flore Tiliæ, vel, ſi non ſupperant, ipſâ aquâ fontanâ.

Refert *Joannes Bauhinus* ex *Dalechampio Armoricos* & *Neuſtriorum* ultimos, qui vaſtas ſylvas colunt, in frugum inopiâ è radice Filicis panem conficere, ejuſdemque cineribus nitri loco injectis ſaxa liquare, & vitrea vaſa fingere colore viridi & ſubobſcuro. Uſus Domeſticus & Mechanicus.

Propter ſal nitro ſimile in Filicibus in quibuſdam Regionibus Agricolæ cumulos Filicum comburunt, & cineres combuſtorum agris minùs fertilibus pro lætaminè egregio inſpergunt. Uſus Medicus & Domeſticus.

Filicis maris non ramoſæ folia tenera adhuc decocta & comeſta ventrem emolliunt. Radix in pulverem redacta humidis ulceribus & cicatrici repugnantibus inſpergitur. Pari ratione jumentis adhibetur. Filices ſiccatæ vice ſtraminis aſſervantur pro pecoribus, maximè in iis locis quæ à cultâ terrâ longiùs abſunt.

Filix certè ſplenetica eſt, ſubaſtringit, aperit. Uſus præcipue in obſtructionibus viſcerum, imprimis lienis & uteri. Mucilago ad ambuſta commendatur. Inſulæ *Feroe* incolæ, referente *Simone Paulo*, radices Filicis in Cereviſiâ coquunt, certoque experimento hoc decoctum adverſus Calculum uſurpant. Folia aſperſa Cimices necant.

FRAGARIA vulgaris, B. P. Ferens Fraga rubra, J. B. *Common Strawberries*. Officinalis eſt. *Fragaria*

Fragaria ſterilis, B. P. Sterilis ſeu minimè veſca, hirſuta minimè incana, Hiſt. *Oxon.* Non fragiſera vel non veſca, J. B. In ſylvis & nemoribus.

Fragariæ ſylveſtri affinis planta flore luteo.

Hæc planta (quod ſciam) non deſcripta eſt. Tranſmiſſa fuit ad Hortum Medicum à Regione *Iernenſi*, ubi in ſylvis ſponte provenit. Ejus Icon habetur in Tabulis.

Trifolia eſt, pentapetala, fragifera. Nota Characteriſtica.

Fraga rubra refrigerant, alimentum conferunt exiguum, tenue & aquoſum; bilioſis æſtuantibuſque ventriculis proſunt; humectant quoque & venenis reſiſtunt. Aqua Fragorum deſtillata cor confortat; vitia Thoracis expurgat, Morbum Arquatum diſcutit, ſanguinem purgat & emendat, ulceribus oris & anginæ auxiliatur gargarizatu, facici ruborem & maculas tollit collutu, calculum renum comminuit, referente J. B. Aqua ex infuſione Fragorum in aquâ ardente ad Calculum efficaciſſima eſt. Vires.

Rob Fragorum ſiticuloſis opem fert, febrientibus gratiſſimum. Eadem præſtat aqua ſtillatitia.

Folia modicè amara adſtringunt, refrigerant, ſiccant. Diuretica, uſûſque crebri in Ictero, in Gargariſmis, in Cataplaſmatis, ad ſiſtendos ſanguinis fluxus, ad ulcera ſordida purganda, & ad deſtillationes cohibendas. Plantæ integræ Decoctum optimo ſucceſſu Ictericis exhibetur.

FRAXINUS excelſior, B. P. Fraxinus vulgaris, Μελία *Dioſcoridis*, Μελίη genus excelſum & procerum *Theophraſto*, J. B. *Common Aſh-tree*. Officinalis eſt. *Fraxinus.*

Eſt inter Arbores vaſculis ſeminalibus membranaceis, folliculis ſeminalibus ſingulis ſingula ſemina claudentibus oblongis, ſemine extremum quod ad pediculum eſt occupante, foliis Arboris pinnatis. Nota Characteriſtica.

Folia ſiccant validè, curantque ictus Serpentum. Cortex & lignum ſiccant itidem & attenuant; Splenis duritiem ſpecificè emolliunt, diuretica ſunt & lithontriptica. Sal Fraxini ſudores movere dicitur. Vires.

Semen calefacit & ſiccat tertio gradu, urinam ciet, Venerem ſtimulat, potum auxiliatur Calculoſis, Hepaticis & Pleuriticis. Pulvis ſeminum ad Lienem tumidum, Icterum & Hydropem inſigne remedium eſt, aquam quæ cutem ſubiit extrahit.

Radix Vulneraria eſt.

Andreas Cæſalpinus acris & ſubacti ingenii Auctor dicit quoſdam eſſe, qui Decocto Scobis Ligni Fraxini utantur vice ligni Guajaci cum felici ſucceſſu. Cortex internus aquam, in quâ maduerit, cœruleam reddit, quam apponunt Gallinis, cùm morbis vexantur.

Tantus eſt materiei uſus, ut Fraxinum præ aliis copioſiſſimæ materiæ cauſâ Naturam generaſſe, ſcribere non dubitarit *Plinius*, quippe quæ obedientiſſima ſit in quo- Uſus Mechanici.

Lib. 2. c. 15.

cunque opere, tandemque pro haſtis Corylo melior, Corno levior, Sorbo lentior. Eſt ſanè Fraxini lignum tenaciſſimum ac duriſſimum. Ad Ephippia & Sariſſas conficiendas paſſim expetitur. Abacis, menſis, cochlearibus, poculis conficiendis commodiſſimum. Quicquid ex Ligno fieri debet ſubtile forteque fabrefactum, ut magnam vim ſuſtinere queat, non meliùs ex alio quàm ex iſto Ligno parabitur: ad Cochleas proinde expetitur. Rhedæ quoque ex eo parantur. Ex radice Pugionum manubria, ex ſylveſtri præſertim, quæ pro undulatâ ſtriarum varietate præfertur. Obſervandum autem, quod *Oribaſius* ex *Heliodoro* monet, Baſes, crura, latera, tranſverſaria, cubitos, teſtudines, adjunctaque crura, cæteraque, quæ in Organis Chirurgicis ampliora expetuntur, ex Iligná vel Fraxineà materiâ conficienda.

Fumaria. FUMARIA Officinarum & *Dioſcoridis*, B. P. Vulgaris, J. B. Vulgaris latifolia ſiliquis curtis, Hiſt. *Oxon. Common Fumitory.*

Fumaria major ſcandens flore pallidiore. J. *Ray.*

Fumaria claviculis donata, B. P. Hiſt. *Oxon.* Fumaria cum Capreolis, J. B.

Nota Characteriſtica. Virc. Inter Siliquoſas eſt bivalves, foliis tenuiter diſſectis, glaucis, floribus ad papilionaceos accedentibus, in ſpicas congeſtis.

Acris ſimul & amaræ qualitatis eſt, abſtergit, aperit, educit bilem, omneſque ſalſos & aduſtos humores: vis enim ejus non modò ad jecur, ſed ad venas permeat & ſanguinem expurgat. Scabiem, impetiginem, Morbum Gallicum & alias cutis infectiones curat. Succus acris viſum acuit. Conſerva florum in Melancholicis affectibus & Cachecticis valdè ſalutaris. In Scorbuto quoque herba valdè efficax eſſe dicitur.

Succus Fumariæ cum ſucco Lapathi acuti, admixto modico Aceti & Melle temperatus, ita ut Unguentum fiat, ex relatione *Tragi*, omnis generis Scabiem perſanat illitu.

Fucus. FUCUS longiſſimo, lato craſſoque folio, C. B. Prodr. Fucus Balteiformis J. *Ray, Sea-Belt.*

Fucus phaſganoïdes & polyſchides, *Ger.* emac. Arboreus polyſchides, C. B. *Seagirdle* and *Hangers.*

Fucus, ſive Alga Anguſtifolia 3. ſive longo craſſoque folio, C. B. Quercus marina 2. *Geſneri.*

Fucus maritimus Gallo pavonis pennas referens, à Domino *Cargillo* in *Scotiâ* inventus.

Fucus maritimus, vel Quercus maritima veſiculas habens, C. B.

Fucus marinus rotundis, tenuibus longiſſimiſque loris, an anguſtifolius ligulas referens, C. B.

Fucus noſtras latiſſimus, edulis, dulcis.

Nota Characteriſtica. Vires. Lactuca marina, ſive Intybacea, J. B. Fuci quoque ſpecies.

Inter Plantas imperfectas marinas, teneriores, cauliferas.

Fucus noſtras latiſſimus, tenui folio, edulis eſt grati ſaporis mixti inter ſalſum & dulcem. Inſtar Acetarii comeditur.

Ex Lactucâ marinâ in locis Borealibus juſcula parant pro cibo. Ea commodè in Arthritide applicatur.

Fucus ſive Alga marina pro pinguiſſimo lætamine habetur, non ſecus ac Marga. Eſt

Fungus. in frequenti uſu apud noſtros maris accolas ad agros emaciatos reficiendos.

FUNGUS campeſtris albus ſupernè, infernè rubens, J. B. Eſculentus 13. ſive pileolo lato & rotundo livido, C. B. *The moſt common eſculent Muſhrome*, or *Champignon.* In the *Kings* Park at *Edinburgh.*

Fungus pulverulentus dictus *Crepitus Lupi*, J. B. Noxius 42. ſive Rotundus orbicularis. In the *Kings* Park at *Edinburgh.*

Fungus Sambucinus, ſive Auricula *Iudæ*, *Ger.* Noxius, ſeu membranaceus auriculam referens, ſive Sambucinus, C. B. Fungus Auriculæ *Iudæ*, coloris ex cineraceo nigricantis, pernicioſus, in Sambuci caudice naſcens, J. B. *Iews-ear.*

Fungi arborei ad ellychnia, J. B. Noxius 3. ſive Fungus in caudicibus naſcens, unguis equini figurâ, C. B. *Touch-wood.*

Fungus phalloïdes, J. B. Noxius 38. ſeu Fœtidus penis imaginem referens. *In the Sands by the Sea-ſide upon both ſides of* Forth, *and at Carriber* Bank *among Planting.*

Nota Characteriſtica. Vires. Inter Plantas imperfectas eſt extra aquas naſcentes, ſubſtantiæ craſſioris, ad carnes aut ligna accedentes.

Fungus pulverulentus dictus. Ejus pulvis ſiccat admodum & aſtringit, unde vulneribus inſperſus ſanguinem ſiſtit. Ulcera inveterata deſiccat, Hæmorrhoïdum fluxum cohibet. Oculis pernicioſus eſt.

Fungus Sambucinus in Lacte decoctus, aut Aceto maceratus, in Anginâ & oris aut gutturis

gutturis tumoribus aut inflammationibus exhibetur multo cum ſucceſſu pro Gargariſmo. Oculorum affectibus medetur maceratus in aquâ appropriatâ & impoſitus.

Fungus eſculentus in aquâ coquitur, & Butyro & Aromatibus conditur. Quidam ſuper carbones aſſant & ſale aſpergunt. Oportet autem detrahere membranulas lividi coloris antequam in cibum veniunt.

Fungi phalloïdis mucus, frigidiſſimus & lentus in ſcroto ſive volva coagulatus ad podagram utilis eſſe dicitur.

Fungus arboreus ad Ellychnia in lixivio cum nitro & ſulphure decoquitur & ſiccatus tunditur, rurſuſque nitro coquitur, ut igni concipiendo idoneus evadat.

CAPUT VII.

Herbæ incipientes à Literâ G.

Gallium.

GALLIUM album, J. B. Paluſtre album, B. P. *White Ladies Bed-ſtraw.*
Gallium ſive Mollugo montana minor Gallio albo ſimilis J. *Raii.*

Gallium luteum, B. P. Verum *Dioſcoridis* & *Galeni*, J. B.

Nota Characteriſtica.

Inter Herbas ſtellatas eſt, floribus tetrapetalis, quorum ſingulis bina ſemina ſuccedunt.

Vires.

Herba aut pulvis Gallii lutei Hæmorrhagiam & ſanguinis profluvia ſiſtit, commendaturque contra Cancrum & cancroſa ulcera. Miſcetur Acopis. Fotu Articulos luxatos reſtituit.

Hujus coma coaguli modo lac condenſat.

Geniſta ſpinoſa.

GENISTA ſpinoſa major longioribus aculeis, B. P. Geniſtellæ ſpinoſæ affinis Nepa quibuſdam, J. B. *Common Whins.*

Geniſta minor Aſpalathoïdes, ſeu Geniſta ſpinoſa *Anglica*, B. P. Geniſtella minor Aſpalathoïdes, J. B *Needle Furze*, or *Petty Whin.*

Nota Characteriſtica.

Inter Frutices eſt flore papilionaceo, ſiliquoſos, ſpinoſos.

Vires.

Geniſtæ ſpinoſæ adſtringentem cum amaritudine facultatem poſſident & valenter exiccantem. Semen ejus Serpentibus adverſari tradunt. Decoctum foliorum profluvium Menſtruorum ſiſtit. Idem etiam potum ventris fluori ſuccurrit. J. *Bauhinus* & *Schwenckfelt.*

Geniſta.

GENISTA anguloſa & ſcoparia, B. P. Anguloſa trifolia, J. B. *Common Broom.*
Geniſta tinctoria *Germanica*, B. P. Tinctorius flos, J. B. *Dyers Broom.*

Nota Characteriſtica.

Frutex eſt flore papilionaceo, ſiliquoſus, non ſpinoſus.

Vires.

Geniſtæ flores apud Officinas in uſu ſunt. Sunt ex ſecundo ordine calefacientium & ſiccantium, incidendi & aperiendi vi commendabiles: eximii proinde uſûs in obſtructione hepatis lienis & meſenterii Iidem in Hydromelite propinati pondere duarum drachmarum tartareos humores vomitu educunt. Seminis quoque Decoctum vomitum excitat, ſed (ne Ventriculum lædat) additis Roſis & Maſtiche corrigendum.

Succo Geniſtæ pediculi enecantur, ſi cutis eo inungatur.

In Quadripartito Botanico.

Jul. Cæſar Claudinus Cineres ceu ſecretum in Hydrope cum Sale Abſinthii commendat. *Simon Pauli.* Valet etiam ad Calculum Geniſta, & ſeroſos humores educit, tam per Vomitum, quàm per Alvum & Urinas; quod de Semine intelligendum venit. Pulvis Seminum cum Hydromelite exhibitus in Hydrope & ictero utroque mira præſtat. Electuarium Florum Geniſtæ pulvere & melle Roſato exceptum ad Scrophulas commendatur.

Florum gemmæ menſe Aprili collectæ, antequam explicentur, cum Aceto & Sale, Capparum modo, condiuntur menſiſque adhibentur, Appetitum augent, obſtructiones reſerant, & à Calculo præſervant.

Uſus Mechanicus.

Geniſtæ Tinctoriæ flores inſerviunt ad veſtes lineas & laneas luteo colore tingendas.

Gentianel.

GENTIANELLA autumnalis Centaurii minoris foliis, *Park.* Gentianellæ ſpecies quibuſdam, an *Cordo* Pneumonanthe, aut Gentiana fugax altera *Cluſii*, J. B. *Dwarf Autumnal Gentian.*

Geranium. GERANIUM Batrachoïdes, Gratia *Dei Germanorum Lobelio*, B. P. Batrachoïdes violaceum, Hist. *Oxon. The Blew Crowfoot Cranes-bill.*

Geranium Batrachoïdes folio Aconiti, B. P. Batrachoides aliud folio Aconiti nitente *Clusii*, J. B.

Geranium sanguineum maximo flore, B. P. Sanguineum, sive Hæmatodes crassâ radice, J. B. *The red Rose Cranes-bill.*

Geranium lucidum saxatile, B P. Lucidum, J. B. Annuum montanum rotundifolium saxatile lucidum, Hist. *Oxonien. Shining Rock-Cranes-bill.*

Geranium folio Malvæ rotundo, B. P. Folio Malvæ rotundo majus, Hist. *Oxon.* Folio rotundo multùm serrato, sive Columbinum, J. B. *Doves-foot Cranes-bill.*

Geranium Columbinum tenuius laciniatum, B. P. Columbinum annuum minus tenuius laciniatum, Hist. *Oxon.*

Geranium Malacoïdes flore albo, Hort. Reg. *Blef.*

Geranium Columbinum majus flore minore cæruleſcente, J. *Raii.*

Geranium Columbinum dissectis foliis, pediculis florum longissimis, J. *Raii.* Columbinum annuum minus folio tenuissimè laciniato, flore pediculo longissimo insistente, Hist. *Oxon.*

Geranium Cicutæ folio inodorum, B. P. Annuum Cicutæ folio inodorum, Hist. *Oxon.* Moschatum folio ad Myrrhidem accedente minus, J. B.

Geranium Moschatum inodorum flore albo, *Park.* Arvense album, *Tab.*

Geranium Robertianum primum, B. P. Robertianum flore dilutè rubello, Hist. *Oxon.* Robertianum murale, J. B.

Nota Characteristica. Geranium Robertianum flore albo.

Vires. Geranium est ex pentapetalis Quinquecapsularibus.

Geranium omne Vulnerarium est: sed præcipui usûs sunt Robertianum & Columbinum. Fluxum sanguinis sistunt, ipsumque sanguinem coagulatum resolvunt. Vulnera quoque & ulcera mundificant. Calculum & arenulas pellunt, & Colicos dolores sedant, auctore *Lobelio.*

Decoctum in vino Arthriticos dolores lenit. In fomentis pulvis radicis & foliorum Geranii Columbini in vino veteri sumptus ad Hernias & Rupturas sanandas commendatur.

Usus omnium Geraniorum vulgaris est in Cataplasmatis plantis pedum cum Sale & Aceto applicandis ad febrilem æstum compescendum *Schrod.*

Robertianum mediocriter calefacit, refrigerat & siccat cum adstrictione, abstergit & consolidat. Recens tritum peculiariter commendatur ad Erysipelata, Mammarum inflammationes, oris & pudendorum ulcera. Aquæ incoquitur, & pecori cruenta mingenti potui datur, *Schwenckfelt.*

Columbinum mediocriter calefacit & siccat cum levi adstrictione. Usus ejus est ad vulnera et fracturas et fistulas sananda. Percommodè quoque ad intestinorum tormenta additur. Fotu Articulorum dolores juvat.

Glaux. GLAUX maritima, B. P. Exigua maritima, J. B. *Sea Milk-wort.*

Nota Characteristica. Est inter herbas flore perfecto, seminibus nudis solitariis pappo carentibus ad singulos flores maritimas, foliis simplicibus, crebris, adversis.

Glycyrrhiza sylvestris. GLYCYRRHIZA sylvestris floribus luteo-pallescentibus. B. P. Fœnum Græcum sylvestre, sive Glycyrrhiza sylvestris quibusdam, J. B. Astragalus luteus perennis procumbens, sive Vulgaris, Hist. *Oxon. Wild Liquorice* or *Liquorice-Vetch.*

Nota Characteristica. Est inter Legumina siliquis gemellis duplicem seminum seriem continentibus donata.

Gnaphalium. GNAPHALIUM vulgare majus, B. P. Gnaphalium Germanicum, J. B. *Common Cudweed*, or *Herb impious.* In locis siccioribus.

Gnaphalium majus angusto oblongo folio alterum, B. P. Rectum J. B.

Gnaphalium medium, B. P. Gnaphalio vulgari similis, J. B.

Gnaphalium minus repens, B. P. Minimum, J. B.

Gnaphalium montanum flore rotundiore, B. P. Pilosella minor quibusdam, aliis Gnaphalii genus, J. B.

Gnaphalium montanum flore purpureo.

Nota Characteristica. Est inter herbas flore discoïde nudo papposas, minores, tomentosas & incanas foliis integris.

Vires. Adstringit, siccat. Dysenteriam, Diarrhœam, menses que mulierum immodicè fluentes potum sistit. Succus lacte & vino permixtus gargarizatu Anginis prodesse creditur.

ditur. Gnaphalii minoris aqua deſtillata ad Cancrum mammillarum magni eſt uſûs: continet enim occultos Cancros, ne exulcerentur, cum linteolis ſemel in die impoſita. Gnaphalium montanum flore rotundiore peculiari proprietate Pulmonum exulcerationi & ſanguinis expuitioni conferre ſtatuitur formâ Syrupi exhibitum.

Gnaphalium minus, ſive Herba impia jumentis ruminantibus utile exiſtimatur ad rumen amiſſum revocandum. Valet etiam ad Intertrigines.

Gnaphalii medii herbâ contuſâ (inquit *Lobelius*) oleo maceratâ & coctâ ad livores, contuſiones, cæſa & verbera quidam utuntur.

Gramen. GRAMINIS multæ ſpecies apud nos ſunt. Eas enumerare non opus eſt, quôd nullius uſûs ſint. Quæ alicujus uſûs, ſunt ſequentia.

Gramen caninum. 1. GRAMEN caninum arvenſe, ſive Gramen *Dioſcoridis*, B. P. Repens Officinarum forte triticeæ ſpicæ aliquatenus ſimile, J. B. *Common Dogs-graſs.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Inter herbas culmiferas eſt grano minore humiliores.

Vires. Radix mediocriter frigida & ſicca eſt, ſapore dulcis; tenuis, incidentis & aperientis ſubſtantiæ. Aperit, attenuat, viſcerum renumque infarctus, citra calefactionem. Urinam ciet, & colluviem calculoſque propellit & detergit. Vulnera glutinat decocta, pota vermes puerorum enecat & excludit.

Gramen pratenſe. 2. GRAMEN pratenſe paniculatum majus, B. P. Minus album & rubrum, J. B. *The greater Meadow-graſs.*

Vires. Potum ad obſtructiones viſcerum valet, & ad diſcuſſionem pertinacium humorum & flatuum. Admotum Nephriticum & Colicum dolorem fotu & inceſſu reſolvit.

Gramen Parnaſſi. 3. GRAMEN Parnaſſi flore albo ſimplici, B. P. Parnaſſi *Dodonæi*, quibuſdam Hepaticus flos, J. B. *Graſs of Parnaſſus.* In paluſtribus.

Nota Characteriſtica. Pentapetala eſt uniformis alba, vaſculo conoïde, foliis Hederæ.

Gramen ſparteum ſpicatum 4. GRAMEN Sparteum ſpicatum foliis mucronatis, vel ſpicâ ſecalinâ, B. P. Spartum ſpicatum pungens Oceanicum, J. B. *Sea Matweed*, & noſtratibus *Bent.*

Uſus domeſticus. Eo Conclavia ſternuntur virenti, Æſtate pro frigore conciliando, Hyeme autem ſiccato pro calore fovendo.

Gramen Typhoides. 5. GRAMEN Typhoïdes maximum ſpicâ longiſſima, B. P. Gramen cum caudâ muris majoris longâ, Majus, J. B. *The greateſt Cats-tail Graſs.*

CAPUT VIII.

Herbæ incipientes à Literâ H.

Halimus. HALIMUS, ſive Portulaca marina, B. P. Marina fruticoſa, quæ Halimus ſecunda *Cluſii*, J. B. Maritima auguſtiſſimo folio, Hiſt. *Oxon. Common Sea-Purſlain.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter mollientes floribus muſcoſis luteis, ſemine nigro.

Vires. Hujus foliis & tenellis ramulis Crithmi modo muriâ conditis hyberno tempore ad excitandum appetitum in Acetariis quidam utuntur.

Hederâ arborea. HEDERA arborea, B. P. Communis major & minor, J. B. *Berry-bearing Ivy.* Officinalis eſt.

Hedera major ſterilis, B. P. *Barren* or *Creeping Ivy.*

Nota Characteriſtica. Inter Frutices bacciferos ſemper virentes eſt, baccis in corymbos coactis.

Vires. Folia recentia in pilei formam conſuta papuloſis et exulceratis infantium capitibus utiliter imponuntur; ad ulcerationes igne factas, Herpetes et Eryſipelata valent; cum vino cocta grandia vulnera conjungunt et maligna ſanant. Hodie Fontanellis adhibentur: humores enim et ichores ad eas partes alliciunt, inflammationes verò ab iiſdem arcent recenter decerpta. Succus putrida narium ulcera emendat. Acinorum tritorum pulvis Drachmæ unius pondere hauſtus ex vino calculum expellit. *Schwenckfelt.*

Baccæ purgant per ſuperiora et inferiora.

Pulvis baccarum Hederæ plenam maturitatem adeptarum largâ doſi exhibitus Arcanum eſt contra Peſtem. D. *Boyl* de utilitate Philoſophiæ Experimentalis ad Medicinam.

Uſus Mechanicus. Lignum Hederæ de radice diſſectum, ubi craſſius eſſe conſuevit, à Sutoribus in eum uſum parari ſolet, ut poſtquam cultellos ſuos ad corium diſſecandum idoneos exacuerint, aſperiores etiam tunc illos æquales lævigatoſque reddant, ad dictum lignum ultrò citróque ducendo, quòd præ aliis ad hunc uſum idoneum judicetur, fortè ob mollitiem ſubſtantiæ ipſius, quæ etiam ſenſu percipitur, J. B.

Hedera terreſtris. Hedera terreſtris vulgaris, B. P. Chamæciſſus, ſive Hedera terreſtris, & Hedera ſylvatica *Romanorum*, J. B. *Ground-Ivy.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Plantas verticillatas herbaceas, floribus galeatis & labiatis ad caulium nodos è foliorum alis exeuntibus, minoribus & minùs denſis, flagelliſque reptatricibus, foliis ſubrotundis crenatis, calycibus florum anguſtis et oblongis.

Vires. Sapore amaro mediocriter acris aperit, abſtergit, urinam pellit, calculum frangit, expurgat pectus & uterum, menſeſque tardiùs fluentes provocat, Peſtilentiæ adverſatur & Morbum Regium expellit. Herba ex vino cocta fotu ſurditatem & tinnitum aurium aufert. In Cataplaſmate Lienis tumores reſolvit. Additur quoque inſeſſibus ad Menſtrua provocanda, et ad Calculum. Inſignis Vulneraria eſt, et propterea Potionibus Vulnerariis additur. In Clyſteribus ad dolores Colicos conducit.

Succus Plantæ naribus attractus Cephalalgiam etiam vehementiſſimam & inveteratam non lenit tantùm, ſed et penitùs aufert.

Ventri appoſita torſiones poſt partum lenit.

Contuſa cum Avenâ data vermes equorum expellit.

Uſus Mechanicus. Hederam terreſtrem *Angli*, præſertim Septentrionales in Dolia immittere ſolent, ad depurandam ſeu clarificandam Cereviſiam, quod brevi tempore, viginti quatuor nempe horarum ſpatio, præſtare ſolet, J. *Raius.*

Helleborus. Helleborus niger ſylveſtris adulterinus, etiam hyeme virens, J. B. Helleboraſter maximus. *Ger. Great-Baſtard black Hellebore*, or *Bearsfoot.*

Helleborine. HELLEBORINE minor flore albo, latifolia montana, B. P. Helleborine *Dodonæi*, J. B. *Common Baſtard* or *Wild white Hellebore.* In the Wood of *Cumrie* in *Strathearn.*

Nota Characteriſtica. Inter bulboſis affines eſt monopetalas, figurâ floris galeatâ, aut labiatâ, radicibus fibroſis, pluribus alternis foliis nervoſis.

Hieracium. HIERACIUM Dentis Leonis folio obtuſo majus. B. P. Macrocaulon junceum, ſive minus primum *Dodonæi*, J. B. *Long rooted Hawkweed.*

Hieracium Chondrillæ folio radice ſucciſâ majus, B. P. Minus præmorſâ radice, ſive *Fuchſii*, J. B. *Yellow Devils-bit*, or *Hawkweed with bitter roots.*

Hieracium murorum folio piloſiſſimo, B. P. Piloſella major quibuſdam, aliis Pulmonaria flore luteo, J. B. *French* or *Golden Lungwort.*

Hieracium murorum laciniatum minùs piloſum, B. P. Piloſellæ majoris, ſive Pulmonariæ luteæ ſpecies magis laciniata, J. B. *French Lungwort with ſmoother and more cut leaves.*

Hieracium fruticoſum minus, B. P.

Hieracium minus folio ſubrotundo, B. P. *Small Swines-Succory.*

Nota Characteriſtica. Hieracium eſt inter lacteſcentes, flore compoſito ſeu aggregato, planifolio, naturâ pleno, pappoſis ſeminibus, caule ramoſo, floribus minoribus in ſingulis caulibus pluribus, ſemine citrino aut ruſſo majore, nigrove minore.

Vires. Planta inde nomen habet, quòd Accipitres ejus lacteo liquore oculorum acies acuere exiſtimentur. Refrigerat, ſiccat, adſtringit, abſtergit, mordicat, ſtomachum purgat, inflationes diſcutit, concoctiones adjuvat, ſomnum conciliat, Venerem inhibet, urinæ difficultati ſuccurrit, ad ambuſta cum ſale recens illitum valet, eruptiones papularum ex vino et polentâ abſtergit. Succus oculorum ſanat vitia; ad nebulas, caligines et epiphoras utilis. Ad pecorum vermes enecandos commendatur. Inſigne quoque Vulnerarium eſt, *Shwenckfelt.*

Holoſteo affinis. HOLOSTEO affinis Cauda muris, B. P. Myoſuros, J. B. *Mouſe-tail.*

Hordeum. HORDEUM diſtichum, J. B. Diſtichum, quòd ſpica binos ordines habeat, *Plinio*, B. P. *Common Barley.* Officinalis eſt.

Hordeum polyſtichon, J. B. Polyſtichum Hibernum, B. P. *Bear-Barley.*

Nota Characteriſtica. Inter Culmiferas eſt caule terete geniculato concavo eſculentas ſpicatas, grano cortice craſſiore tecto, ſpicâ compactâ ſimplici.

Vires. Hordeum quidem minùs alit quàm Triticum, egregiè abſtergit et urinam ciet. Farina OEdemata et Inflammationes diſcutit. Ex hordeo torrefacto Zythus paratur.

Maltum toſtum fervenſque in ſacculo appoſitum Ventris Torminibus ex cauſâ frigidâ ſuccurrit.

Horminum. HORMINUM pratenſe foliis ſerratis, B. P. Gallitrichum ſylveſtre vulgò, ſive ſylveſtris

ſylveſtris Sclarea flore purpureo cæruleove magno, J. B. *Common Wild Clary.* Officinalis planta eſt.

Eſt inter Plantas verticillatas, floribus in ſpicas diſpoſitis, floribus hiantibus, verticillis paulò a ſe invicem remotioribus. Nota Characteriſtica.

Semen ſordes, abſtergendo oculos, purgat & mundificat. Vires.

HYACINTHUS oblongo flore cæruleus major, B. P. Floribus oblongis pendulis major *Anglicus* ſeu *Belgicus* cæruleus, Hiſt. *Oxon. Anglicus* ſive *Belgicus*, J. B. *Engliſh Hares-bells*, or *Spaniſh Iacinth.* In ſylvis paſſim. *Hyacinthus*

Hyacinthus *Anglicus* albus, *Ger.*

Inter hexapetalas tricapſulares eſt, radicibus bulboſis propriè dictis. Nota Characteriſtica.

HYOSCYAMUS vulgaris, J. B. Niger vel vulgaris, B. P. *Common black Henbane.* Officinalis eſt. Paſſim ad vias. *Hyoſcyamus.*

Eſt inter monopetalas uniformes, vaſculo in bina loculamenta diviſo, operculo tecto, foliis in caulibus alternis. Nota Characteriſtica.

Frigidam & humidam ſortitur naturam, venenoſæ & deleteriæ facultatis. Semen fotu dentium dolores mulcet. Oleum ex foliis ad Inflammationes & calidas Podagras commendatur, dolores ſedat. *Schwenckfelt.* Adverſus Arthritin folia in lacte decocta *Duretus* extollit. Semen Hæmorrhagiam ſiſtit. Ad dolorem Iſchiadicum herba in fomentis adhibetur; acres calidaſque oculorum defluxiones & ſanguinis eruptiones, & profluvia muliebria compeſcit. Vires.

HYPERICUM vulgare, B. P. Hiſt. *Oxon.* Vulgare, ſive Herba perforata caule rotundo. foliis glabris, J. B. *Common Saint Iohns-wort.* Officinalis eſt. Paſſim provenit. *Hypericum.*

Hypericum minus ſupinum, vel Supinum glabrum, B. P. Minimum ſupinum, J. B.

Hypericum minus erectum, B. P. Minus erectum glabrum pulchrum, Hiſt. *Oxon.* Pulchrum *Tragi*, J. B.

Hypericum Aſcyrum dictum caule quadrangulo, J. B. Androſæmum Aſcyrum dictum caule quadrangulo glabro, Hiſt. *Oxon. Common S. Peters-wort.*

Inter pentapetalas eſt foliis integris, ſeminis conceptaculo è tribus carinis compoſito, flore flavo terentium digitos cruentante. Nota Characteriſtica.

Tenuis eſt eſſentiæ, calefaciens & ſiccans. Aperit, reſolvit, agglutinat; menſes & urinas provocat, calculum frangit & venenis adverſatur, medetur ruptis, convulſis, ambuſtis. *Schwenckfelt.* Diureticum & Vulnerarium inſigne eſt. Decoctum excreationes ſanguinis ſiſtit, vulneribuſque & eroſionibus internis auxiliatur. Oleum ex floribus in vulneribus ſanandis egregii uſûs, ut ſemen in pericarpiis. Vires.

Tinctura florum Hyperici egregium eſt Medicamentum in Maniâ & Melancholiâ intrò ſumpta.

Herbæ Decoctum quadraginta diebus potum, vel etiam ſeminum pulvis Icterum & Podagram ſanat; Calculo apprimè conducit, interaneorum vermes necat & Balſamicâ qualitate ſanguinem imbuit.

CAPUT IX.

Herbæ incipientes à Literâ I.

JACEA nigra pratenſis latifolia, B. P. Nigra vulgaris capitata & ſquamoſa, J.B. *Black Knap-weed.* *Jacea.*

Jacea pratenſis latifolia flore albo.

Jacea nigra laciniata, B. P. Centaurium Collinum *Geſneri* flore purpureo, J. B.

Eſt inter capitatas non ſpinoſas, floſculis fiſtularibus. Nota Characteriſtica.

Calida eſt & ſicca cum adſtringente vi. Commendatur ad faucium, tonſillarum Uvulæque tumores. Ad Hernias quoque & Vulnera utilis eſt. *Schwenckfelt.* Vires.

JACOBÆA vulgaris, J. B. Vulgaris laciniata, B. P. *Common S. Iame's-wort.* Officinalis eſt. *Jacobæa.*

Jacobæa Alpina laciniata flore Buphthalmi, B. P. Pannonica latifolia, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter herbas pappoſas flore diſcoïde, foliis laciniatis & floribus in ſummis caulibus velut in umbellam diſpoſitis diſco radiato.

Vires. Planta hæc calefacit, ſiccat, aperit, abſtergit & digerit. Mihi autem à Colono relatum eſt, Se curatum fuiſſe ab lctero Decocto Jacobeæ cum floribus, eſſeque id remedium plurimis Ruſticis in hoc morbo ſalutare. Ex relatione Clariſſimi viri Domini *Thomæ Burneti* noſtratis, Medici Regis Ordinarii, Jacobæâ ſolâ mulier Ruſtica in Anginis curandis felicitèr utitur. Plantam integram in aquâ decoquit, & cum Butyro tuſam, Cataplaſmatis inſtar externè applicat.

Commendatur quoque ad Inflammationes, Vulnera & Ulcera in Unguentis; itemque ad dolorem Iſchiadicum alioſque inveteratos dolores.

Ilex aculeata. ILEX aculeata baccifera, folio ſinuato, B. P. Aquifolium, ſive Agrifolium vulgò, J. B. *The Common Holly-tree.* In *Torwood.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Arbores bacciferas, foliis ſemper virentibus aculeatis, baccis rubentibus, quatuor in ſingulis granis, duris, triangulis, ſtriatis.

Vires. Baccæ ad Colicos dolores commendantur, craſſos ſiquidem & pituitoſos humores (referente Dodonæo) per alvum educunt, decem aut duodecim numero aſſumptæ. Zythogalum factum ex Cereviſiâ & Lacte, in quo decocti ſunt hujus foliorum aculei, mirè conducit ad dolorem Colicum & tormina Inteſtinorum.

Uſus Mechanicus. Arbor hæc Operibus Topiariis in Septentrionalibus præſertim Regionibus præ aliis opportuna eſt, cùm ſit frigoris patientiſſima, & perenni foliorum virore aſpectui grata, nec tonſuram reſpuat. Interim tamen, cùm tardiſſimè creſcat, neque importunâ Ramorum luxurie, neque Radicum reptatu Hortulano moleſta eſt.

Viſcus ex *Ilice Aculeatâ* quomodò paretur. Ad viſcum parandum, delibratis Junio aut Julio menſibus hoc genus Arboribus, quotquot opus fuerit, cortices detracti per ſeptem aut octo horas continuas in aquâ coquantur, donec tenerrimi evadant. Coctos in acervum cum Filice ſuprà ſtratum componas, & per duas aut tres ſeptimanas fermentari ſinas. Exemptos deinde in Mortario tandiu tundas, donec fingi formarique poſſint inſtar maſſæ farinaceæ. Tandem in aquâ fluente ſubmerſos manibus verſes & diligenter ſubigas. Aqua brevi ſordes omnes & recrementa ſecum auferet, reliquo viſco puro & defæcato. J. *Raius.*

Imperatoriæ affinis. IMPERATORIÆ affinis umbelliſera maritima *Scotica.*

Nota Characteriſtica. Foliis eſt quàm Imperatoria minoribus & obtuſioribus, ſemine ſtriato majore, floribus pentapetalis albis in umbellam diſpoſitis radice non repente. Ejus Icon habetur in Tabulis.

Iris paluſtris. IRIS paluſtris lutea, ſive Acorus adulterinus, J. B. Acorus adulterinus, B. P. *Yellow Water-flag* or *Flower de Luce.* In paluſtribus paſſim naſcitur.

Nota Characteriſtica. Eſt inter hexapetalas tricapſulares, radicibus tuberoſis, geniculatim et per juxta-poſitionem conſtructis.

Vires. Planta inſignem adſtringendi facultatem obtinet: unde ad Dyſenteriam alioſque fluxus Alvi et Uteri commendatur. Sanguinem etiam undecunque manantem cohibet. Hinc extrinſecùs ad Dyſenteriam alioſque Sanguinis fluxus præcavendos appenditur.

Uſus Mechanicus. Ex relatione nobiliſimi Equitis Domini *Georgii Mackenzii* Archivorum Regni Cuſtodis, *Montani* noſtri ex hujus Plantæ radice per viginti quatuor horas in aquâ infuſâ aut parùm coctâ, perpetuò in iſtâ aquâ fricando calculum album aſperioris ſuperficiei ſupra cultellum aut purioris chalybis fruſtum per aliquot horas Atramentum optimum conficiunt.

Juncus. JUNCUS lævis paniculâ ſparſâ major, B. P. *Common hard Ruſh.*

Juncus maximus et Scirpus major, B. P. Maximus Holoſchœnus, J. B. *Bul-ruſh, or Great Water-ruſh.*

Juncus aquaticus capitulis Equiſeti major, B. P. Capitulis longis ſive clavatus, J. B. *Club-Ruſh.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas graminifolias non culmiferas, flore ſtamineo, foliis teretibus medullâ farctis.

Vires. Juncus conſtat ex terrenâ eſſentiâ leviter frigidâ et aqueâ. Alvum ſiſtit et crebra fœminarum profluvia, quòd maximè præſtat ſemen uſtum ex vino ſtyptico. Urinam ciet. Junci recentes per cubiculum ſparſi temperant Aërem et frigidos vapores ad caput ſubmittunt, quibus ſomnolentos efficiunt.

Uſus Mechanicus. Medulla ad Ellychnia et Turundas expetitur.

Juniperus. JUNIPERUS vulgaris baccis parvis purpureis, J. B. Vulgaris fruticoſa, B. P. *Common Juniper.* Officinalis eſt.

Eſt

Est inter Arbores bacciferas foliis semper virentibus, angustis mucronibus acutis, granis in singulis baccis, ligno odorato. Nota Characteristica.

De Junipero integrum Tractatum scripsit nuper *Benjamin Scharfius.*

Baccæ vitia pectoris expurgant, tussique medentur. Urinam efficaciter ducunt et venenum à corde repellunt, unde ad arcenda Pestis contagia à multis usurpantur. Frigido Ventriculo prosunt pituitam digerendo, calculos frangunt et menses promovent. Valent adversus Inflationes, tormina Intestinorum. Oleum Chymicum ex Baccis contra Calculum et Pestem magnæ commendationis est. Vires.

Lignum suavè olet, Martio præsertim mense cæsum, unde incensum ad Aërem emendandum et contagium depellendum Commendatur, rasura ejus Cephalica est.

Ex Ligno Pocula Torno artificialiter excavantur et Pyxides odoriferæ parantur. Usus Mechanicus.

Vernix Fabris et Pictoribus utilis est ad Tectoria.

Gummi ejus discutit et condensat, et utile est in capitis, dentium, pectoris, uteri, nervorum catarrhosis affectibus, internè et externè adhibitum, et viribus aliquo modo succinum æquare à quibusdam creditur. Gummi Juniperi vires.

CAPUT X.

Herbæ à Literâ K *incipientes.*

KALI geniculatum majus, B. P. Kali geniculatum sive Salicornia, J. B. *Glass-wort* or *Salt-wort.* Near *Blackness* Castle. Kali.

Kali spinosum cochleatum, B P. Kali affinis spinosa Planta, Hist *Oxon.* Tragus spinosus *Matthioli*, sive Kali spinosum, J. B. *Prickly Glass-wort.* In *Leith-sands.*

Kali minus album semine splendente, B. P. Minus, sive Sedum minus arborescens vermiculatum, J. B.

Est inter Plantas mollientes succulentas, floribus muscosis luteis, semine nigro. Nota Characteristica.

Kali geniculati exigua quantitas intrò assumpta urinas & menses potenter evocat, fœtum ejicit, aquosos per alvum humores educit & Hydropicos purgat. Sal causticum est. Vires.

Eodem ad modum Crithmi præparato & muriâ condito ad acuendum appetitum hyberno tempore in Acetariis *Angli* utuntur, & Marsh-Sampier, *i. e. Crithmum palustre* vocant.

Ex Kali conficitur *Sal-Alkali*, seu *Sode* ad vitrum conflandum aptum, sic. Scrobiculo effosso propè mare transversim assulas ligneas imponunt, quibus superaggerant cumulatim herbam prædictam, ex quâ accenso igne stillat in subjectum scrobem liquor, qui tandem concrescens fit *Sal-Alkali*, coloris partim nigri, partim cinericei, valde acre & cathreticum. J. B. Usus Mechanicus. *Sal-Alkali* quomodò conficiatur.

CAPUT XI.

Plantæ à Literâ L *incipientes.*

LACTUCA sylvestris costâ spinosâ, B. P. Sylvestris sive Endivia multis dicta, folio laciniato, dorso spinoso, J. B. *Cut-leaved Wild Lettuce.* *Lactuca.*

Lactuca sylvestris odore viroso, B. P. Sylvestris lato folio, succo viroso, J. B.

Est inter herbas lactescentes, flore composito, planifolio, naturâ pleno, semine papposo, caulibus gracilioribus, capitulis minoribus. Nota Characteristica.

Vires. Narcotica & ſoporifera eſt, appetitum ad Venerem irritat potiùs, referente Clariſſimo Viro *D. Liſter.*

Lamium. LAMIUM album non fœtens folio oblongo, B. P. Galeopſis, ſive Urtica iners floribus albis, J. B. *White Archangel.* Officinalis eſt.

Lamium purpureum fœtidum folio ſubrotundo, ſive Galeopſis *Dioſcoridis*, B. P. Galeopſis, ſive Urtica iners folio & flore minore, J. B.

Lamium folio caulem ambiente majus, B. P. Galeopſis, ſive Urtica iners folio caulem ambiente, J. B.

Lamium maximum ſylvaticum, B. P. Galeopſis, ſive Urtica iners magna fœtidiſſima, J. B. *Hedge-Nettle.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter herbas verticillatas, quarum caules non perennant, floribus ad caulium nodos è foliorum alis exeuntibus & in ſpicas diſpoſitis.

Vires. Herba eſt calida & ſicca. Folia durities, ſtrumas & carcinomata diſcutiunt, ad putreſcentia ulcera, gangrænam & nomas utiliter cum Sale illinuntur.

Lamii albi herba jecoris obſtructiones pota ex vino adimit. Flores alba menſtrua abſumunt. Decoctum Lamii rubri ad Dyſenteriam commendatur.

Lapathum. LAPATHUM folio acuto plano, B. P. Acutum ſive Oxylapathum, J. B. *Sharp-pointed Dock.* Officinalis eſt.

Lapathum folio acuto criſpo, B. P. Acutum criſpum, J. B.

Lapathum minimum, B. P. Acutum minimum, J. B.

Lapathum folio acuto, flore aureo, B. P. Aquaticum ramoſum, folio anguſto, acuto, flore aureo, Hiſt. *Oxon.* Lapathum anthoxanthon, J. B.

Lapathum aquaticum folio cubitali, B. P. Maximum aquaticum, ſive Hydrolapathum, J. B.

Lapathum vulgare folio obtuſo, J. B. Folio ſubrotundo, B. P.

Lapathum pulchrum *Bononienſe* ſinuatum, J. B. Lapathum ramis procumbentibus, ſeminis involucro dentato, foliis inferioribus fidium inſtar, Hiſt. *Oxon.*

Lapathum unctuoſum, B. P. Bonus Henricus, J. B. Blitum perenne Spinachiæ facie, Hiſt. *Oxon.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Lapathum eſt inter mollientes, flore herbaceo, ſemine triangulari donata.

Lapathum autem unctuoſum eſt inter mollientes, floribus herbaceis, ſeminibus nigris lucidis.

Vires. Lapathum miſtam habet facultatem, digerit & nonnihil repercutit, conſtringit & abſtergit. Dyſenterias, Diarrhœas ſanat pulvis ſeminum Lapathi & hepar roborat. Radix uſûs crebri eſt in ſcabie extergendâ & ſiccandâ, extrinſecùs potiſſimùm applicata, lepraſque, impetigines & ſimiles cutis affectiones illita curat. Aqua Oxylapathi deſtillata puſtulas omneſque cutis maculas delere creditur. Lapathi acuti radix cereviſiæ infuſa laudatiſſimum Antiſcorbuticum habetur. Eadem cocta eximii uſûs eſt in Ictero ſanando.

Paluſtris maximi radix alvum lenit (quod & de foliis prædicatur) Icteritiam diſcutit. Folia Podagris calidis & Ulceribus fluentibus utiliter imponuntur.

Uſus Mechanicus. Caro quæcunque, quantumvis vetus & dura, ſi cum Lapatho cujuſcunque generis coquatur, mollis & tenera evadit.

Lappa. LAPPA major, Arcium *Dioſcoridis*, B. P. Perſonata, ſive Lappa major aut Bardana, J. B. *The great Bur-dock.*

Nota Characteriſtica. Lappa minor, Xanthium *Dioſcoridis*, B. P. Xanthium, ſive Lappa minor, J. B. Officinalis eſt.

Inter herbas capitatas eſt, flore ex floſculis fiſtularibus compoſito, foliis mollibus ſeu ſpinis carentibus, capitum ſquamis in mucrones aduncos deſinentibus.

Vires. Majoris folia moderatè reſiccant, diſcutiunt, nonnihil adſtringunt. Radix pota ad Calculum & Dyſenteriam utilis. Purulenta & cruenta extuſſientibus auxiliatur. Trita cum modico Salis morſui rabidi canis medetur. Folia inveteratis ulceribus utiliter imponuntur. Luxatis et confractis membris proſunt. *Schwenckfelt.*

Bardanæ majoris ſemen tum diaphoreticum, tum inſigne lithontripticum eſt. Extrinſecùs imponnntur folia vulneribus inveteratis, articulis luxatis, ambuſtis.

Caules, antequam lappæ gignantur, in Acetariis numerat *Laurembergius*, iiſque validam vim frangendi Calculum, augendi ſemen, excitandi Venerem tribuit.

Bardana minor calefacit, ſiccat, digerit. Radix, ut & ſemen, tumorum ſtrumarumque pertinaciam frequenti admotu delet. Herba Cancrorum ardori extinguendo efficax.

Uſus Mechanicus. Fructus ex aquâ tepidâ madefactus & illitus capillos luteos efficit. *Schwenckfelt.*

LATHYRUS

LATHYRUS latifolius, B. P. Major latifolius flore majore purpureo ſpecioſior, J. B. *Everlaſting Peaſe.* *Lathyrus*

LENS paluſtris, J. B. Lenticula paluſtris vulgaris, B. P. *Common Ducks-meat.* *Lens paluſtris.*

Inter Aquaticas Anomalas eſt. Nota Characteriſtica.

Humectat & refrigerat, glutinat & puerorum Enterocelas ſanat. Inflammationibus & Podagræ convenit, & capitis doloribus. Quidam pro Secreto habent ad Icterum infallibili infuſionem Lentis paluſtris in vino albo per novem dies ad ſex uncias exhibitam. Vires.

LEUCOIUM luteum vulgare, B. P. Luteum vulgò *Cheiri* flore ſimplici, J. B. *Small Wall-flower.* Officinalis eſt. *Leucoium.*

Eſt inter Herbas ſiliquoſas, tetrapetalas, bicapſulares. Nota Characteriſtica.

Flores cordiales ſunt, menſes cient, Secundinam expellunt. Oleum ex floribus præſervat ab Apoplexiâ, & Paralyticos juvat. Aqua quoque deſtillata in uſu eſt. Vires.

LICHEN, ſive Hepatica Fontana, J. B. Lichen Petræus latifolius, ſive Hepatica Fontana, B. P. *Common Ground Liver-wort.* Officinalis eſt. *Lichen.*

Lichen Petræus cauliculo calceato, B. P. Alter minor folio calceato, *Park. Small Liver-wort with crumpled leaves.*

Lichen Petræus ſtellatus. B. P,

Lichen cinereus terreſtris, J. *Raii.*

Eſt inter Herbas caule carentes, ſemine minutiſſimo, foliis in ſuperficie terræ reptatricibus latè ſe diffundentes, pediculis ſemina ſuſtinentibus è foliis enatis. Nota Characteriſtica.

Uſûs eximii eſt in Hepatis obſtructionibus. Extrinſecùs ſiſtit ſanguinem in vulneribus. Vires.

LILIUM convallium album, B. P. Convallium vulgò, J. B. *The white flowered Lilly of the Valley.* Officinalis eſt. At *Scotland Wald* and in *Methven-wood.* *Lilium Convallium.*

Eſt inter Herbas bacciferas flore Campaniformi. Nota Characteriſtica.

Flores odoris eximii exiccant, calefaciunt, attenuant, digerunt, cor juvant & cerebrum, omneſque principes facultates. Ideireo reſolutis Comitialibus, Convulſis, Vertiginoſis, animi deliquium patientibus auxilio ſunt Venenis adverſantur, tormina ſedant & menſtrua evocant. Succus oculorum Inflammationibus utilis. Aqua florum eximii uſûs in palpitatione cordis, ægrè parturientibus auxiliatur. Vires.

LINARIA vulgaris lutea flore majore, B. P. Lutea vulgaris, J. B. *Common Toad-flax.* Officinalis eſt. *Linaria.*

Eſt inter herbas flore monopetalo difformi, pericarpio, ſeu vaſculo ſubrotundo bivalvi, flore rictum exprimente, calcari poſteriùs donato. Nota Characteriſtica.

Calefaciens, ſiccans, aperiens & abſtergens herba eſt. Urinas & menſes pellit, hepatis obſtructiones ſolvit, ad Icterum & Hydropem prodeſt, cutem & maculas faciei extergit lævigatque. Sudores in Balneis pellit, inſeſſu urinam retentam provocat. Succus vulnera, ulcera & fiſtulas vulgato experimento curat. *Schwenckfelt.* Vires.

Extrinſecùs apponitur abdomini in Stranguriâ, ano in Hæmorrhoïdum dolore.

Aqua deſtillata, aut ſuccus ejuſdem oculis inditus Inflammationes eorum & ruborem tollit. *Tragus.*

LINGUA Cervina Officinarum, B. P. Phyllitis ſive Lingua Cervina Vulgi, J. B. *Common Harts-tongue.* Officinalis eſt. *Lingua Cervina.*

Eſt inter Herbas Acaules epiphylloſpermas, foliis integris oblongis. Nota Characteriſtica.

Magnis lienibus medetur, Diarrhœas, & Dyſenteriam & Sanguinis ſputum pota juvat. In vino Serpentum morſibus auxiliatur. In Gargariſmo uſurpata Columellam prolapſam erigit. Extrinſecùs mundificat vulnera & ulcera. Vires.

Pulvis herbæ exiccatæ in palpitatione cordis, in ſuffocatione uterinâ, in motibus convulſivis mira præſtat, ſi in Cereviſiâ tenui aut Zythogalo modica ejus quantitas propinetur. J. *Raius.*

LINUM, J. B. Sativum, B. P. *Manured Flax.* Officinalis eſt. *Linum.*

Linum pratenſe floſculis exiguis, B. P. Sylveſtre cathartieum, *Ger.* Alſine verna glabra floſculis albis, vel potius Linum minimum, J. B.

Pentapetala eſt, capſulâ pluribus loculamentis donatâ. Nota Characteriſtica.

Semen Lini digerit, emollit, maturat, uſûs eximii in tuſſi, phthiſi & pleuritide. Extrinſecùs maturat tumores, lenit dolores, fœtum expellit. Vires.

Lini Cathartici herba integra cum caulibus & capitulis vino albo per noctem ſupra cineres calidos infuſa ſeroſos humores purgat ſatis validè. Sumi poteſt vel herba contuſa,

tusa, vel ejus exiccatæ pulvis, cum tantillo Cremoris Tartari & seminum Anisi, & purgat sine molestiâ. D. *Bowle.*

Usus Mechanicus. Ex hoc vestes, ex hoc stragula, ex hoc vela fiunt. Ex hoc penitus detrito chartæ fiunt. Hujus oleum ad lucernas utile, Typographis, Statuariis, Pictoribus expetitur, & in omni vitæ parte utile occurrit.

Lithospermum. LITHOSPERMUM minus repens latifolium, B. P. Flore purpureo, semine Anchusæ, J. B. *The smaller creeping Gromell.*

Lolium. LOLIUM album, *Ger.* Gramineum spicatum caput tentans, J. B. Gramen Loliaceum longiore spicâ, B. P. *Darnell.* Officinalis Planta est.

Nota Characteristica. Culmifera spicata est, spicâ longâ compressâ.

Vires. Farina Lolii ad Impetigines, Lepras, strumas, Dolorem Ischiadicum, Gangrænas & Putredines commendatur. In pane aut cerevisiâ ebrietatem, seu potiùs vertiginem celerrimè efficit, oculis quoque nocet.

Lonchitis. LONCHITIS aspera, B. P. Altera cum folio denticulato, sive Lonchitis *Matthioli*, J. B. *Great Bastard Spleen-wort.* In *Kinneil* Bank

Lonchitis 2. sive minor, B. P. Altera folio Polypodii, J. B. In *Moors every where.*

Planta est inter Acaules Epiphyllospermas, folio longiore & angustiore diviso.

Nota Characteristica. Splenetica est utraque & Hepatica, ad horum viscerum obstructiones utilis; diuretica quoque adversus Calculum valet.

Vires. Vulneraria etiam est.

Lotus. LOTUS pentaphyllos flore majore luteo splendente, B. P. Loti Corniculatæ major species, J. B *Great Bird-foot Trefoile.*

Lotus, sive Melilotus pentaphyllos minor glabra, B. P. Lotus πολύκαρπος lutea minor, foliis & siliquis glabris, brevioribus & crassioribus, Hist. *Oxon.* Lotus corniculata glabra minor, J. B.

Loto affinis Vulneraria pratensis, B. P. Vulneraria rustica *Gesneri*, J. B. Anthyllis leguminosa, *Ger. Kidney-Vetch.*

Nota Characteristica. Ad Legumina trifoliata reducuntur.

Postrema autem siliquas habet curtas vesicæ inclusas.

Lunaria. LUNARIA Botrytis, J. B. Racemosa minor vel vulgaris, B. P. *Small Moon-wort.* Upon *Ardgath-hill*, North from *Linlithgow.*

Nota Characteristica. Est inter herbas semine minutissimo, perfectior superficie annua, monophylla, paniculata.

Vires. Egregia Vulneraria est. Pota sanat Dysenterias & ruptiones internas. Extrinsecùs illita magni usûs est ad puerorum Enterocelas. Albas uteri fluxiones supprimit.

Walli ex Lunariâ Unguentum conficiunt, quod regioni Renum illitum habetur inter certissima Dysenteriæ Remedia D. *Needham.*

Luteola. LUTEOLA Herba Salicis folio, B. P. Lutea *Plinii* quibusdam, J. B. *Weld*, or *Dyers-weed.*

Nota Characteristica. Herba est vasculo seminali triquetro flore hexapetalo.

Vires. Calefacientis & siccantis est facultatis. Contra venenosorum animalium ictus & Pestem commendatur.

Usus Mechanicus. Herba Lanarum Infectoribus magni usûs est: rudes enim & albas cum Alumine decocta luteo colore tingit; cæruleas autem viridi, idque magis minusve intenso, quò saturatior dilutiorve fuerit color cæruleus.

Lychnis. LYCHNIS sylvestris alba simplex, B. P. Sylvestris hirsuta perennis alba simplex, Hist. *Oxon.* Ocymoides album multis, J. B. *The white Campion.*

Lychnis sylvestris hirsuta annua flore minore carneo, Hist. *Oxon.*

Lychnis segetum major, B. P. Lychnis hirsuta segetum major, Hist. *Oxon.* Pseudomelanthium, J. B. *Cockle.*

Lychnis sylvestris, quæ Behen album vulgò, B. P. Behen album Officinarum, J. B. Papaver spumeum, *Park. Spatling-Poppy.*

Lychnis maritima repens, B. P. Perennis angustifolia marina annua procumbens, Hist. *Oxon.*

Lychnis sylvestris viscosa, rubra, angustifolia, B. P. Sylvestris angustifolia viscosa, præcox, rubra, foliis Caryophylleis, Hist. *Oxon.* Lychnis sylvestris lanuginosa minor, B. P.

Nota Characteristica. Lychnis est pentapetala ut plurimùm bifida, unicapsularis.

Vires. Purgare dicitur Papaver spumeum dictum pituitam, & Comitialibus datur. Succus Ophthalmiam calidam, & dolores oculorum tollit. *Schwenckfelt.*

LYSIMACHIA

LYSIMACHIA lutea major, quæ *Dioscoridis*, B. P. Lutea, J B. Blattariæ affinis Planta major flore luteo, Hist. *Oxon. Common Yellow Loose-strife.* *Lysimachia.*

Lysimachia siliquosa hirsuta magno flore, Lysimachia nostras papposa, siliquosa, hirsuta, magno flore, Hist. *Oxon.* Siliquosa hirsuta major, flore purpureo, J. B.

Lysimachia siliquosa hirsuta, parvo flore, B. P. Papposa.

Lysimachia siliquosa glabra major, B. P. Lævis, J. B. Papposa.

Lysimachia siliquosa glabra minor, B. P. Papposa.

Lysimachia siliquosa glabra angustifolia, B. P.

Lysimachia Chamænerion dicta latifolia, B. P. Lysimachia nostras siliquosa papposa dicta Chamænerium latifolium, Hist. *Oxon.*

Lysimachia spicata purpurea fortè *Plinii*, B. P. Purpurea quibusdam spicata, J. B. Blattaria rubra spicata major glabra communis folio acuto, Hist. *Oxon.*

Lysimachia purpurea spicata trifolia caule hexagono, *Spigelii* Isagoge.

Lysimachia cærulea galericulata, vel Gratiola cærulea, B. P. Tertianaria, aliis Lysimachia galericulata, J. B.

Lysimachiæ purpureæ spicatæ aqua destillata ad vulnera, puncturas, sugillationes oculorum, nec non ad obscuritatem aliaque eorum vitia præsentaneum est remedium, secundum quosdam. *Vires.*

Lysimachia lutea ulcera sanat, sanguinis rejectiones supprimit.

Lysimachia galericulata flore cæruleo ex vino decocta Tertianas sanat. *Schwenckfelt.*

CAPUT XII.

Herbæ incipientes à Literâ M.

MALVA sylvestris folio rotundo, B. P. Sylvestris perennis procumbens, flore minore albo, folio rotundo, Hist. *Oxon.* Vulgaris flore minore, folio rotundo, J. B. *Small Wild Mallow*, or *Dwarf-Mallow.* *Malva.*

Malva sylvestris folio sinuato, B. P. Sylvestris procerior, seu elatior rectave, flore majore subrubente aut purpureo, venis saturatè purpureis, picto folio sinuato, Hist. *Oxon.* Vulgaris flore majore, folio sinuato, J. B. *Common Mallow.* Officinalis est.

Malva maritima arborea nostras *Britannica*, Hist. *Oxon.* In *Inch-Garvy* & *Mykrie-Inch* in the Firth of *Forth.*

Est inter mollientes pentapetalas, seminibus multis cingentibus stilum nutritivum. *Nota Characteristica.*

Digerentis paululùm & emollientis est Malva facultatis, calidæ & humidæ naturæ. Tenera folia in jusculo pingui alvum emolliunt & vesicam exulceratam juvant. Thoraci, pulmonibus, vesicæ, renibus mirè prodest, nedum folio, sed & flore & radice. Additur Clysteribus alvum lubricantibus. Folia & flores recentia lacti Caprillo incocta, & Cataplasmatis formâ collo extrinsecùs calidè apposita, Anginæ ex acri destillatione magnum præsidium. *Vires.*

MARRUBIUM nigrum fœtidum, Ballote *Dioscoridis*, B. P. Nigrum, sive Ballote, J. B. *Black*, or *stinking Horehound.* Officinalis est. *Marrubium.*

Marrubium album vulgare.

Est inter Plantas verticillatas, herbaceas, floribus ad caulium nodos è foliorum alis exeuntibus. *Nota Characteristica.*

Marrubii nigri decoctum præstantissimum est remedium in affectione Hypochondriacâ & Hystericâ. Foliis ex sale illitis efficax quoque Herba est adversus Canis rabidi morsus. Lixivium ex Herbâ quoque ulcera capitis puerorum sanat. *Vires.*

Marrubium album aperit, digerit & abstergit. Jecur & lienem obstructione liberat, thoracem pulmonesque expurgat, morbum Regium discutit, menses provocat, laterum dolores lenit, his qui venena hauserunt Difficilè parturientibus mulieribus & à partu non purgatis, item ruptis convulsis & nervorum contractionibus salutare. Balnea inde fiunt contra scabies ac porrigines. Pulvis foliorum interaneorum vermes necat.

Melampyrum. MELAMPYRUM luteum latifolium, B. P. Sylvaticum flore luteo, ſive Satureia lutea ſylveſtris, J. B. Cratæogonon vulg. *Park. Common Cow-wheat.*

Melilotus vulgaris. MELILOTUS vulgaris, *Park.* Officinarum *Germaniæ*, B. P. Trifolium odoratum, ſeu Melilotus vulgaris flore luteo, J. B. Trifolium odoratum, ſeu Melilotus fruticoſa lutea vulgaris vel Officinarum, Hiſt. *Oxon. Common Melilote.* Near *Aberlady* in the Links.

Nota Characteriſtica. Trifoliata herba eſt odorata, ſiliculis pendentibus curtis.

Vires. Herba emollit, diſcutit, dolores mitigat: Emplaſtris proinde digerentibus, ac reſolventibus & maturantibus, & Acopis utiliter admiſcetur. Albos mulierum menſes potu & inſeſſu flores ſiſtere mulierculæ obſervârunt. Ex vino decocta pleuriticos juvat & quoſcunque dolores mitigat.

Mentha. MENTHA rotundifolia paluſtris ſive aquatica, B. P. Aquatica ſive Siſymbrium, J. B. *Water-Mint.* Officinalis eſt.

Mentha Cattaria vulgaris & major, B. P.

Nota Characteriſtica in Sativâ tradetur.

Siſymbrium tenuium eſt partium, digerentis, calefacientis & exiccantis temperaturæ. Movet urinas & calculos pellit cum vino potum. Vomitiones, ſingultus, tormina ſtomachi, diſſolutiones cohibet. Folia in capitis dolore fronti aut temporibus illinuntur, item contra veſparum apumque ictus. Lentigines & cutis a Sole nigritiem & aſperitatem auferunt illita.

Mercurialis. MERCURIALIS montana teſticulata, B. P. Mas, ſive Mercurialis mas repens, J. B. *Male Dogs-Mercury.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Mercurialis montana ſpicata, J. B. Fœmina ſive Mercurialis repens, J. B.

Vires. Eſt inter mollientes, floribus herbaceis, ſeminum involucris hirſutis ſeu aſperis.

Emollit et abſtergit. Quibuſdam in cibo oleris modo ſumitur, & alvum benè ſolvit. Jus Decocti bilem, pituitam, aquoſos & melancholicos humores dejicit: quapropter in Clyſteribus quoque uſurpatur. Succus omnis generis verrucas tollit, et ſemen cum Abſinthio decoctum Ictericos valdè juvat.

Meſpilus Apii folio ſive *Oxyacanthus.* MESPILUS Apii folio ſylveſtris ſpinoſa, ſive Oxyacantha, B. P. Oxyacanthus vulgaris, ſive Spinus albus, J. B. *The white Thorn*, or *Hawthorn-tree.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Frutices bacciferos ſpinoſos, foliis deciduis laciniatis, elatior fructu rubro longo pediculo inſidente, flore ſpecioſo deciduo.

Vires. Fructus adſtringit, roborat. Baccæ devoratæ alvi et Fœminarum ſiſtunt profluvia. Nuclei triti poti calculos imminuunt. Radix illita aculeos et ſpicula extrahit. Aqua ex floribus deſtillata pleuriticis utilis et calculoſis. Pulvis quoque ſiccati calculoſis prodeſt. *Schwenckfelt.*

Uſus Mechanicus. Lignum tenax et denſum a Fabris Ferrariis ad manubria Malleorum expetitur. Buxo ſecundum cenſetur pro Torno. Arbuſcula ad vivas ſepes utiliſſima eſt; commodum locum nacta in proceram et juſtæ magnitudinis arborem adoleſcit.

Meum. MEUM foliis Anethi, B. P. Meum vulgare, ſive Radix Urſina, J. B. *Common Spignell.* Officinalis eſt. Upon the Banks of *Breich* Water in *Weſt-Lothian.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Umbellas, foliis fœniculaceis, ſemine ſtriato majore donatas.

Vires. Flatus diſcutit, uſûs eximii in inflatione ac ructu Ventriculi, in menſibus ac urinâ ciendis, in Uteri ſuffocatione, in torminibus ventris, in Catarrhis Tartaroque Pulmonum expectorando.

Millefolium. MILLEFOLIUM vulgare album, B. P. Millefolium Stratiotes pennatum terreſtre, J. B. *Common Yarrow*, or *Milfoil.* Officinalis eſt.

Millefolium vulgare purpureum minus, B. P.

Nota Characteriſtica. Corymbifera eſt, flore compoſito diſcoïde, floribus in formam Umbellæ diſpoſitis, foliis tenuiſſimè diſſectis.

Vires. Vis ejus ad ſanguinem ſiſtendum. Intus ſumitur in Hæmorrhagiis & Fluxionibus omnis generis, Narium, Uteri, Alvi, Vulnerum; In ſputo ſanguinis, Gonorrhœâ, Hæmorrhoïdibus, Fluore Uterino. Extrinſecùs adhibetur utiliter Hæmorrhagiæ narium & vulnerum, vulneribus conſolidandis, tumoribus Hæmorrhoïdum, ictibus venenatis, tumori Penis. *Schroderus.*

Muſcus. MUSCUS terreſtris clavatus, B. P. Terreſtris repens à *Trago* pictus, J. B. *Club-Moſs*, or *Wolfs-claws.*

Muſcus clavatus foliis Cupreſſi, B. P. Terreſtris ramoſus pulcher, J. B.

Muſcus erectus Abietiformis, J. *Raii.* Muſcus terreſtris rectus, J. B.

Muſcus hic Abietiformis in *Loch-coat Hills* in *Lothianâ* Occidentali à me repertus fuit,

fuit, rectà altitudine dodrantali Aſſurgunt plures ſurculi lignoſi, qui in binos finduntur ramos, foliis tenuibus in ambitu caulis diſpoſitis, ſaturatæ admodùm viriditatis, in vertice ſimul glomeratis. Similis valdè, ſi non eadem, eſt cum Selagine tertiâ *Thalii*, cujus Icon & Deſcriptio habentur Obſ. 149. Anni 4. & 5. Curioſorum *Germaniæ*. Muſcus hic (ut ibi refertur) vomitum ciet vehementiſſimum & corpus variis humoribus exonerat, nec tutò niſi robuſtioribus exhibetur. Vilioris conditionis homines in aquâ coquunt, quâ ad abigendos pediculos caput lavant, quod tamen turbare maximè dicitur.

Nobilis quidam vir *Kennedus* in *Stromâ* degens retulit, quòd in Inſulâ *Stromâ* reperiri tur Muſus Catharticus, quo Ruſtici pro purgatione utuntur. An hic Muſcus Catharticus idem eſt cum illo, cujus meminit *Borrichius* Obſ. 66. Actorum Medicorum Th. *Bartholini* anno 71. & 72?

Fert & *Iſlandia* Muſcum nulli hactenus Botanicorum ſed jam & Pharmacopolis cognitum. Tereſtriis is eſt & firmus, colore ſubalbidus, ramoſus, lato ungue vix latior, ſed qui in longum variè proſerpit, coſtis hinc inde ſpinoſis horridulus. Eo Inſulæ Coloni primo Vere utuntur ad expurgandos humores corporis noxios.

Muſcus minimus tenuiſſimuſque Aſplenii facie (quod ſciam) à nemine deſcriptus.

Caules tenuiſſimi undiquaque ſparguntur foliis minimis, Aſplenii inſtar, membranaceis & albis pellucidiſque ex adverſo poſitis, *I found it upon the Dikes of the Incloſure of the Kippis.* Ejus *Icon* hobetur in Tabulis.

Muſcus foliis Lini Catharitici ibidem repertus.

Muſcus pyxioides terreſtris, B. P. Pyxioides ſive Pyxidatus, J. B.

Muſcus terreſtris vulgaris minor Adianti aurei capitulis, J. *Raii.*

Muſcus eſt Inter plantas imperfectas cauliferas & ramoſas.

Muſcus adſtringit & refrigerat. Uſus præcipuè in Ictero, Vomitu, Diarrhœâ, Dyſenteriâ, abortu præcavendo. *Schrod.* Nota Characteriſtica.

Muſci Pyxioidis pulvis in Zythogalo aut Cereviſiâ tenui exhibitus Tuſſim convulſivam puerorum ſpecificâ proprietate lenire & ſanare dicitur. Vires.

MUSCUS maritimus, ſive Corallina Officinarum, C. B. Corallina, J. B. In rupibus marinis juxta Littus. *Muſcus Marinus*, ſive *Corallina.*

In pulverem craſſiuſculum contrita ad interraneorum vermes necandos admodùm celebratur. Vires.

MYAGRUM ſiliquâ longâ, B. P. Myagro affinis Planta ſiliquis longis, J. B. Eruca ſylveſtris Latifolia, folio integro, flore luteo minore, Hiſt. *Oxon. Triacle-Worm-ſeed.* *Myagrum.*

Hujus Notam Characteriſticam et Vires in Sativo vide.

MYRRHIS ſylveſtris ſeminibus lævibus, B. P. Cicutaria vulgaris, J. B. *Myrrhis.*

Myrrhis ſylveſtris ſeminibus aſperis, B. P. Chærefolium quintum, ſive Myrrhis nova, Æquicolorum *Columnæ*, *Small Hemelock-Chervill with rough ſeeds.*

Myrrhis hæc eſt inter Herbas Umbelliferas, ſemine craſſiore & minùs compreſſo lævi, oblongo, per maturitatem nigro. Nota Characteriſtica.

CAPUT XIII.

Plantæ incipientes à Literâ N.

NASTURTIUM pratenſe magno flore, B. P. Pratenſe magno flore ſimplici, Hiſt. *Oxon.* Iberis *Fuchſii*, ſive Naſturtium pratenſe ſylveſtre, J. B. *Ladies Smocks*, or *Cuckow-flower*. Officinalis eſt. *Naſturtium.*

Naſturtium pratenſe magno flore, ſive Cardamine flore albo, Naſturtium minimum annuum flore albo, Hiſt. *Oxon.* Siſymbrii Cardamines ſpecies quædam inſipida, J. B.

Naſturtium Aquaticum ſupinum, B. P. Aquaticum ſupinum flore albo, Hiſt. *Oxon.* Siſymbrium Cardamine, ſive Naſturtium aquaticum, J. B. *Common Water-Creſſes.* Officinalis eſt.

Naſturtium Aquaticum majus & amarum, B. P. Siſymbrium Cardamine, ſive Naſturtium Aquaticum flore majore elatius. J. B. *Bitter Creſſes.*

Naſturtium Aquaticum minus, B. P. Siſymbrium Cardamine dictum hirſutum minus flore purpureo, J B.

Naſturtium ſylveſtre tenuiſſimè diviſum, B. P. Sylveſtre tenuiſſimè diviſum, ſeu Naſturtium μυοῤῥιζαλον flore luteo, minimo, Hiſt. *Oxon.* Scriphium Germanicum, ſive Sophia quibuſdam, J. B. *Flix-weed.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica.

Hæc Naſturtia ſunt inter Herbas ſiliquoſas, tetrapetalas, bicapſulares.

Vires.

Inter Acetaria eſt Naſturtium Aquaticum. Hepar expurgat, prodeſt Hydropicis, Splenecticis & Calculoſis.

Sophiæ Chirurgorum ſemen necat lumbricos, ſiſtit alvum, ad Dyſenteriam optimum eſt remedium.

Naſturtium omne contra Scorbutum ſpecificum eſt remedium, ad Calculum valere creditur, urinam ciet, menſes educit, Hydropicos juvat. Septentrionales in Quadrageno Veris Jejunio multùm in Acetariis vorant ad ſanguinem purgandum, & Matronæ Nobiles juſcula ex eo conficiunt.

Nummularia. NUMMULARIA minor flore purpuraſcente, B. P. *Small Purple-flowered Money-wort.*

Nymphæa. NYMPHÆA major alba, B. P. Alba, J. B. *The great white Water Lilly.* Officinalis.

Nymphæa major lutea, B. P. Lutea, J. B.

Nymphæa lutea minor flore fimbriato, B. P. In *Loch-coàt Loch.*

Nymphæa alba minima, B. P. Minor, ſive Morſus Ranæ, J B.

Nota Characteriſtica.

Eſt inter Aquaticas Anomalas & ſui generis floribus perfectis, foliis ſubrotundis.

Vires.

Nymphææ albæ flores refrigerant & humectant, ad capitis & hepatis calidiores affectus commendantur. Radix vino nigro decocta potu menſium abundantiam efficaci remedio ſiſtit.

Luteæ radix Cœliacis & Dyſentericis auxiliatur, Renum & Veſicæ calidis morbis medetur. Folia Renibus admota feminis profluvium ſeu Gonorrhœam ſiſtunt.

Radix, folia, flores, ſemen in uſu ſunt adverſus Fluxus; præcipuè verò Gonorrhœam &. pollutiones nocturnas, ſeminis acrimoniam, ſanguinis æſtum & tenuitatem. Extrinſecùs adhibentur folia & flores ad febriles æſtus & vigilias ſopiendas. Uſus ſeminis atque radicis creditur reddere homines frigidos & tardos ad Venerem.

CAPUT XIV.

Herbæ incipientes à Literâ O.

OEnanthe. OENANTHE Aquatica, B. P. OEnanthe ſive Filipendula Aquatica, J. B. *Water Dropwort.*

OEnanthe Apii folio, ſucco viroſo, *Moriſon.* Sect. de Plantis Umbelliferis. Chærephylli foliis, B. P. Succo viroſo Cicutæ facie Lobelio, J. B.

Nota Characteriſtica.

Eſt inter Umbellas ſemine majore ſtriato foliis plurifariàm diviſis.

Vires.

Radices hujus Plantæ venenoſas eſſe contendit Lobelius & vertiginem tenebricoſam utentibus inducere.

Ophioglo-ſum. OPHIOGLOSSUM, J. B. Vulgatum, B. P. *Common Adders-tongue.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica.

Inter Herbas eſt ſemine minutiſſimo perfectiores, monophyllas, ſpicatas, folio integro ſimplici.

Vires.

Egregium Vulnerarium eſt. Succus ejus illitus Apum ictibus auxiliatur. Pulverem aliquot diebus exhibitum Ramices curare affirmat *Baptiſta Sardus.*

Ophrys. OPHRYS bifolia, B. P. Major quibuſdam, J. B. *Two-blade.*

Ophrys minima, B. P. Bifolium minimum, J. B.

Eſt inter Herbas foliis, floribus, pericarpiis aut radicibus bulboſis affines, radicibus fibroſis, foliis nervoſis, binis in caule oppoſitis.

Vulneraria

Vulneraria insignis est, multi usûs ad fracturas sanandas & vulnera glutinanda. Vires.

ORCHIS morio mas foliis maculatis, B. P. Orchis major tota purpureâ maculoso folio, J. B. *The Male Fools stones.* Officinalis est. *Orchis.*

Orchis Morio Fœmina, B. P. Minor purpurea & aliorum colorum cum alis virentibus, J. B. Officinalis est.

Orchis Fucum referens major foliolis superioribus candidis & purpurascentibus, B. P. Orchis fuciflora Galeâ & alis purpurascentibus, J. B.

Orchis Muscæ corpus referens minor galeâ & alis herbidis, B. P. Myodes galeâ & alis herbidis, J. B.

Orchis spiralis alba odorata, J. B. Triorchis alba odorata major & minor, B. P.

Orchis alba bifolia minor calcari oblongo, B. P. Alba calcari oblongo, J. B.

Orchis palmata pratensis latifolia longis calcaribus, B. P. Palmata non maculata, J. B.

Orchis palmata pratensis maculata, B. P. Orchis palmata specioso flore thyrso, folio maculato, J. B.

Orchis palmata minor calcaribus oblongis, B. P. Palmata rubella cum longis calcaribus rubellis, J. B.

Orchis palmata flore viridi.

Orchis abortiva fusca, B. P. Orobanchæ affinis, Nidus avis, J. B.

Est inter bulbosis affines, figurâ floris galeatâ aut labiatâ, tuberosis ut plurimùm radicibus. Nota Characteristica.

Radices omnium Satyriorum ad Venerem stimulant segniores. Radices tusæ & illitæ inflammationes leniunt, tumores discutiunt, ulcera fluentia purgant & sanant. Condiuntur radices pro hecticis & tabidis. Vires.

ORIGANUM sylvestre, Cunila bubula *Plinii*, B. P. Vulgare spontaneum, J. B. *Wild* or *Field Marjoram.* Officinalis est. *Origanum.*

Est inter Plantas verticillatas, floribus galeatis et labiatis in capitula squamosa congestis, squamis minoribus. Nota Characteristica.

Calefacit, siccat, aperit & digerit, incidit et resolvit. Prodest in obstructionibus pulmonum, hepatis, matricis et lienis. Lac auget, ichorosa excrementa per sudorem expellit. Vires.

Additur Cerevisiæ et in Dolium suspenditur, ne facilè acescat.

ORNITHOGALUM luteum, B. P. Luteum majus floriferum, Hist. *Oxon.* Bulbus sylvestris *Fuchsii* flore luteo, sive Ornithogalum luteum, J. B. *Yellow Star of Bethlehem.* *Ornithogalum.*

ORNITHOPODIUM majus, B. P. Ornithopodium flore flavescente, J. B. *The great Birds-foot.* *Ornithopodium*

OROBANCHE major, Garyophyllum olens, B. P. Orobanche flore majore, J. B. *Broom-rape.* Upon the Buck of *Bruntisland.* *Orobanche.*

Est inter bulbosis affines, figurâ floris galeatâ aut labiatâ, aphyllas radicibus squamosis. Nota Characteristica.

Herba condita, aut Syrupus ex ejus Decocto ad Spleneticos et Hypochondriacos affectus usus est eximii. Unguentum ex eodem cum Axungiâ ad tumores duros et scirrhosos commendatur. Vires.

OROBUS sylvaticus nostras, J. *Raii. English Wood-Milk-Vetch.* *Orobus.*

CAPUT XV.

Plantæ incipientes à Literâ P.

PAPAVER erraticum majus, B. P. Erraticum sive Rhœas flore Phœniceo majore simplici, Hist. *Oxon.* Rubrum campestre, J. B. *Corn-Poppy.* Officinalis est *Papaver.*

Papaver corniculatum luteum, B. P. By the Sea-side near the *the South-Ferry.*

Papaver est inter Anomalas flore tetrapetalo uniformi sui generis. Florum petala tenuia ampla fugacia. In plerisque Calyx bivalvis. Papaver alterum vasculis semi- Nota Characteristica.

nalibus brevibus in plurimas cellulas divisis, operculo stellato glabris; alterum siliquosum.

Vires. Refrigerant & soporem inducunt flores, & contra laterum dolores et sanguinis sputum utiliter bibuntur. Syrupus è succo in calidis Fluxionibus et Pleuresi utilissimus Tussim ex acri dolore mulcet. Folia Igni sacro medentur. Quidam ex floribus Extractum parant ad eosdem usus, ad quos Opium usurpatur, innocuum Medicamentum.

Parietaria. PARIETARIA, J. B. Officinarum & *Dioscoridis*, B. P. *Pellitory of the Wall.*

Nota Characteristica. Est inter mollientes floribus herbaceis, seminibus nigris, lucidis.

Vires. Abstergit et leviter adstringit refrigeratque. Multi est usûs in Clysteribus ad Ventris, Renum et Uteri dolores.

Extrinsecùs ad Tumores, Erysipelata, ambusta, &c. Conducit. Ejusdem tusæ et impositæ vis magna ad recentia vulnera sananda, exiccatæ pulvis ad Tussim inveteratam et Phthisim prodest.

Pastinaca tenuifolia. PASTINACA tenuifolia sylvestris *Dioscoridis*, vel Daucus Officinarum, B. P. Sylvestris, sive Staphylinus *Græcorum*, J. B. *The Common Wild Carrot*; or *Birds Nest.*

Nota Characteristica. Est inter Umbellas semine villoso seu hispido.

Vires. Semen calefacit, siccat, aperit, attenuat, urinas movet & menses provocat. Confert iis, quos urinæ difficultas torquet, aut lateralis dolor excruciat, aut quibus aqua cutem subivit, adversus Ventriculi ac Coli dolores utile quoque. In Vertigine & Cephalalgiâ vulgò Remedium usuale est.

Pedicularis. PEDICULARIS pratensis lutea, vel Crista Galli, B. P. Crista Galli fœmina, J. B. *Yellow Rattle.*

Pedicularis pratensis purpurea, B. P. Pedicularis, quibusdam Crista Galli flore rubro, J. B.

Pedicularis *Gerardi* flore albo.

Pedicularis palustris rubra elatior, J. *Ray.*

Nota Characteristica. Est inter herbas flore monopetalo difformi galeato, seminibus compressis, florum calycibus membranosis tumidis & velut inflatis vascula seminalia occultantibus.

Pentaphyllum. PENTAPHYLLUM vulgatissimum, *Park.* Pentaphyllum, sive Quinquefolium vulgare repens, J. B. Pentaphyllum minus procumbens flore luteo vulgare radiculas emittens ex geniculis, Hist. *Oxon.* Quinquefolium majus repens, B. P. *Common Cinquefoil.* Officinalis est.

Pentaphyllum incanum repens Alpinum, *Park.* Minus incanum Alpinum, flore aureo, radiculas in terram demittens, Hist. *Oxon.* Quinquefolium minus Alpinum aureum, B. P. Alpinum splendens flore aureo, J. B.

Pentaphyllum erectum foliis profundè sectis subtus argenteis, flore luteo, J. B. Quinquefolium erectum folio argenteo, B. P.

Pentaphyllum rubrum palustre, *Ger.* Pentaphyllum, seu Heptaphyllum majus rubrum palustre, Hist. *Oxon.* Pentaphyllum, vel potiùs Heptaphyllum flore rubro, J. B.

Nota Characteristica. Est inter Fragariæ affines pentapetalas.

Vires. Herba desiccat & adstringit. Alvi profluviis, dysenteriis, Intestinorum prolapsui, Igni Sacro & Vulneribus remedium conveniens, bibitur contra Febrium circuitus. Succus foliorum potus Morbum Regium sanat. *Schwenckfelt.*

Sistit Narium & Hæmorrhoïdum Hæmorrhagiam; utile quoque in expuitione sanguinis & tussi & Renum erosione. Extrinsecùs in oculis inflammatis succus instillatus, in oris putredine & laxitate dentium conducit. Abstergit etiam Ulcera maligna. *Schroderus.* Pulvis radicis Drachmæ unius pondere sumptus paulò ante Paroxysmum in Febribus intermittentibus, præsertim Tertianâ, insigne Febrifugum est. D. *Needham.*

Peplus. PEPLUS, sive Esula rotunda, B. P. *Petty Spurge.*

Nota Characteristica. Est inter Anomalas flore tetrapetalo uniformi, vasculo seminali, tricocco, in summo stilo succo lacteo acri & fervido.

Vires. Viribus cum Tithymalis convenit, quæ proinde in Tithymalo commodiùs tradentur.

Periclymenum. Periclymenum non perfoliatum *Germanicum*, B. P. Periclymenum plurimis, sive Caprifolium non perfoliatum, J. B. *Common Wild Honey-suckle.* Officinalis est. In sylvis.

Nota Characteristica. Est inter frutices bacciferos foliis deciduis non spinosos, floribus tubulosis oblongis, cum capreolis.

Vires. Vehementer calefacit, diureticum est validum. Exiccare ipsum tradunt Ulcera humida & sordida, sanare Impetigines & alias cutis fœditates. Folia in Gargarismis usurpantur.

PER-

PERSICARIA mitis maculoſa & non maculoſa. B.P. Mitis, J.B. *Dead*, or *Spotted Arſmart.* Officinalis eſt. *Perſicaria.*

Perſicaria urens, ſive Hydropiper, B. P. Acris, ſive Hydropiper, J. B. Officinalis eſt.

Perſicaria minor, B.P. Minor, ſive puſilla procumbens, Hiſt. *Oxon.*

Eſt inter herbas flore imperfecto monoſpermas, ſemine triquetro, floribus in ſpicas diſpoſitis longioribus & Strigoſioribus. Nota Characteriſtica

Perſicaria mitis Inflammationibus incipientibus & recentibus Vulneribus impoſita prodeſt. *Schwenckfelt.* Vires.

Acris incidit, aperit, diſcutit & ſugillata delet; Vulnera & Ulcera mirificè purgat.

Aqua hujus deſtillata efficax eſt ad comminuendum Calculum etiam Veſicæ. D. *Boyl* de Utilitate Philoſophiæ Nat. Part. 2. p. 69.

Herba recens carnibus appoſita eas à tineis & vermibus vindicat, & quæcunque in pecoribus vulnera vel ulcera ſucco Perſicariæ oblita fuerint, ea ab injuriâ Muſcarum tuta manent, etiam ferventiſſimâ Æſtate. Cubiculis quoque inſpergitur ad Pulices enecandos.

PETASITES major & vulgaris, B. P. Vulgaris rubens rotundiore folio, J B. *Butter-bur.* *Petaſites.*

Eſt inter herbas flore diſcoïde pappoſas, floribus in uno caule pluribus in thyrſum diſpoſitis, nudis ante folia erumpentibus, foliis majoribus ſubrotundis. Nota Characteriſtica.

Radix guſtu amara eſt, Peſtilentialis radix dicitur, quòd ſudorem vehementer movendo in malignis & peſtilentialibus Febribus mire proſit. Uteri præfocationes tollit, lumbricos ventris interimit, tuſſi quoque & aſthmati conducit. Extrinſecùs ad Bubones & maligna Ulcera uſurpatur. Folia etiam manantibus & erodentibus ulceribus utiliter imponuntur. Vires.

PILOSELLA major repens hirſuta, B.P. Majore flore, ſive Vulgaris repens, J.B. *Common Mouſe-ear.* Officinalis eſt. *Piloſella.*

Eſt inter lacteſcentes pappoſas reptatrices flagellis emiſſis, foliis longioribus pilis obſitis. Nota Characteriſtica.

Adſtringit vehementer & ſiccat, Sternutatoria eſt. Vulneraria quoque Dyſenteriam Alvi Uterique fluxus ſiſtit. Pulvis Hernias curat, ad Calculum quoque commendatur. Succus herbæ illitus Herpetem miliarem compeſcit & ſanat. Vires.

Succus Decoctumve aciem ferri vel chalybis ſæpe merſam indurare creditur. Uſus Mechánicus.

PIMPINELLA Saxifraga major umbellâ candida, B. P. Saxifraga Hircina major, J. B. *Great Burnet-Saxifrage.* Officinalis eſt. *Pimpinella.*

Pimpinella Saxifraga major altera, B. P. Saxifragia Hircina minor foliis Sanguiſorbæ, J. B.

Pimpinella Saxifraga minor, B. P. Saxifragia Hircina minima, Pimpinella criſpa *Tragi*, J. B.

Eſt inter Herbas Umbelliferas, ſemine craſſiore minore, foliis pinnatis. Nota Characteriſtica.

Urinas movet, ſudores provocat, venenis reſiſtit, Jecoris Lieniſque obſtructiones aperit. Lithontriptica eſt, vulneraria quoque. Extrinſecùs maturat Bubones. Vires.

PISUM arvenſe, B. P. Piſa arvenſia, J. B. *Peaſe.* *Piſum.*

PLANTAGO latifolia ſinuata, B. P. Major folio glabro non laciniato ut plurimùm, J. B. *Plantago.*

Plantago latifolia incana, B. P. Major hirſuta Media à nonnullis cognominata, J. B.

Plantago latifolia incana alba.

Plantago anguſtifolia major, B. P. Lanceolata, J. B.

Plantago Aquatica latifolia, B. P. Aquatica, J. B.

Plantago Aquatica anguſtifolia, B. P. Aquatica humilis anguſtifolia, J. B.

Plantago Aquatica ſtellata, B. P. Damaſonium ſtellatum *Dalechampy*, J B.

Eſt inter herbas flore tetrapetalo uniformi Anomalas, floribus Staminoſis in ſpicas congeſtis, tubis floſculorum in vaſcula ſeminalia elliptica intumeſcentibus, ſeminibus intus binis puliciformibus. Nota Characteriſtica.

Latifolia ſinuata refrigerat & deſiccat. Olus coctum eſtur Dyſentericis. Herba Vulneraria eſt, Ulcera & Fiſtulas ſanat. Succus aurium doloribus & lippitudinibus oculorum utiliſſimè inſtillatur. Gingivis ſanguinolentis & ſanguinem rejicientibus confert. Phthiſicis & tabidis ſalubris. Radix Renum & Veſicæ Ulcera ſanat. Semen quoque Alvi fluxus, Dyſenterias & Uteri Hæmorrhagiam ſiſtit. Calidis Podagris folia conveniunt. Vires.

Plantago Aquatica procidentiam Ani curat.

POLYGALA vulgaris, B. P. Polygala tetrapetala, ſiliculoſa, bicapſularis, longo *Polygala.*

& anguſto folio minor, Hiſt. *Oxon.* Polygalon multis, J. B. *Blew Milk-wort.*

Polygala rubra.

Vires. Si manipulus ejus per noctem in vino maceretur, idque bibatur, Bilem per Alvum mirè dejicit, nullo periculo, experientiâ *Geſneri.*

Polygonum. POLYGONUM latifolium, B. P. Polygonum, ſive Centinodia, J. B. *Common Knot-graſs.* Officinalis eſt.

Polygonum anguſtiſſimo & acuto vel graminco folio minus repens, B. P. Polygonum polyſpermum *Knawell* dictum floſculis viridibus, Hiſt. *Oxon.* Tertium *Dodonæi*, ſive Tenuifolium, J. B.

Polygonum minimum, ſive Millegrana minima, B. P.

Nota Characteriſtica. Eſt inter herbas flore imperfecto monoſpermas, ſemine triquetro, floſculis pentaphyllis in ſpicas diſpoſitis.

Vires. Siccat & adſtringit, vulnerarium eſt, egregii uſûs in ſiſtendis fluxibus quibuſcunque & Vomitu. Extrinſecùs prodeſt in vulneribus, ulceribus & inflammationibus oculorum. *Schrod.*

Polypodium. POLYPODIUM vulgare, B. P. *Common Polypody.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter acaules epiphylloſpermas, folio breviore & latiore diviſo.

Vires. Radix purgandi vim habet, bilem atram & pituitam detrahit. Radicum pulvis per aliquot dies exhibitus ad Icterum & Hydropem remedium eſt præſtantiſſimum. Extrinſecùs pulvis naribus inditus Polypum Morbum conſumit.

Populus. POPULUS tremula, B. P. *Lybica Plinii*, Κρανὶς *Theophraſti*, J. B. *The quaking Aſp.* Reliqua in libro ſequente vide.

Potamogeiton. POTAMOGEITON rotundifolium, B. P. Rotundiori folio, J. B.

Potamogeiton Salicis folio, B. P. Anguſtifolium, ſeu Salicis folio, Hiſt. *Oxon. Narrow-leaved Pond-weed.*

Sunt & aliæ hujus ſpecies, quas non opus eſt numerare.

Nota Characteriſtica. Inter Anomalas Aquaticas eſt.

Potentilla. POTENTILLA, B. P. Potentilla, ſive Argentina, J. B. Pentaphylloïdes minus ſupinum, ſeu procumbens foliis alatis argenteis et ſerratis flore luteo, Hiſt. *Oxon. Silverweed.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter herbas ſemine nudo polyſpermas, flore tetrapetalo, foliis pinnatis incanis aut tomentoſis.

Vires. Exiccat, adſtringit, viſcera roborat, alvi quaſvis fluxiones & fœminarum profluvia cohibet. Gargarizatu commotos dentes firmat, & lapſas gingivas prolapſamque columellam reſtituit. Hæmoptoïcis ſuccurrit, vulneribus & ulceribus admodùm conducit. Aqua ſtillatitia ad fuſcum colorem Sole contractum delendum adhibetur.

Prunus. PRUNUS ſylveſtris, B. P, *The Sloe-tree.* Officinalis eſt.

Frutex pruniferus eſt.

Vires. Folia, fructus, cortices refrigerant, exiccant & adſtringunt. Uſus proinde in Hæmorragiâ narium, in profluviis alvi uterique frequens.

Hujus Gummi, quod ſponte exudat, in Aceto ſolutum & illitum Herpetas ſanat.

Aqua è floribus deſtillata ad laterum dolorem commendatur. E floribus Pruni ſylveſtris per iteratam infuſionem fit Syrupus purgans. C. *Hofman.*

Succus à Pharmacopolis inſpiſſatus Acaciæ vicem ſupplens dentium dolores mulcet. Cortex radicis Aceto decoctus Fluxiones inhibet. Folia & radices gargarizatu faucium ulcera & fluxiones ſanant.

Pyrola. PYROLA, J. B. Rotundifolia major, B. P. *Common Winter-green.* Officinalis eſt. In ſylvis et ericetis.

Nota Characteriſtica. Eſt inter bulboſis affines, figurâ floris galeatâ aut labiatâ, foliis planis virentibus perpetuis.

Vires. Refrigerat, ſiccat, adſtringit, glutinat & inſignis Vulneraria eſt. Fiſtulis & aliis malignis ulceribus medetur & Herniis utilis eſt. Exulceratos Renes juvat.

CAPUT

CAPUT XVI.

Herbæ incipientes à Literâ Q.

QUERCUS latifolia mas quæ brevi est pediculo, B. P. Vulgaris pediculis brevibus, J. B. *The common Oak-tree.* Officinalis est. *Quercus.*

Inter Arbores Glandiferas est, quarum fructus Calyci insidet, inferiorem tantùm ejus partem tegenti, superiori nudâ. Nota Characteristica.

Adstringentis est facultatis, glutinat, cohibet, sanguinis fluxionibus sistendis utilissima. Folia tenera & rubicunda vino decocta in Collutionibus & Gargarismis dentium dolores sedant. Adduntur insessibus ubi adstrictione opus est. Aqua ex foliis tenerrimis elicitur, ad faucium inflammationes, dysenteriam & alios Alvi ac Sanguinis fluores utilis. Vires. Folia.

Quercinæ Glandes urinam cient, Calculum frangunt, Stranguriæ medentur. Urgente fame pauperes alibi iis loco panis victitant. Sues his pinguescunt & duram solidamque carnem generant. Glandes.

Cupulæ Glandium sistunt, adstringunt, fluxus muliebres & dysenterias sanant, dentes ex vino rubro firmant. Cupulæ Glandium.

Uvæ Quercinæ in vetustis Quercubus, quæ ad radicem quandoque ad caudicem adnascitur, spongiosum excrementum Arthritidi medetur. Uva.

Pilulæ ad Gallarum facultatem accedunt, sed ipsis infirmiores, ad tincturæ usum à Tinctoribus colliguntur. Pilulæ.

CAPUT XVII.

Herbæ incipientes à Literâ R.

RANUNCULUS nemorosus Moschatelina dictus, B. P. Moschatelina foliis Fumariæ bulbosæ, de quâ *Cordus*, J. B. *The Musk Wood Crow-foot.* *Ranunculus.*

Ranunculus montanus Aconiti folio flore luteo globoso, B. P. Flore globoso quibusdam Trollius flos, J. B.

Ranunculus palustris Apii folio levis, B. P. Palustris flore minimo, J. B.

Ranunculus longifolius palustris major, B. P. Ranunculus longo folio maximus, Lingua *Plinii*, J. B.

Ranunculus longifolius palustris minor, B. P. Longifolius, aliis Flammula, J. B.

Multæ aliæ sunt Ranunculi species apud nos, quas enumerare opus non est.

Ranunculus est inter Pentapetalas, seminibus sibi invicem arctè conglobatis et congestis, radicibus et foliis variè constructis donatas. Nota Characteristica.

RHAPHANUS Rusticanus, B. P. Sylvestris, sive Armoracia multis, J. B. *Horse Radish.* Officinalis est. *Rhaphanus.*

Rhaphanus Aquaticus foliis in profundas lacinias divisis, B. P.

Sunt inter Herbas flore tetrapetalo siliquosas, bicapsulares.

Rhaphanus Rusticanus in Condimentis Appetitum facit, Urinam & Arenulas valenter pellit. Commendatur & ad Tussim & Phthisin. Antiscorbuticus est. Ciet vomitum, si succus vel Infusio in Aceto cum Melle tepido assumatur, & aqua superbibatur. Nota Characteristica. Vires.

RAPISTRUM flore luteo, B. P. J. B. Sinapi arvense præcox semine nigro, Hist. *Oxon. Charlock* or *Wild Mustard.* *Rapistrum.*

Rapistrum flore albo, siliquâ articulatâ, B. P. Flore albo striato, Sinapi album agreste *Trago*, J. B. Rhaphanistrum flore albo striato, siliquâ articulatâ striatâ minore. Hist. *Oxon.*

Rapistrum luteum siliquâ glabrâ articulatâ, J. *Raii.* Rhaphanistrum siliquâ articulatâ glabrâ majore & minore, Hist. *Oxon.*

Est inter Herbas siliquosas tetrapetalas bicapsulares. Nota Characteristica.

Vires. Semen urinam provocat, & viribus ad Sinapi accedit.

Rapunculus. RAPUNCULUS Scabiosæ capite cæruleo, B. P. Ramosus corniculatus Scabiosæ capite cæruleo, Hist. *Oxon.* Scabiosa globularis, quam ovinam vocant, J. B. *Hairy Sheeps Scabious.*

Reseda. RESEDA vulgaris, B. P. Lutea, J. B. *Base Rocket.*

Nota Characteristica. Flore est hexapetalo, vasculo seminali triquetro, quod vix unquam perfectè claditur.

Rhodia radix. RHODIA radix, B. P. J. B. *Rose-root.* Officinalis est.

Vires. Pota dysenteriam & diarrhœam curat, alba menstrua cum Nuce Moschatâ sistit, adversus capitis dolorem cum aquâ Rosaceâ fronti imponitur. Qualitate & temperaturâ Rosis affinis est. *Schwenckfelt.*

Rhus Myrtifolia. RHUS Myrtifolia *Belgicâ*, B. P. Gale, Frutex odoratus Septentrionalium, J. B. Myrtus *Brabantica*, sive Elæagnus *Cordi*, *Ger. Gaule*, *Sweet Willow*, or *Dutch Myrtle.*

Nota Characteristica. Est inter Frutices, seminibus vasculis inclusis, foliis deciduis, floribus & seminibus in Jülos coactis, foliis odoratis.

Folia & ramulos hujus inter vestimenta recondunt ad tineas abigendas, tum ad odoris suavitatem conciliandam.

Ros Solis. ROS Solis folio rotundo, B. P. J. B *Round-leaved Sun-dew.* Officinalis est.

Nota Characteristica. Est inter Herbas flore pentapetaloide Anomalas, vasculis seminalibus oblongis seminibus minutissimis repletis.

Vires. Aqua hujus destillata Phthisicis commendatur. Conserva Rorellæ ad sputum sanguinis commendatur.

Rosa. ROSA sylvestris vulgaris flore odorato incarnato, B. P. Sylvestris alba cum rubore folio glabro, J. B. *The ordinary Wild Brier-bush.* Officinalis est.

Rosa sylvestris inodora, sive Canina flore albo.

Rosa sylvestris nostras flore albo odoratissimo.

Rosa sylvestris foliis odoratis, B. P. Rosa foliis odoratis, Eglantina dicta, J. B.

Rosa sylvestris pomifera minor, B. P. Pumila spinosissima foliis Pimpinellæ glabris flore albo, J. B.

Rosæ Ciphaniæ. Rosa *Ciphiana*, seu Rosa Pimpinellæ foliis minor nostras, flore eleganter variegato, Catal. Horti Medici *Edinburgensis.*

Rosam hanc, quòd in Prædio meo *Ciphiano* sponte nascatur, *Ciphianam* appellavi. Ea cùm non occurrat apud ullum ex Scriptoribus Botanicis, quos mihi videre contigit, digna visa est quæ describatur.

Descriptio. Ex radice longâ lignosâ per terram serpente assurgit caulis Cubitalis ut plurimùm altitudinis, quandoque majoris, aliquando minoris, qui in tenues ramos se diffundit, spinis densissimis ab ipsâ radice usque ad plantæ summitatem undique armatus. Rami de se protrudunt folia Pimpinellæ vulgaris foliis, tum figurâ, tum quantitate & colore incisurisque in margine levibus, simillima; inter quæ ex pediculo suo calyx propendet, quo aperto exerit se flos simplex tinctus rubedine variâ, in quibusdam saturatiore, in aliis dilutiore, in omnibus virgulis albis pulchrè distinctâ. Cui deciduo succedit pomum coloris atro-rubentis, rotundius & minus Cynorrhodi vulgaris pomis, id lanugine quadam & seminibus oblongo-rotundis, & ex infernâ parte magis compressis, & ex basi latiore, cordis effigie in conum desinentibus repletum. Flos eximium odorem de se fundit, quâ pollet tenuitate, penetrantem. Foliis sæpe adnascuntur pilulæ rubro-pallescentes, nunc rotundæ, nunc oblongæ, cavitate quadam cujusdam Insecti nidulo donatæ.

Locus naturalis. Nascitur in colle quodam Prædii nostri *Ciphiani* Austro obverso, declivi admodùm, cautibus squalido, nec alibi, quod sciam, conspicitur.

Perennis est planta. In hortos translata tum floris variegationem, tum suavissimum odorem conservat. Eam Sapphicis Versibus fusè descripsi & vires ejus enarravi in Ode quadam, quæ ad hujus libri calcem habetur.

Rubia. RUBIA parvo flore cæruleo se spargens, J. B. Rubeola arvensis cærulea repens, B. P. *Small creeping Field-Madder.*

Rubus. RUBUS vulgaris, sive Rubus fructu nigro, B. P. Major fructu nigro, J. B. *The Common Bramble* or *Black-berry Bush.* Officinalis est.

Rubus Idæus spinosus, B. P. Idæus spinosus fructu rubro, J. B. *Red Rasp-berry* or *Hind-berry.* Officinalis est.

Rubus saxatilis, *Ger.* Alpinus humilis, J. B. Chamærubus saxatilis, B. P.

Rubus

Rubus eſt inter Frutices bacciferos ſpinoſos, foliis deciduis, fructu compoſito ex multis acinis. Nota Characteriſtica.

Fructus immaturus aſtringit potenter. Maturus temperatior eſt & ſubaſtringit. Uſus in quibuſcunque Alvi profluviis Uterique, & in Vomitu. Extrinſecùs in Aphthis aliiſque ulceribus oris, in vulneribus aſtringendis. *Schrod* Commendatur quoque ad Scorbutum ſuccus baccarum in Syrupo exhibitus. Maximæ efficaciæ eſt in Dyſuriâ, D. *Needham.* Vires.

Cymæ ex vino rubro ſputum ſanguinis inhibent. Ex vino auſtero dentes firmant.

E ſucco Mororum Rubi vulgaris expreſſo & fermentato cum tantillo Sacchari paratur vinum ſatis generoſum & guſtui gratum, & ex baccis Rubi Idæi ſimile quoque vinum paratur.

CAPUT XVIII.

Plantæ à Literâ S *incipientes.*

SALIX vulgaris alba arboreſcens, B. P. Maxima fragilis alba hirſuta, J. B. *The Common white Willow.* *Salix.*

Salix vulgaris rubens, B. P.

Salix ſpontanea fragilis Amygdalino folio non auriculata, J. B.

Salix folio Laureo, ſive lato glabro odorata, J. *Raii.*

Salix pumila brevi anguſtoque folio incano, B. P.

Salix folio ex rotunditate acuminato, B. P. Infernè hirſuta, J. B.

Salix latifolia rotunda, B. P.

Eſt inter Arbores lanigeras, ſeminibus tectis, ſeu incluſis vaſculis multis ſimul confertis in fructum quendam oblongum cylindraceum Julum dictum, è foliorum alis exeuntem, foliis anguſtioribus & longioribus, viminibus lentis. Nota Characteriſtica.

Salicis cortex, folia, Juli refrigerant & ſubaſtringunt. Semen cum lanugine ſanguinem ſiſtit & ambuſtis medetur. Decoctum foliorum libidinem arcere dicitur. Folia ſtrata in pavimento utilia ſunt in Aëre refrigerando. Lachryma, quæ cortice vulnerato extillat, commendatur ad ruborem & lippitudinem oculorum. Vires.

Salix ob tenacitatem & lentitiam Doliariis convenientiſſima eſt. Uſus Mechanicus.

SAMBUCUS vulgaris, J. B. Fructu in Umbella nigro, B. P. *Common Elder.* Officinalis eſt. *Sambucus.*

Sambucus humilis, ſive Ebulus, B. P. Ebulus, ſive Sambucus Herbacea, J. B. *Dwarf Elder*, or *Wall-wort.* Officinalis eſt.

Sambucus Aquatica flore ſimplici, B. P. Aquatica, J. B.

Eſt inter Arbores Bacciferas, foliis deciduis, fructu ſimplici acino conſtante, foliis pinnatis, floribus ſpecioſioribus, albis, pentapetalis, umbellatim ferè diſpoſitis. Nota Characteriſtica

De viribus & uſu Sambuci integrum Librum ſcripſit *Martinus Blockwitzius*, cui Titulus *Anatomia Sambuci.* Vires.

Cortex interior educit ſeroſos humores & Hydropicos juvat. Mitiùs idem præſtant Turiones & Gemmæ in Acetariis adhiberi ſolitæ. Baccæ ſudoriferæ & alexipharmacæ ſunt, ut & flores, quorum uſus eſt in Eryſipelate præcavendo & abigendo.

Acetum, in quo flores macerati ſunt, in cibis Ventriculo gratum, appetentiam excitat, craſſos crudoſque humores incidit & attenuat.

Cortex interior ambuſtis impoſitus ad ardorem igneum extinguendum utilis eſſe perhibetur.

Ad Arthritin quoque folia & flores commendantur.

Sambuci Aquaticæ Baccæ ad drachmas duas in jure pingui alterato comtæ Abſinthii ſeroſitates per Vomitum benignè evacuant. *Prævot.* Medicinâ pauperum.

SANICULA Officinarum, B. P. Mas Fuchſii, ſive Diapenſia J. B. *Common Sanicle.* Officinalis eſt. *Sanicula.*

Ad Umbelliferas reducitur. Semine eſt hiſpido & lappaceo, foliis laciniatis. Nota Characteriſtica.

Calefacit, ſiccat, aſtringit, glutinat, egregia Vulneraria eſt. Pota ſanat vulnera, Vires.

fiſtulas, enterocelas. Sanguinis ſputo, dyſenteriis, renumque vitiis medetur; ruptis & vulſis auxiliatur decocta, pota & impoſita.

Sanicula montana. SANICULA montana flore calcari donato, B. P. Pinguicula *Geſneri*, J. B. Viola paluſtris Pinguicula dicta; Hiſt. *Oxon. Butter-wort.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas flore monopetalo difformi calcari donato violam referente, unicò in caulis nudi ſummo flore.

Vires. Vulnera recentia et plagas curant folia trita et impoſita, ejuſque ſucco pingui et butyroſo tumores et fiſſuras in vaccarum uberibus, Ruſtici ſanant. *Cambro-Britanni* (teſte *Parkinſono*) ex eâ Syrupum conficiunt, quo ſeipſos purgant.

Saxifraga. SAXIFRAGA rotundifolia alba, B. P. Alba radice granuloſâ, J. B. *Common White Saxifrage.* Officinalis eſt.

Saxifraga rotundifolia aurea, B. P. Aurea *Dodonæi*, J. B.

Saxifraga foliis pediculis oblongis inſidentibus, J. *Raii.*

Saxifraga *Anglica* facie Seſeli pratenſis, *Ger.* Saxifragà *Anglorum* foliis Fœniculi latioribus, radice nigrâ, flore candido, ſemine Fœniculi, ſimilis Silao, J. B.

Saxifraga paluſtris *Anglica*, *Park.* Alſine paluſtris foliis tenuiſſimis, ſive Saxifraga paluſtris Alſinefolia.

Nota Characteriſtica.

Eſt inter Herbas flore pentapetalo, vaſculo ſeminali bicorni: ad Sedum enim reducitur.

Vires. Grana albæ rotundifoliæ radicibus adnaſcentia abſtergunt, incidunt, attenuant, craſſa et glutinoſa è pectore educunt, farctus renum & veſicæ extergunt, Calculum expellunt, in difficultate Urinæ magni uſus.

Saxifragæ facie Seſeli pratenſis ſuccus, decoctum, aqua deſtillata, vel ſemen in pulvere efficax eſt, vulgi experimento, in urinâ ciendâ, Calculo atterendo & expellendo, & flatibus diſcutiendis.

Saxifragæ aureæ. SAXIFRAGA aurea eſt inter Herbas flore imperfecto ſexu carentes, ſemine rotundo, flore floriſve calyce ſedi ſeu baſi ſeminis fructuſve cohærente, vaſculo a perianthio & flore diſtincto, cordato flore flavo, foliis crenatis ſubrotundis.

Nota Characteriſtica.

Vires. A *Schwenckfelt* ejuſdem uſus cenſetur cum Hepaticâ. A vaccis ſi devoretur, Butyrum inde flaveſcere Villici obſervarunt.

Scabioſa SCABIOSA pratenſis hirſuta, quæ Officinarum; B. P. Major communior hirſuta folio laciniato & non laciniato, J. B. *Common Field-Scabious.* Officinalis eſt.

Scabioſa capitulo globoſo minor, C. B. Minor vulgaris, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas flore compoſito Anomalas, ſingulis florem totalem componentibus floſculis, ſingulis ſeminibus inſidentibus, ſuiſque privatis calycibus donatis,

Vires. Scabioſa ſudorifera, alexipharmaca ac pulmonica eſt, multi uſus adverſus Tuſſim veterem, reſpirationis difficultatem, laterum dolores. Purulenta expurgat, fiſtuloſa quoque ulcera mundat.

Extrinſecùs in ſcabie, pruritu, impetigine uſurpatur.

Scandix. SCANDIX ſemine roſtrato vulgaris, B. P. Pecten Veneris, J. B. *Venus Comb* or *Shepherd's Needle.*

Nota Characteriſtica. Inter Herbas eſt Umbelliferas, ſemine roſtrato.

Vires. Scandix movet urinas, renes expurgat & veſicam, aperit hepar obſtructum & ſtranguriæ medetur, ventriculum roborat.

Scordium alterum, ſive Salvia agreſtis. SCORDIUM alterum, ſive Salvia agreſtis, B. P. Scordotis ſive Scordium folio Salviæ, J B *Wood-Sage.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Verticillatas Herbaceas floribus galeâ carentibus, labiatis, ſpicatis.

Vires. Decoctum hujus urinam & menſes ciet. Inſigne eſt Antiſcorbuticum & nervos admodùm roborat. Vulnerarium eſt inſigne.

Scrophularia. SCROPHULARIA nodoſa fœtida, B. P. Perennis radice nodoſâ fœtidâ, Hiſt. *Oxon.* Vulgaris & major, J. B. *Common Fig-wort.* Officinalis eſt.

Scrophularia Aquatica major, B. P. Perennis radice fibroſâ, foliis betonicæ, Hiſt. *Oxon.* Maxima radice fibroſâ, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter bicapſulares monopetalas.

Vires. Emollit, abſtergit, reſolvit. Illita radix Hæmorrhoïdas ſanat & ſcabiem tollit. Recens diſſecta admota dentium dolores ſopit. Semen drachmæ unius pondere ventris lumbricos necat. Radix optimum eſt remedium adverſus ſtrumas & ſcrophulas, in Cancroſis depaſcentibus quoque utilis.

Secale. SECALE, J. B. Hybernum vel majus, B. P. *Rie.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter culmiferas ſpicatas grano majore frumentaceas.

Vires. Farina, quòd lentorem quendam habeat, ad Phthiſin commendatur pro pane.

SEDUM

SEDUM minus luteum folio acuto, B. P. Minus flore luteo, J. B *Small Houseleek.* Officinalis est. *Sedum.*

Sedum parvum acre flore luteo, J. B. Sempervivum minus; Vermiculatum acre; B. P.

Sedum Alpinum luteum minus, J. *Raii.*

Sedum arvense flore rubente, B. Prodr. Purpureum pratense, J. B.

Sedum Alpinum trifido folio, B. P. Sedis affinis Trifulca Alpina flore albo, J. B.

Sedum tridactylites tectorum, B. P. Tridactylites tectorum flore albo, J. B Paronychia rutaceo folio, *Ger.* Upon *Craig-Lockart* to the Westward of *Edinburgh.*

Est inter Plantas multisiliquas seu corniculatas majores, foliis ad radicem multis, crassis & succulentis in globulos congestis, floribus in surculis reflexis in summis caulibus. Nota Characteristica.

Sedum parvum acre flore luteo foris admotum rubificat, Vesicas excitat & tandem exulcerat. Succus cum Aceto vel alio liquore extractus Vomitum movet, ac crassos, pituitosos & biliosos humores educit. Extrinsecùs in laxitate dentium ac putredine dentium Scorbuticâ prodest. Vires.

Sedum tridactylites tectorum flore albo in Cerevisiâ tenui infusum & per aliquot dies potum absque ullâ evacuatione sensibili Scrophulis medetur. D. *Boyle* de Utilitate Philosophiæ Naturalis.

SENECIO minor vulgaris, B. P. Vulgaris sive Erigeron, J. B. *Common Groundsel.* Officinalis est. *Senecio.*

Senecio incanus pinguis, B. P. Hirsutus viscidus major odoratus, J. B.

Est inter herbas flore discoïde nudo papposas, foliis laciniatis. Nota Characteristica.

Succus vel Decoctum cum Uvis *Corinthiacis* leniter purgat per Vomitum. Usus ejus in Cholerâ, Ictero, intemperie calidâ hepatis, lumbricis, Ischiadico dolore. Extrinsecus in mammis inflammatis, scabie capitis, strumis, dolore ventriculi, urinâ retentâ, arthritide, vulneribus. Vires.

Veterinarii succum ejus expressum equis præbent adversus ventriculi & intestinorum vermes *Botts* dictos cum bono successu.

SERPYLLUM vulgare minus, B. P. Vulgare, J. B. *Wild Thyme.* Officinalis est. *Serpyllum.*

Serpyllum vulgare flore albo.

Serpyllum vulgare foliis variegatis.

Serpyllum hirsutum.

Thymi species est inter Verticillatas fruticosas, flore galeato & labiato. Nota Characteristica.

Digerit, incidit & aperit. Potu urinas & menstrua movet. Obstructiones pulmonum, jecoris & lienis tollit. Torminibus, ruptis & convulsis auxiliatur, & in Balneis sudores movet. Vires.

SIDERITIS *Anglica* strumosâ radice, *Park.* Panax Coloni & Marrubium Aquaticum acutum, *Ger.* Stachys 7, sive Palustris fœtida, C. B. Galeopsis angustifolia fœtida, J. B *Clowns All-heal.* *Sideritis.*

Sideritis Alsines Trissaginis folio, B. P. Humilis lato obtuso folio, *Ger. Iron-wort with Germander-Chick-weed leaves.* Nota Characteristica.

Anglica inter Plantas Verticillatas est, floribus ad caulium nodos è foliorum alis exeuntibus, verticillis dense stipatis.

Insignis Vulneraria est. Astringit, Hæmorrhagiam sistit, & Catarrhos compescit. Vires.

SINAPI Rapæ folio, B. P. Sativum Rapæ folio, siliquâ planâ, semine ruffescente; Hist. *Oxon.* Siliquâ latiusculâ glabrâ, semine russo, seu Vulgare, J. B. *Common Mustard.* Officinalis est. *Sinapi.*

Est inter siliquosas, tetrapetalas, bicapsulares. Nota Characteristica.

Optimum Antiscorbuticum Medicamentum est. Caput purgat, sternutamenta movet, Comitalibus & Lethargicis auxiliatur, & Paralyticis & Apoplecticis, naribus inditum, vel in Sinapismo adhibitum. Menses & urinam ciet. Vires.

SIUM Erucæ folio, B. P. Foliis rugosis, multifidis, dentatis, *Morison.* Sect. de Plantis Umbellif. Cicuta Aquatica *Gesneri*, J. B. Nostratibus *Deafum.* *Sium Erucæ folio.*

Umbellifera est. semine striato minore, foliis lobatis seu pinnatis. Nota Characteristica.

De eâ integrum Tractatum scripsit *Wepferus*, ubi multas habet Observationes de mortiferâ ejus qualitate. Venenata enim planta est, præsertim radix ejus. Vires.

Sium maximum latifolium, J. B. Sium *Dioscoridis*, sive Pastinaca Aquatica major, *Park.* Aliæ *Sii* species.

Sium majus anguſtifolium, *Ger.* Umbelliferum, J. B.

Sium umbellatum repens.

Sium minimum foliis Ferulaceis, Horti Reg. *Bleſ.* Minimum, J. *Raii.*

Vires. Herba cruda, ineunte Vere, in Acetariis comeditur a quibuſdam. Stomacho grata eſt, urinas promovet, & Veſicæ Calculos expellit.

Extrinſecùs in mammarum tumoribus ſcrofuloſis commendatur.

Smyrnium, ſeu Hippoſelinum. HIPPOSELINUM *Theophraſti*, vel Smyrnium *Dioſcoridis*, B. P. *Macerone* quibuſdam, Smyrnium ſemine magno nigro, J. B. *Common Alexander.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Umbelliferas, ſemine majuſculo & tumidiore per maturitatem nigro, foliis uniformibus è ſegmentis latiſſimis compoſitis.

Vires. Venit in cibum cruda & cocta tum radix conciſa, tum folia tenella & caulis, vel in Juſculis, vel Intinctibus ex Aceto & Oleo ad ſanguinem depurandum.

Solanum. SOLANUM ſcandens, ſive Dulcamara, B. P. Glycypicros, ſive Amara dulcis, J. B. *Woody Night ſhade.* Officinalis eſt.

Solanum quadrifolium bacciferum, B. P. Herba Paris, J. B.

Solanum μανικόν, B. P. Solanum maniacum multis, ſive Bella Donua, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Bacciferas.

Vires. Bella Donua ſomniferum eſt & malignum: propterea intus aſſumi non debet. Extrinſecùs in calidis Inflammationibus tum radices tum folia & baccæ uſurpantur.

Folia recentia mammis impoſita earum durities & tumores etiam cancroſos emolliunt & diſcutiunt.

Solanum lignoſum urinam ciere dicitur, & contra Hydropem exhibetur & Morbum Regium. Quibuſdam herbæ & foliorum ſuccus violenter purgat. Folia foris admoventur contra inflammationes & pruriginoſos manuum pedumque tumores.

Solanifolia Circæa dicta. SOLANIFOLIA Circæa dicta major, B. P. Ocimaſtrum Verrucarium, J. B. *Enchanters Night ſhade.*

Nota Characteriſtica. Dipetala eſt ſeminum involucris hirſutis donata.

Soldanella. SOLDANELLA maritima minor, B. P. Braſſica marina, ſive Soldanella, J. B. Convolvulus maritimus noſtras rotundifolius., Hiſt. *Oxon. Sea Bind-weed.* Officinalis eſt. *It groweth near the Ely.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter ſcandentes campanulatas lacteſcentes.

Vires. Vehementiſſimè alvum ciet, & ſeroſos humores purgando in Hydrope & Scorbuto conducit: ſed cautè uſurpanda, quòd Ventriculo inimica ſit.

Sonchus. SONCHUS lævis laciniatus latifolius, B. P. Laciniatus non ſpinoſus, J. B. *Smooth Sow-thiſtle.* Officinalis eſt.

Sonchus aſper laciniatus & non laciniatus, B. P. Laciniatus ſpinoſus, J. B.

Sonchus repens, multis Hieracium, J. B. Hieracium arboreſcens paluſtre, B. P.

Soncho affinis Lampſana domeſtica, B. P. Lampſana *Dodonæi*, J. B. *Nipple-wort.*

Nota Characteriſtica. Sonchus eſt inter herbas flore compoſito planifolio naturâ pleno lacteſcentes, ſeminibus pappoſis majoribus.

Vires. Cum Cichoraceis in facultatibus convenit. Vis ei refrigerans & aperiens. Suſpirioſos & Aſthmaticos juvare, & Stranguriam ſanare dicitur. Inflammationibus utiliter imponitur. Viridis & tener in Acetariis comeditur.

Lampſana congeneris characteris eſt, quæ Vulneraria inſignis eſt & in pupillis ulceratis ſanandis magni uſûs.

Sorbus. SORBUS ſylveſtris foliis domeſticæ ſimilis, B. P. Sorbus Aucuparia, J. B. *Wild Service-tree.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Arbores Pomiferas foliis deciduis.

Vires. Baccæ ſuccum exhibent acidum Hydragogon egregium & Scorbuto aptum. D. *Needham.*

Sparganium. SPARGANIUM ramoſum, B. P. Sparganium quibuſdam, J. B. *Branched Burreed.*

Sparganium non ramoſum, B. P. Sparganium alterum, J. B.

Vires. Siccandi vim habet. *Schwenckfelt.*

Sphondylium. SPHONDYLIUM vulgare hirſutum, B. P. Sphondylium quibuſdam, ſive Branca Urſina *Germanica*, J. B. *Cow-Parſnep.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Umbelliferas ſemine membranaceo ſubrotundo compreſſo, foliis lobatis ſeu pinnatis donatas.

Vires. Radix ad emolliendos tumores commendatur. Semen Plantæ eſt egregii uſûs in Hyſterico Paroxyſmo.

SUC-

SUCCISA glabra, B.P. Succiſa, ſive Morſus Diaboli, J.B. *Purple-flowered Devils-bit.* Officinalis eſt. *Succiſa.*

Succiſa flore albo, Nota Characteriſtica.

— flore carneo. Vires.

Inter flore compoſito Anomalas eſt.

Alexipharmaca & Vulneraria eſt. Extrinſecùs in Anginâ & tumoribus Tonſillarum multi uſùs eſt.

CAPUT XIX.

Plantæ incipientes à Literâ T.

TANACETUM odoratum, ſive Vulgare luteum, B. P. Vulgare flore luteo, J. B. *Common Tanſey.* Officinalis eſt. *Tánacetum.*

Eſt inter Corymbiferas flore diſcoïde nudo, caule determinato, floribus eum finientibus, pluribus velut in umbellam diſpoſitis foliis diſſectis & velut alatis. Nota Characteriſtica

Alvi, ventriculi, inteſtinorum flatus pellit, lumbricos enecat, renes purgat, urinam ciet & menſes, uterum roborat. Ventris torminibus ſuccurrit. Vires.

Vulnerarium eſt. Succus manuum pedumque rimas ſanat.

TAXUS, B. P. *The Yew-tree.* In ſome of the Weſt-Iſles. *Taxus.*

Eſt inter Arbores Bacciferas foliis ſemper virentibus anguſtis mucronibus, obtuſioribus, ſaturi viroris, pennatim in ſurculis diſpoſitis nucleis, in ſingulis baccis ſingulis. Nota Characteriſtica.

Raſura ligni, vulgi experimento, contra morſum canis rabidi datur; ſuccus verò ad Viperæ morſum multùm facit. Suffitu necantur mures. *Schwenckfelt.* Vires.

Ligni materies eſt ruffa, venoſa, robuſta & ferè incorrupta, ex quâ haſtæ & arcus optimi conficiuntur, Uſus Mechanicus.

TELEPHIUM vulgare, B. P. Anacampſeros, vulgò Faba craſſa, J. B *Common Orpine.* Officinalis eſt. In the fields near *Stobhall* the reſidence ſemetimes of the *Earles* of *Perth.* *Telephium.*

Eſt inter Plantas multiſiliquas ſeu corniculatas, foliis craſſis ſucculentis ſerratis. Nota Characteriſtica.

Sanat & glutinat omnis generis vulnera, maximè interna, et hernioſis mirè confert. Folia recentia tuſa fronti applicata ſanguinem è naribus fluentem reprimunt. Ambuſtis medetur. Vires.

Herba ſub cineribus toſta et cum adipe ſuillo mixta et impoſita Paronychias egregiè ſanat.

Radix Telephii recens appenſa cum filo in dorſo inter ſcapulas Hæmorrhoïdum dolores ilicò levat, ſimulque cum marceſcente radice tuberculum evaneſcit. *Wedelius* Obſervat. 195. Ephemerid. *Germ.* ann. 2.

THALICTRUM minus, B. P. Minus, ſive Rutæ pratenſis minus genus ſemine ſtriato, J. B. *The leſſer Meadow-Rue.* Near *Kinneil*, towards the Sea. *Thalictrum.*

Eſt inter Herbas flore perfecto, ſemine nudo ſolitario, foliis triangulatis, floribus ſtaminoſis, ſeminibus ſtriatis. Nota Characteriſtica.

Vires in Thalictro Hortenſi tradentur.

THLASPI arvenſe ſiliquis latis, B. P. Arvenſe ſiliculis latis, Hiſt. *Oxon.* J. B. *Triacle-Muſtard.* Officinalis eſt. *Thlaſpi.*

Thlaſpi eſt ſepto medio ſiliculam dirimente longitudinaliter. Nota Characteriſtica.

In Hortenſi tradentur Vires.

TITHYMALUS Helioſcopius, B. P. Helioſcopius, ſive Soliſequius; J. B. *Sun-Spurge.* *Tithymalus.*

Tithymalus, ſive Eſula exigua, B. P. Minimus anguſtifolius annuus, J. B.

Herba tetrapetala eſt, uniformis, cum Vaſculo ſeminali tricocco in ſummo ſtilo, et ſucco lacteo acri et fervido.

Violenter purgat, cordialibus, ſtomachicis, viſcidis et roborantibus corrigendus. Hydropicis à quibuſdam exhibetur. Vires.

Lac perunctum verrucas, impetigines & thymos delet.

Tormentilla. TORMENTILLA ſylveſtris, B. P. Officinarum, J. B. Pentaphyllum, aut potiùs Heptaphyllum flore aureo tetrapetalo Tormentilla dictum, Hiſt. *Oxon. Tormentill.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Pentapetala eſt, inter Fragariæ affines.

Vires. Siccat & potenter aſtringit. Hinc in fluxionibus quibuſcunque alvi, uteri, &c. uſurpatur. Diaphoretica quoque & alexipharmaca eſt. Vulneraria etiam inſignis eſt.

Uſus Mechanicus. In quibuſdam Regionibus in uſum venit Tormentilla Coriariis pro coriis perficiendis.

Tragopogon. TRAGOPOGON pratenſe luteum majus, B. P. Flore luteo, J. B. *Yellow Goats-beard.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas flore compoſito, planifolio, naturâ pleno lacteſcentes, ſemine pappoſo.

Vires. Radices in deliciis habentur tum coctæ, tum etiam crudæ. In Acetariis valdè nutriunt & macilentis ac tabidis conducunt. Tuſſi & Reſpirationi difficili medentur, ut & Pleureſi. Urinæ quoque Stillicidio ſubvenire & Calculum expellere creduntur. Vulnerariæ quoque ſunt.

Tribulus Aquaticus. TRIBULUS Aquaticus minor Muſcarellæ floribus, *Ger* Fontalis media lucens, J. B. Potamogeiton foliis criſpis, ſive Lactuca Ranarum, B. P. *Small Frogs-Lettuce*, or *Water-Caltrops.*

Tribulus Aquaticus minor Quercûs floribus, *Ger.* Fontinalis criſpa, J. B. Potamogeiton minor folio Quercûs, Hiſt. *Oxon.*

Trichomanes. TRICHOMANES, ſive Polytrichum Officinarum, B. P. Trichomanes, ſive Polytrichum, J. B. *Engliſh Maiden-hair.* Officinalis eſt.

Trichomanes aliud foliis mucronatis profundè inciſis. I found it at the Weſt-end of *Loch-coat Loch.*

Deſcriptio. Ejus folia utrinque ex adverſo diſponuntur Trichomanis vulgaris more. Sed à baſi latiore in mucronem deſinunt, & magis inciſa ſunt, parte poſticâ rubiginoſa. Caulis quoque rubeſcit.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas Epiphylloſpermas minores folio tenuiore pinnato.

Vires. Adianto albo viribus reſpondet. Morbis Thoracis & Pulmonum auxiliatur, Calculo renum & urinæ Stillicidio. In Rachitide magni uſûs eſt.

Trifolium pratenſe album. TRIFOLIUM pratenſe album, B. P. Pratenſe album vulgare odoratum, Hiſt. *Oxon.* Pratenſe flore albo minus & fœmina glabrum, J. B.

Vires. Flores poti ad alba uteri profluvia utiliter bibuntur. Apes iis maximè delectantur.

Trifolium pratenſe purpureum. TRIFOLIUM pratenſe purpureum, B. P. Trifolium purpureum vulgare, J. B. Trifolium purpureum majus, ſive Sativum, *J. Raii. Claver-graſs.*

Vires. Flores pratenſis purpurei vim obtinent refrigerandi & ſiccandi. In Enemate additi inteſtinorum roſiones ac dolores ſedant; & viſcidos lentoſque humores inhærentes inteſtinis educunt.

Multæ aliæ ſunt ſpecies Trifolii apud nos, quas hic enumerare non eſt opus. Sequentes, quæ magni uſûs ſunt, tantùm addam.

Trifolium acetoſum. TRIFOLIUM Acetoſum vulgare, B. P. Oxalis, ſive Trifolium acidum flore albo & purpuraſcente, J. B. *Common Wood-Sorrel.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter trifolia pentapetala acida.

Vires. Cardiaca eſt & Hepatica inſignis. Æſtum febrilem mitigat, ſitim ſedat & magni eſt uſûs in Scorbuto.

Trifolium paluſtre. TRIFOLIUM paluſtre, B. P. J. B. *Marſh-Trefoil.*

Vires. In Sphacelis & Ulceribus putridis Scorbuticis egregii uſûs eſt. Folia quoque in Cereviſiâ decocta pota in Morbo Articulari debellando magnarum virium.

Tripolium. TRIPOLIUM majus cæruleum, B. P. Majus; J. B. Common *Sea-Starwort.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas flore diſcoïde pappoſas.

Vires. Quidam Vulnerariam eſſe perhibent.

Triticum. TRITICUM ſiligineum, C. B. Theatrô. *White Wheat.*

Triticum Hybernum ariſtis carens, B. P. *Red Wheat.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas Culmiferas, grano turgidiore, lucidiore, ſulcato, eſculento.

Vires. Præterquàm quòd optimi nutrimenti ejus grana ſunt, ex iis quoque Amylum paratur multi uſûs in morbis pectoris. Folia etiam tenera & adhuc herbacea præbent ſuccum, qui expreſſus egregium eſt Remedium Antiſcorbuticum.

Tuſſilago. Tuſſilago, J. B. Vulgaris, B. P. *Colts-foot.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas flore diſcoïde pappoſas, flore erumpente antefolia.

Herba

Herba magni usûs est in Tussi, Orthopnœâ Vomicisque pectoris, quibus singulis fumus quoque ejus ore attractus mederi creditur. Vires.

Extrinsecùs folia recentia imposita prosunt Erysipelati & Ulceribus calidis.

TYPHA palustris major, B. P. J. B. *Cats-tail.* *Typha.*

Typha palustris clavâ gracili, B. P. Palustris media, J. B.

Est inter Herbas graminifolias, floribus & seminibus in capitula in summo caule Cylindracea clavata tomento denso conferta coagmentatis. Nota Characteristica.

Lanugo Axungiæ permixta ambustis partibus tumorem & inflammationem arcet. Ad Enterocelas admota prædicatur. *Schwenckfelt.* Vires.

CAPUT XX.

Plantæ incipientes à Literâ V.

VALERIANA sylvestris major, B. P. Sylvestris magna Aquatica, J. B. *Great Wild Valerian.* Officinalis est. *Valeriana.*

Valeriana palustris minor, B. P. Minor Pratensis vel Aquatica, J. B. *Small Wild Valerian*, or *Marsh Valerian.*

Valeriana campestris inodora major, B. P. Locusta herba, J. B.

Valeriana est inter Umbellas impropriè dictas, quæ abeunt in pappos. Nota Characteristica.

Valerianella quoque inter impropriè dictas Umbellas flosculis pentapetalis.

Valerianæ radix, secundum *Dioscoridem*, vim habet calefaciendi & ciendi urinas arida pota; sed & Decoctum ipsius idem efficere potest. Facit etiam ad lateris dolorem, & Menses ducit, & Antidotis miscetur. Secundum recentiores autem, ruptis vulsis, ex alto devolutis opem fert. Decoquuntur folia ad Aphthas & oris Ulcera. Antidotis etiam inseritur. Quibus eam proprietatem addit Clarissimus *Fabius Columna* (sc. Sylvestris majoris) in semetipso expertam & in multis aliis tam pueris quàm adultis, ut pulveris radicis plantæ hujus sponte ortæ cochlearii dimidium cum vino, aquâ, lacte, aut alio quovis decenti succo & ægroti commoditate & ætate, semel sumptum, aut bis, Epilepsiâ correptos liberet. Vires. Pag. 120. Phytobasani.

Ad visum acuendum & confirmandum tum flores tum radicem commendat *Tragus.*

Lactucâ agninâ pro Acetario communiter utuntur nostrates.

VERBASCUM mas latifolium luteum, B. P. Verbascum foliis incanis mas latifolium, floribus luteis arctè caulibus adhærentibus, sine foliis angustis inter flores emanantibus, Hist. *Oxon.* Vulgare flore luteo magno, folio maximo, J. B. *White Mullein.* Officinalis est. *Verbascum.*

Verbasculum sylvaticum vel pratense inodorum, B. P. Primula Veris caulifera pallido flore inodoro, aut vix odoro, J. B.

Verbasculum Sylvarum majus singulari flore, B. P. Sylvestre majus singularibus floribus singularibus cauliculis insistentibus, Hist. *Oxon.* Primula Veris floribus ex singularibus pediculis majoribus simplicibus, J. B. *Common Primrose.* Officinalis est.

Verbasculum umbellatum Alpinum minus, B. P. Primula Veris minor rubra *Eboracensis* foliis parvis glabris, Auriculæ Ursi instar, Hist. *Oxon.*

Primula Veris minor purpurascens, J. B. *Red Birds-eyes.*

Verbascum mas latifolium est inter bicapsulares monopetalas. Nota Characteristica.

Folia siccant, detergunt, digerunt, dolores mitigant, internis inflammationibus & doloribus subveniunt, laterum & pectoris dolores tollunt, ambustis conducunt illita. Sedem procidentem suffitu cohibent, & Tenesmum in Dysentericis sanant. Flores cum ovi vitello tumentes & dolorificas hæmorrhoïdes cohibent. Idem efficit oleum insolatu collectum & illitum. Herba fotu oculis utilissima Podagram quoque & Genitalium inflammationem sedat. Vires.

VERBENA communis flore cæruleo, B. P. Vulgaris, J. B. *Common Vervain.* Officinalis est. It groweth near to the Kirks of *Hadingtoun* and *Innereske.* *Verbena.*

Est inter Verticillatas floribus quadripartitis aut quinquepartitis vix labiatis, tubo brevi, foliis laciniatis, longioribus, venosis. Nota Characteristica.

Vires. Omnibus Viſceribus amica eſt, Phthiſi incipienti prodeſt, viſum acuit, alexipharmaca eſt. Vulneraria quoque eſt, in Cephalalgiâ & Odontalgiâ utilis.

Veronica. VERONICA pratenſis Serpyllifolia, B. P. Veronica fœmina quibuſdam, aliis Betonica *Pauli* Serpyllifolia, J. B. *Little*, or *Smooth Fluellin*, or *Paul's Betony.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Plantas ſiliculoſas, tetrapetalas, bicapſulares.

Vires. Vulneraria inſignis ac ſudorifera eſt, in eroſione & obſtructione Pulmonis magni uſus, utilis in Colicâ quoque & morbis contagioſis.

Vicia. VICIA major vulgaris ſativa, Hiſt. *Oxon.* Vulgaris ſativa, J. B. Sativa vulgaris ſemine nigro, B. P. *Common Vetch.*

Vicia ſemine rotundo nigro, B. P. Sylveſtris ſemine nigro & variegato, acutiore folio, Hiſt. *Oxon.* Vulgaris ſylveſtris ſemine parvo & nigro frugum, J. B. B. P.

Vicia maxima Dumetorum, B. P. Vicia Sepium perennis, J. B.

Vicia Segetum cum ſiliquis plurimis hirſutis, B. P. Parva, ſive Cracca minor cum multis ſiliquis hirſutis, J. B.

Et variæ aliæ Viciæ apud nos reperiuntur, quas enumerare non eſt hujus Operis.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Legumina Capreolis ſcandentia.

Vires. Viciæ maximæ Dumetorum terna aut quaterna ſemina eſitata acidos Stomachi ructus ſedant. *Tragus.*

Viola. VIOLA Martia purpurea flore ſimplici odora, B. P. Martia purpurea, J. B. Officinalis eſt.

Viola Martia inodora ſylveſtris, B. P. Cærulea Martia inodora ſylvatica in cacumine ſemen ferens, J. B.

Reperta eſt à me hujus varietas folio criſpo.

Viola bicolor arvenſis, B. P. Jacea bicolor frugum & hortorum vitium, J. B.

Viola tricolor hortenſis repens, B. P. Tricolor, ſive flos Trinitatis, J. B.

Viola montana lutea grandiflora, B. P. Jacea Tricoloris ſive Floris trientalis genus flore luteo magno repens, non annuum, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter tricapſulares pentapetalas.

Vires. Violæ recentes alvum emolliunt & bilem educunt, ejuſque fervorem temperant. Capitis doloribus, & pectoris lateriſque inflammationibus conferunt. Jecoris & renum nimios calores reſtinguunt.

Flores cordiales ſunt, ſemen lithontripticum.

Viola montana lutea vulneraria eſt & ſudorifera, in torminibus puerorum & convulſionibus utilis.

Virga aurea. VIRGA aurea anguſtifolia minùs ſerrata, B. P. Aurea vulgaris latifolia, J. B. *Common Golden-rod.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter herbas flore diſcoide pappoſas.

Vires. Abſtergit, glutinat & adſtringit, renes à ſabulo & arenulis liberat, faucium morbis auxiliatur & vulneraria eſt. Diarrhœæ, Dyſenteriæ & ſanguinis expuitioni medetur.

Vitis Idæa. VITIS Idæa foliis oblongis crenatis fructu nigricante, B. P. Vitis Idæa anguloſa, J. B. *Black Whorts*, or *Bilberries.* Officinalis eſt.

Vitis Idæa foliis ſubrotundis non crenatis, baccis rubris, B. P. Vitis Idæa ſemper virens fructu rubro, J. B.

Vitis Idæa paluſtris, B. P. Oxycoccus, ſive Vaccinia paluſtria, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Frutices bacciferos minores folio ſimplici, floribus concavis Urceolos referentibus.

Vires. Baccæ refrigerant & exiccant, Ventriculo æſtuanti conveniunt, ſitim ſedant, ardentium Febrium calores mitigant, alvum reprimunt, vomitum ſiſtunt, Dyſenteriam è flavâ bile ortam curant, adverſus Choleram Morbum proſunt, ad quos uſus Rob præſtat.

Uſus Mechanicus. Succus cum Alumine & Gallâ coctus eleganti cæruleo colore chartas & linteamina tingit.

Ulmus. ULMUS montana, B. P. Vulgatiſſima folio lato ſcabro, *Ger. The common Elm-tree.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Arbores Vaſculis ſeminalibus Membranaceis donatas, ipſa folliculis membranaceis ſubrotundis primo Vere ante folia erumpentibus, & ſemine perfecto brevi decidentibus.

Vires. Ulmi radix, folia, cortex adſtringendi et abſtergendi vim habent. Unde & vulnera glutinant, & Podagricos dolores mulcent.

Cortex

Cortex in aquâ communi ad Syrupi conſiſtentiam decoctus cum tertiâ parte Aquæ vitæ additâ fotu dolorem Iſchiadicum valdè lenit.

Succus in veſiculis foliis adnatis vulnerarius eſt, egregii uſûs in ſupplendo defectu aquei humoris in oculorum vulneribus, referente *Henrico ab Heers* in Obſervationibus ſuis.

URTICA urens maxima, B. P. Major vulgaris, J. B. *The Common Nettle.* Officinalis eſt. *Urtica.*

Urtica urens minor, B. P. Minor annua, J. B.

Urtica aculeata foliis ſerratis, B. P. Cannabis ſylveſtris quorundam Urticæ inerti affinis, J. B.

Urtica aculeata foliis ſerratis, ſive Cannabis ſpuria flore albo.

Urtica aculeata foliis ſerratis, ſive Cannabis ſpuria flore luteo amplo labro purpureo, J. *Raii.*

Eſt inter Herbas flore imperfecto ſeu ſtamineo erectas, ſeminibus ad ſingulos floſculis ſingulis. Nota Characteriſtica.

Urtica in Olere ſumpta ſolvit alvum, ſanguinem depurat, renes abſtergit, calculos expellit. Expectorationem & Morbillorum eruptionem promovet. Succus herbæ in in ſanguinis ſputo eximii uſûs eſt. Vires.

Radix adverſus frigidas Tuſſes & Orthopnœas commendatur. Semen quoque in pectoris morbis conducit. Diuretica & lithontriptica tota planta eſt.

Extrinſecùs putridis, gangrænoſis ac malignis ulceribus auxiliatur, durities ac tumores diſcutit, reprimit Uvulam inflammatam, & ſedat narium hæmorragiam contuſa et ſuccus expreſſus applicatus. Æſtum et puſtulas ab ipſâ excitatas reſtinguit (referente *Parkinſono*) ipſius ſuccus expreſſus.

CAPUT ULTIMUM.

Litera X.

XYRIS ſive Gladiolus fœtidus, B. P. Xyris, vel Iris agria fœtida, Hiſt. *Oxon.* Spatula fœtida, pleriſque Xyris, J. B. *Stinking Gladdon* or *Gladwin.* Officinalis eſt. *Xyris.*

Eſt inter Herbas foliis, floribus, pericarpiis aut radicibus bulboſis affines. Nota Characteriſtica.

Radices intus ſumptæ maximarum ſunt virium in Scrophulis. D. *Needham.* Vires.

Pulvis radicum exiccatarum in Hyſtericâ paſſione, Orthopnœâ & affectibus Hypochondriacis utiliſſimus. D. *Bowles.*

A quibuſdam ad alvi profluvia bibitur, quod in Pituitoſo fortè tolerari poſſet: materiam enim per urinas deducit & avertit. Quidam pro Purgatione radicis Decocto aut Infuſo utuntur, ut ait Lobelius.

APPENDIX,

INter Plantas à Literâ E incipientes omiſſum fuit Echium marinum, quod hic addendum eſt.

ECHIUM Marinum, B. P. An Bugloſſum dulce ex Inſulis *Lancaſtriæ*, *Park.* Sea-Bugloſs. *Echium Marinum.*

Folia ei parva glauca velut Cerinthes, cordis figurâ ferè; caules infirmi humi procumbentes à radice undequaque in orbem ſparguntur; flores exigui cerulei, tubuloſi, breves. Singulis floribus quatuor ſuccedunt ſemina capſulâ incluſa. Ejus Icon habetur in Tabulis. It groweth in ſeveral places along the South-ſide of the Firth of *Forth.* Deſcriptio.

Inter Fucos addendus eſt.

Fucus Equiſeti facie Oſtreæ teſtæ adnatus.

FUCUS Equiſeti facie Oſtreæ teſtæ adnatus.

Ejus Icon habetur in Tabulis.

Deſcriptio.

Caulis nodoſus eſt, albicans, ex cujus ſummitate erumpunt plurima folia fœniculacea, albicantia quoque, in gyrum plurimis ordinibus diſpoſita.

Inter Solani ſpecies omiſſum fuit, quod de Solano ſomnifero ejuſque viribus refert *Buchananus*: quocirca illud hic adjiciendum curavimus. Miſſa à *Scotis* magna vis panis & vini (ad *Danorum* ſc. caſtra) tum è vite, tum & hordeo confecti, ac ſucco infecti herbæ cujuſdam veneficæ, cujus magna copia paſſim in *Scotiâ* naſcitur. Vulgò *Solanum ſomniferum* vocant. Caulis ei, major bipedali, in ramos ſupernè diffunditur: folia latiuſcula, acuminata exteriore parte, ac languidè virentia: acini prægrandes, ac nigri, cùm maturuerunt, coloris, qui è caule ſub axillâ foliorum exeunt: ſapor eis dulcis, & propemodum fatuus. Semen habent perexiguum, velut Fici grana. Vis fructui, radici, ac maximè ſemini, ſomnifera, & quæ in amentiam, ſi largiùs ſumantur, agat. Hac herbâ cùm omnia infecta eſſent, qui commeatus in caſtra vehebant, ne qua doli ſubeſſet ſuſpicio, prægustabant, *Danoſque* magnis poculis invitabant ad bibendum. Idem quoque *Sueno* ipſe, benevolentiæ ſignificandæ cauſâ, ut illis Nationibus mos eſt, faciebat. *Duncanus*, qui futurum ſciret, ut vis potionis unà cum ſomno viſceribus conciperetur, jam *Macbethum* cum ſuis, per averſam ab Hoſte Portam, ſummo ſilentio in Urbem receperat, compertoque per Exploratores, ſomno & vino graves jacere Hoſtes, *Banchonem* itinerum adituſque in caſtra gnarum, cæteris in inſidiis collocatis, cum parte majore Exercitûs mittit. Is ingreſſus Caſtra, ſublato clamore magno, opinione ſuâ omnia negligentiora invenit. Pauci tumultu excitati, cùm velut amentes temerè diſcurrerent, ab obviis cæduntur. Reliquis ferè mors cum ſomno continuata eſt. Rex per temulentiam velut mortuus à paucis, qui minùs vinolenti erant, correptus, cùm non modò viribus, ſed etiam ſenſu careret, inſtar oneris in jumentum fortè oblatum injectus ad Naves eſt delatus. Nihilo ibi, quàm in Caſtris, melior ſtatus rerum fuit. Nautis enim propè omnibus in terrâ cæſis, vix, qui unam Navem regerent, collecti: eorum operâ Rex domum reportatus eſt.

Solani ſomniferi Deſcriptio.

Vires, quas *Dani* ſuo damno experti ſunt.

Rer. *Scot.* Lib. 7.

Quoniam plurimæ ex ſponte naſcentibus Plantis ſuprà memoratis in Septo Regio *Edinburgenſi* proveniunt, non exigui uſûs futurum Rei Botanicæ ſtudioſis arbitramur, ſi Plantarum in eo Septo ſponte naſcentium Catalogus hic adjiciatur.

CATA-

CATALOGUS PLANTARUM

In SEPTO REGIO EDINBURGENSI,

Sponte Naſcentium.

ABſinthium vulgare, *Park.*
Acetoſa pratenſis, B. P.
Acetoſa arvenſis lanceolata, B.
Acetoſella v. Trifolium acetoſum.
Adiantum ἀειθόητον ſeu furcatum *Thalii.*
Adiantum album *Tab.* Ruta muraria, B. P.
Adiantum nigrum Officinarum, J. B.
Adiantum aureum minus *Tab.*
Agrimonia v. Eupatorium.
Alchimilla vulgaris, B. P.
Alchimilla minima montana Col. Percepier *Anglorum*, *Ger.*
Alliaria, B. P.
Allium urſinum, *Ger.*
Allium ſylveſtre, *Ger.*
Alſine media, B. P.
Alſine longifolia uliginoſis locis proveniens, J. B.
Alſine Plantaginis folio, J. B.
Alſine arvenſis hirſuta magno flore, B. P.
Alſine hirſuta altera viſcoſa, B. P.
Alſine paluſtris minor folio oblongo, B. P.
Alſine paluſtris Portulacæ aquaticæ ſimilis, J *Raii*,
Alſine minor multicaulis, B. P.
Alſine Spergula dicta major, B. P.
Alſine Hederulæ folio, B. P.
Alſine foliis Triſſaginis, *Ger.*
Alſine foliis Veronicæ, *Ger.*
Anagallis aquatica major folio oblongo, B. P.
Anagallis aquatica minor folio ſubrotundo, B. P.
Anemone nemorum, *Ger.*
Anonis ſpinis carens purpurea, B. P.
Anthyllis leguminoſa, *Ger.*
Aparine vulgare, B. P.
Aparine levis, *Park.*
Argentina, *Ger.* Potentilla, B. P.
Armerius pratenſis, *Ger.*
Artemiſia vulgaris, *Park.*
Arundo vulgaris ſive phragmites *Dioſcoridis*, B. P.
Aſperula, *Ger.*
Aſtragalus ſylvaticus, *Ger.*
Atriplex ſylveſtris latifolia, B. P.
Atriplex ſylveſtris latifolia altera, *Ger.*
Atriplex ſylveſtris folio ſinuato candicante, B. P.
Auricula muris pulchro flore albo folio tenuiſſimo, J. B.

B.

Barba capræ floribus compactis, B. P. Ulmaria, J. B.
Bardana major, *Ger.*
Bellis major ſylveſtris caule folioſo, B. P.
Bellis ſylveſtris minor, B. P.
Brunella major folio non diſſecto, B. P.
Bugloſſum ſylveſtre minus, B. P.
Bulbocaſtanon, J. B.
Burſa paſtoris major folio ſinuato, B. P.
Burſa paſtoris minor, *Park.*
Burſa paſtoris minor loculis oblongis, B. P.
Paronychia vulgaris, *Ger.*
Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa major, B. P.

C.

Caltha paluſtris flore ſimplici, B. P.
Campanula minor ſylveſtris rotundifolia vulgaris, B. P.
Campanula rotundifoia flore albo.
Carduus vulgatiſſimus viarum, *Ger.*
Carduus albis maculis notatus vulgaris, B. P.
Carduus polyacanthus primus, *Ger.*
Carduus Lanceatus latifolius, B. P.
Caryophyllata vulgaris, B. P.
Caryophyllata aquatica nutante flore, B. P.
Caryophyllus arvenſis glaber flore majore, B. P.
Caryophyllus minimus muſcoſus noſtras, *Park.*
Caucalis ſemine aſpero floſculis rubentibus B. P.
Caucalis flore albo.
Centaurium minus, B. P.
Ceraſus ſylveſtris fructu rubro, J. B.
Chærephyllum ſylveſtre, B. P.
Chamæciſtus vulgaris flore luteo, B. P.
Chamæciſtus vulgaris flore albo.
Chamædrys ſylveſtris, *Ger.*
Chamæmelum inodorum, B. P. Cotula non fœtida, *Ger.*
Chamæmelum fœtidum, B. P. Cotula fœtida, *Ger.*

Chelidonia rotundifolia minor, B. P.
Chryſanthemum ſegetum, *Ger.*
Ciceris ſylveſtri minori affinis, ſi non idem, B. P.
Cichorium pratenſe luteum lævius, B. P.
Cicuta major, B. P.
Cicuta minor Petroſelino ſimilis, B. P.
Clinopodium Origano ſimile, B. P.
Conſolida media pratenſis cærulea, B. P. Bugula, *Ger.*
Convolvulus minor arvenſis, B. P.
Convolvulus minor ſemine triangulo, B P.
Cruciata hirſuta, B. P.
Cynogloſſum majus vulgare, B. P.

D.

Dens leonis latiore folio, B. P.
Dens leonis foliis anguſtioribus.
Digitalis purpurea folio aſpero, B. P.
Dracunculus pratenſis ſerrato folio, B. P. Ptarmica, *Ger.*

E.

Echium Scorpioïdes arvenſe, B. P.
Echium Scorpioïdes minus floſculis luteis, B. P.
Echium Scorpioïdes paluſtre, B. P.
Echium vulgare, B. P.
Echium flore albo.
Equiſetum arvenſe longioribus ſetis, B. P.
Equiſetum nudum, *Ger.*
Equiſetum paluſtre longioribus ſetis, B. P.
Equiſetum paluſtre brevioribus ſetis polyſpermon, B. P.
Equiſetum fœtidum ſub aqua repens, B. P.
Erica vulgaris, *Ger.*
Erica humilis cortice cinericeo Arbuti flore, B. P.
Eruca lutea latifolia, ſive Barbarea, B. P.
Eruca aquatica, *Ger.*
Eryſimum vulgare, B. P.
Eryſimo ſimilis hirſuta non laciniata alba, B. P.
Euonymus vulgaris granis rubentibus, B. P.
Eupatorium Veterum ſive Agrimonia, B.P.
Eupatorium Cannabinum, B. P.
Eupatorium aquaticum folio integro, *Park.*
Eupatorium Cannabinum fœmina, *Ger.*
Euphraſia Officinarum, B. P.
Euphraſia pratenſis rubra, B. P.

F.

Filipendula vulgaris *Park.*
Filix fœmina, *Ger.*
Filix mas, *Ger.*
Filix mas ramoſa pinnulis dentatis, *Ger.*
Filix ramoſa minor, J. B. Dryopteris Tragi, *Ger.*
Filicula fontana major ſive Adianthum album Filicis folio, B. P.
Fragaria ſterilis, B. P.
Fraxinus; *Ger.*
Fumaria Officinarum & Dioſcoridis, B. P.
Fungus campeſtris albus ſupernè infernè rubens, J. B.
Fungus parvus lethalis galericulatus Lob. Icon.
Fungus pulverulentus dictus Crepitus Lupi, J. B.

G.

Gallium album, J. B.
Gallium, ſive Mollugo montana minor Gallio albo ſimilis, *J. Raii.*
Gallium luteum, B. P.
Gentianella autumnalis Centaurii minoris foliis, *Park.*
Geranium batrachoides folio Aconiti, B.P.
Geranium ſanguineum maximo flore, B.P.
Geranium lucidum ſaxatile, B. P.
Geranium columbinum vulgare, *Park.*
Geranium columbinum tenuius laciniatum, B. P.
Geranium Cicutæ folio inodorum, B P.
Geranium moſchatum inodorum flore albo, *Park.*
Geranium Robertianum vulgare, *Park.*
Geranium Robertianum flore albo.
Gnaphalium vulgare majus, B. P.
Gnaphalium majus, anguſto oblongo folio, alterum, B. P.
Gnaphalium minus repens, B. P.
Gnaphalium montanum flore rotundiore, B P.
Gramen agrorum venti ſpicâ, *Park.*
Gramen alopecuroides majus, *Ger.*
Gramen alopecurinum minus, *Ger.*
Gramen aquaticum fluitans multiplici ſpicâ, B. P.
Gramen aquaticum geniculatum ſpicatum B. P.
Gramen aſperum, J. B.
Gramen avenaceum paniculâ flaveſcente locuſtis parvis, J. *Raii.*
Gramen caninum arvenſe ſive Gramen *Dioſcoridis*, B. P.
Gramen criſtatum, J. B.
Gramen criſtatum, J. B.
Gramen cyperoides majus anguſtifolium, *Park.*
Gramen exile duriuſculum in muris & aridis proveniens; J. *Raii.*
Gramen paluſtre echinatum, J. B.
Gramen pratenſe paniculatum majus, B.P.
Gramen pratenſe paniculatum minus, B. P.
Gramen pratenſe paniculâ ſparſâ verſus unam partem duriore, J. *Raii.*
Gramen pratenſe paniculatum molle, B.P.
Gramen parvum præcox ſpicâ laxâ canaſcente, J. *Raii.*
Gramen Parnaſſi, *Ger.*
Gramen ſecalinum, *Ger.*
Gramen tomentoſum, *Ger.*
Gramen tremulum, J. B.

Gramen Typhynum majus, *Ger.*

H.

Hedera arborea, B. P.
Hedera terreſtris vulgaris, B. P.
Hieracium longius radicatum, *Ger.*
Hieracium Chondrillæ folio radice ſucciſâ majus, B. P.
Hieracium murorum folio piloſiſſimo, B. P.
Hieracium murorum laciniatum minus pilo-ſum, B. P.
Hieracium minus folio ſubrotundo, B. P.
Horminum pratenſe foliis ſerratis, B. P.
Hyacinthus oblongo flore cæruleus major, B. P.
Hyoſcyamus niger vel vulgaris, B. P.
Hypericum vulgare, B. P.
Hypericum minus ſupinum, vel ſupinum glabrum, B. P.
Hypericum minus erectum, B. P.
Hypericum Aſcyrum dictum caule quadrangulo, J. B.

J.

Jacea nigra pratenſis latifolia, B. P.
Jacea nigra laciniata, B. P.
Jacobæa vulgaris laciniata, B. P.
Jacobæa Alpina laciniata flore Buphthalmi, J. B.
Iris paluſtris lutea, ſive Acorus adulterinus, J. B.
Juncus acutus paniculâ ſparſâ, B. P.
Juncus levis paniculâ ſparſâ, B. P.
Juniperus vulgaris fruticoſa, B. P.

L.

Lactuca ſylveſtris coſtâ ſpinoſâ, B. P.
Lamium album non fœtens folio oblongo, B. P.
Lamium purpureum fœtidum folio ſubrotundo, ſive Galeopſis Dioſcoridis, B. P.
Lamium folio caulem ambiente majus, B. P.
Lamium maximum ſylvaticum, B. P.
Lapathum folio acuto plano, B. P.
Lapathum folio acuto criſpo, B. P.
Lapathum acutum minimum, *Park.*
Lapathum folio ſubrotundo, B. P.
Lapathum aquaticum folio cubitali, B. P.
Lapathum unctuoſum, B. P.
Lathyrus ſylveſtris luteus foliis Viciæ, B. P.
Lenticula paluſtris vulgatis, B. P.
Lenticula aquatica triſulca, B. P.
Leucoium luteum vulgare, B. P.
Lichen ſive Hepatica vulgaris, *Park.*
Lichen cinereus terreſtris, *J. Raii.*
Linaria vulgaris lutea flore majore, B. P.
Linum ſylveſtre catharticum, *Ger.*
Lithoſpermum majus erectum, B. P.
Lotus pentaphyllos flore majore luteo ſplendente, B. P.
Lotus, ſive Melilotus pentaphyllos minor glabra.
Lunaria minor, *Ger.*
Lychnis ſylveſtris alba ſimplex, B. P.
Lychnis ſylveſtris ſive aquatica purpurea ſimplex, B. P.
Lychnis ſegetum major, B. P.
Lychnis ſylveſtris quæ Behen album vulgò.
Lychnis ſylveſtris viſcoſa rubra anguſtifolia, B. P.
Lychnis ſylveſtris viſcoſa anguſtifolia alba.
Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore, B. P.
Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta parvo flore, B. P.
Lyſimachia ſiliquoſa glabra major, B. P.
Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor, B. P.
Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor anguſtifolia, *Ger.*
Lyſimachia Chamænerion dicta latifolia, B. P.
Lyſimachia ſpicata purpurea forte *Plinii*, B. P.

M.

Malva ſylveſtris folio rotundo, B. P.
Malva ſylveſtris folio ſinuato, B. P.
Marrubium nigrum fœtidum Ballote Dioſcoridis, B. P.
Marrubium album vulgare, B. P.
Mentha rotundifolia paluſtris ſive aquatica, B. P.
Mercurialis montana teſticulata, B. P.
Mercurialis montana ſpicata, B. P.
Meſpilus Apii folio ſylveſtris ſpinoſa ſive Oxyacantha, B. P.
Millefolium vulgare album, B. P.
Millefolium vulgare purpureum minus, B. P.
Millefolium aquaticum Ranunculi flore & capitulo, *Park.*
Muſcus terreſtris vulgaris minor Adianthi aurei capitulis, *J. Raii.*
Muſcus paluſtris terreſtri ſimilis, *J. Raii.*
Muſcus terreſtris & hortenſis, J. B.
Myrrhis ſylveſtris ſeminibus lævibus, B. P.
Myrrhis ſylveſtris ſeminibus aſperis, B. P.

N.

Naſturtium pratenſe magno flore, B. P. Cardamine *Ger.*
Naſtartium pratenſe, ſive Cardamine flore albo.
Naſturtium aquaticum ſupinum B. P.
Naſturtium aquaticum minus B. P. Cardamine impatiens altera hirſutior, *J. Raii.*
Naſturtium ſylveſtre tenuiſſime diviſum B. P. Sophia Chirurgorum, *Ger.*
Nummularia minor flore purpuraſcente B. P.

O.

Ophiogloſſum, *Ger.*
Orchis morio mas foliis maculatis, B. P.
Orchis morio fœmina, B. P.
Orchis palmata pratenſis latifolia longis calcaribus, B. P.

Orchis palmata pratenſis maculata, B. P.
Orchis palmata flore albo.
Origanum ſylveſtre, Cunila bubula *Plinii*, B. P.

P.

Papaver erraticum majus, B. P. Rhæas *Ger.*
Parietaria officinarum & Dioſcoridis, B. P.
Paſtinaca tenuifolia ſylveſtris *Dioſcoridis*, vel Daucus officinarum, B. P.
Pedicularis pratenſis lutea, vel Criſta Galli, B. P.
Pedicularis pratenſis purpurea, B. P.
Pedicularis pratenſis rubra elatior. *J. Raii.*
Pentaphyllum incanum repens Alpinum *Park.*
Pentaphyllum rubrum paluſtre, *Ger.*
Peplus, ſive Eſula rotunda, B. P.
Periclymenum non perfoliatum *Germanicum*, B. P.
Perſicaria mitis maculoſa, & non maculoſa, B. P.
Perſicaria urens ſive Hydropiper, B. P.
Perſicaria minor, B. P.
Piloſella major repens hirſuta, B. P.
Pimpinella ſaxifraga major umbellâ Candidâ, B. P.
Pimpinella ſaxifraga major altera, B. P.
Pimpinella ſaxifraga minor, B. P.
Plantago latifolia ſinuata, B. P.
Plantago anguſtifolia major, B. P. Quinquenervia, *Ger.*
Plantago aquatica latifolia, B. P.
Plantago aquatica anguſtifolia, B. P.
Polygala vulgaris, B. P. Cærulea, *Ger.*
Polygala rubra, *Ger.*
Polygala alba, *Ger.*
Polygonum, ſive Centinodia, J. B.
Polypodium vulgare, B. P.
Potamogeiton ſalicis folio, B. P.
Potamogeiton rotundifolium, B. P.
Prunus ſylveſtris, B. P.

R.

Ranunculus nemoroſus Moſchatellina dictus, B. P.
Ranunculus pratenſis radice verticilli modo rotundâ, B. P.
Ranunculus pratenſis erectus acris, B. P.
Ranunculus pratenſis repens hirſutus, B. P.
Ranunculus nemoroſus vel Sylvaticus folio rotundo, B. P.
Ranunculus paluſtris Apii folio lævis, B. P.
Ranunculus longifolius paluſtris major, B. P. Flammeus major, *Ger.*
Ranunculus longifolius paluſtris minor, B. P.
Ranunculus paluſtris ſerratus, B. P.
Ranunculus aquaticus folio rotundo & capillaceo, B. P.
Ranunculus aquaticus hæderaceus, B. P.
Ranunculus aquaticus Cotyledonis folio, B. P.
Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias diviſis, B. P.
Rapiſtrum flore luteo, B. P.
Roſa ſylveſtris inodora ſive canina, *Park.*
Roſa ſylveſtris inodora ſive canina flore albo.
Roſa ſylveſtris noſtras flore albo odoratiſſimo.
Roſa ſylveſtris pomifera minor, B. P. Pimpinellæ folio, *Ger.*
Rubeola arvenſis cærulea repens, B. P.
Rubus vulgaris, ſive Rubus fructu nigro, B. P.
Rubus Idæus ſpinoſus, B. P.

S.

Sambucus fructu in umbellâ nigro, B. P.
Sambucus humilis ſive Ebulus, B. P.
Sambucus aquatica flore ſimplici, B. P.
Sanicula Officinarum, B. P.
Sanicula montana flore calcari donato, B. P. Pinguicula *Geſneri*, J. B.
Saxifraga rotundifolia alba, B. P.
Saxifraga paluſtris *Anglica*, *Park.*
Scabioſa pratenſis hirſuta, quæ Officinarum, B. P.
Scabioſa capitulo globoſo minor, B. P.
Scandix ſemine roſtrato, B. P.
Scordium alterum ſive Salvia agreſtis, B. P.
Scrophularia nodoſa fœtida, B. P.
Sedum parvum acre flore luteo, J. B.
Sedum Alpinum trifido folio, B. P.
Senecio minor vulgaris, B. P.
Senecio incanus pinguis, B. P.
Serpyllum vulgare minus, B. P.
Serpyllum vulgare flore albo.
Serpyllum hirſutum, *Ger.*
Sideritis Alſines triſſaginis folio, B. P.
Sium majus anguſtifolium, *Ger.*
Sium minimum foliis Ferulaceis, Hort. Reg. *Bleſ.*
Solanum ſcandens, ſive Dulcamara, B. P.
Sonchus levis laciniatus latifolius, B. P.
Sonchus levis laciniatus muralis parvis floribus, B. P.
Sonchus aſper laciniatus et non laciniatus, B. P.
Soncho affinis Lampſana domeſtica, B. P.
Sparganium ramoſum, B. P.
Sparganium non ramoſum, B. P.
Sphondylium vulgare hirſutum, B. P.
Stachii paluſtris fœtida, B. P. Panax coloni, *Ger.*
Succiſa glabra, B. P. Morſus Diaboli, *Ger.*
Succiſa ſive Morſus Diaboli flore carneo.

T.

Tanacetum odoratum ſive vulgare luteum, B. P.
Tithymalus helioſcopius, B. P.
Tormentilla ſylveſtris, B. P.

Tragopogon

Tragopogon pratenſe luteum majus, B. P.
Tribulus aquaticus minor Muſcatellæ floribus, *Ger.*
Tribulus aquaticus minor Quercûs floribus, *Ger.*
Trichomanes ſive Polytrichum Officinarum, B. P.
Trifolium pratenſe album, B. P.
Trifolium pratenſe purpureum, B. P.
Trifolium arvenſe humile ſpicatum, B. P. Lagopus vulgaris, *Park.*
Trifolium pratenſe luteum capitulo Lupuli, vel agrarium, B P.
Trifolium pratenſe Luteum Capitulo breviori, B. P
Trifolium luteum lupulinum minimum. Hiſt. *Oxon.*
Trifolium acetoſum vulgare, B.P.
Trifolium paluſtre, B.P.

V.

Valeriana ſylveſtris major, B. P.
Verbaſculum pratenſe odoratum, B. P. Primula veris major, *Ger.*
Verbaſculum ſylvarum majus ſingulari flore, B. P. Primula veris vulgaris, *Park.*
Veronica mas ſupina & vulgatiſſima, B. P.
Veronica pratenſis ſerpyllifolia, B. P.
Vicia ſegetum cum ſiliquis plurimis hirſutis, B P.
Vicia multiflora, B P.
Vicia ſylvatica multiflora maxima, B. P. J *Raii.*
Vicia maxima dumetorum, B. P.
Vicia lathyroides purpurocæruleis floribus, J. *Raii.*
Vicia minor hirſuta flore minimo rubente.
Viola Martia inodora ſylveſtris, B. P.
Viola bicolor arvenſis, B. P.
Viola tricolor hortenſis repens, B. P.
Vitis Idæa foliis oblongis crenatis fructu nigricante, B. P. Vaccinia nigra, *Ger.*
Urtica urens maxima, B. P.
Urtica urens minor, B. P.
Urtica aculeata foliis ſerratis, B. P. Cannabis ſpuria, *Ger.*
Urtica aculeata foliis ſerratis, ſive Cannabis ſpuria flore albo.
Urtica aculeata foliis ſerratis, ſive Cannabis ſpuria flore luteo amplo labro purpureo, J. *Raii.*

Hic Oden de Roſâ Ciphianâ ad Clariſſimum Virum, D. Balforium *à me ſcriptam Viſum eſt Apponere.*

ODE DE

ROSA CIPHIANA,

AD

Clariſſimum Virum,

D. ANDREAM BALFORIUM, Equitem Auratum Medicum Regis Ordinarium, Conſanguineum ſuum.

Ela Fulgens incola Ciphiane,
Sive tu ſanguis Veneris Beatæ,
Æquius Candens petit anne pulchrum
Phœbus Alumnum.

Ocius clauſos reſera Rubentes
Virgulis flores Niveis ſtriatos,
Lenis o Suavi Cerebrumque Odore
Imbue Vatis.

Rectius Te Balforius Sodalis
Pingat, Acceptumque novem Camænis
Arte donavit celebri Medentem
Doctus Apollo.

Callet occulto mare quod profundo,
Intimo quod Viſcere terra condit,
Piſcium novit genus, & Volantum
Quadrupedumque.

Flora Splendentem Viridi coronâ
Circuit Frontem, ſub utroque Mundi
Axe creſcentes, mediiſque terris
Quod ſciat Herbas.

Arduus ſolem medium refertus — Plantæ Deſcriptio
Cautibus collis recipit ſupinus,
Ille fœcundos Radios in ima
Viſcera mittit. — Locus.

Frigidum collem tulit Incolendum
Noſtra (quod mirum) Roſa, digna fauſtis
Montibus, Queis in Lacrimoſa myrrha
Thuraque Creſcunt.

Caulis exilis, cubitalis ægre, — Caulis.
Parva profert Germina ſanguiſorbæ, — Folia.
Stipitem comunt calyces, aperto
Simplice Flore. — Calyx.

Flos Variegatus. *Multiplex qualis Roſa ſplendidiſque*
Lineis albis decorat Ruborem
Caryophyllis, nitet in Tulipis
Purpura qualis.

Tempus florendi. *Spirat Expanſo redimita flore,*
Sole fœcundas hilarante terras
Odor. *Læta Mulcentes cerebrum vapores*
Æmula Jaſmes.

Oppidò Curtæ roſa noſtra formæ,
Pomum. *Purpurans pomum Gremio recondit,*
Semen. *Perditam quæ reſtituant rotundâ*
Semina formam.

Radix. *Longa radix Germina pullulatque*
Multa, quæ promunt Sobolem Virentem;
Nec prior, mundi Roſa morte dirâ
Noſtra peribit.

Ne terat ſaltu petulante Vaga
Ales, audax arripiat manuſve,
Spinæ. *Spiculis denſis Roſa tuta Sævum*
Vulnerat hoſtem.

Tanta Floris gratia Fumigantem
Suaviter, noſtram deceret roſamque
Anne vires deliciis Negabis,
Phœbe Salubres.

Frigidas Nymphas metuat cane ictus, Vires.
Illa radicis tribuit levamen:
Calculi duras Acinus Comeſtus
Pellit Arenas.

Purpurans pomum reficit liquore
Cordis hauſtos ſpiritus, Æſtuantes
Supprimit febres, acido repellit
Omne Venenum.

Ille Pomonæ docilis requirat
Dives Artes, Florea rura Cultu
Alter ornet, nullius indiget ſed
Hocce Roſetum.

Vita parvo tempore noſtra tranſit
Caſibus ſortis Variis rotata,
Longa quid prodeſt? bona præferenda,
Fabula qualis.

O Deus Votis Bone Temperatis
Lenis, Auri pondera non requiro,
Multa ſervorum agmina, ſumptuoſa
Vellera nollem.

Rure contentuſque Opibuſque Avitis,
Sanus Amentum fugiam tumultus,
Quæ regis juſtâ, Deus alme, lege
Mente revolvam.

Gaudiis Vanis procul & Timore,
Mente ſim firmâ ſimul & ſerenâ,
Tum feram latè tua magna gentes
Facta per omnes.



PRODROMI

NATURALIS HISTORIÆ SCOTIÆ, PARTIS SECUNDÆ LIBER SECUNDUS

DE

PLANTIS SCOTIÆ HORTENSIBUS,

QUÆ

Medici aut Mechanici usûs, specie insignes, aut Rariores sint.

CAPUT I.

De Re Hortensi in genere.

EX variis Mortalitatis Oblectamentis, quibus se in hoc fragilis & ærumnosæ vitæ curriculo decurrendo solatur, nullum honestius, imò nec jucundius est, quàm quod ex Plantarum culturâ percipitur. Hinc in Hortis sibi sedem, ubi philosopharetur, elegit *Epicurus* tranquillissimæ vitæ sectator acerrimus; ut qui in animi tranquillitate & corporis indolentiâ summum bonum ponebat. Quâ persuasione ductus *Diocletianus* etiam Imperator *Romanus*, Imperio abdicato in Horti solitudinem se contulit, & Olera sua & Lactucas ad *Salonam* Purpuræ & Sceptris prætulit. Hi (ut ait Lipsius) unà cum Orbe nato nati sunt, quos *Deus* ipse primo homini Domicilium attribuit, & velut sedem beatæ vitæ. Quid enim hominem compositæ & sedatæ vitæ magis delectare potest, quàm Hortus Arboribus, Herbis & Floribus pulchrè exornatus, fructibus gratissimis quaquaversum nitens, Fonticulis & Rivis scaturiens, Avicularum Harmoniis suavissimè resonans, & Aëris temperie Tempestatumque vicissitudine salubriter vernans? Horticultura optimum vitæ oblectamentum.

Lib. *Esther* Cap. 1. Usus Hortorum antiquissimus est. In Sacris enim Literis legimus *Assuerum* jussisse Convivium præparari in Vestibulo Horti & Nemoris, quod Regio cultu & manu consitum erat. Hist. Nat. Lib. 19. c. 4. Et (teste *Plinio*) nihil Antiquitas priùs mirata est, quàm *Hesperidum* Hortos, ac Regum *Adonis* & *Alcinoï*; itemque Pensiles, sive illos *Semiramis*, sive *Assyriæ* Rex *Cyrus* fecit. Hortorum Antiquitas.

Horti autem perfectissima constitutio Floribus, Nemore, Aquis & Pomario constat, quibus omnibus Cœlum accommodatum esse debet. M. *Varro*, partem Mundi Septentrionalem salubriorem esse, quàm est Meridiana, statuit; Et quoniam, quæ salubrior, illa fructuosior est, ideo magis quoque eam ad colendum opportunam esse. Quod cùm ita sit, *Scotia* nostra quùm temperato Aëre fruatur ad Septentrionem obversa, & propter Maris ambientis Vaporem, & longam Solis super Horizonte nostro moram, benignum quoque habeat teporem; &, propter frequentes Fluvios, Lacus & Rivos, satis in eâ Humoris irrigui adsit, convenientem satis Cœli positum pro Hortis sortita est. Lib. 1. de Re Rustica. Cœli positio pro Horto.

Ut ſi minùs quibuſdam ſuccedant, non Cœlum accuſandum ſit, ſed Cultorum inſcitia aut inertia. Nec minùs favet Solum noſtrum, quod vel per ſe ſatis aptum, vel facili mixturâ ad hunc uſum præparari poterit. Eò certè pervenit noſtrorum hominum in Hortis colendis induſtria, ut omnis ferè generis fructus habeamus, & eam quorundam copiam, ut potum ex iis multi conficiant. Nec horum curam damnatæ manus vinctique pedes exercent, ſed ipſorum etiam Nobilium ſtudio coluntur, ſicque (ut fas eſt credere) honeſtis manibus lætiùs omnia proveniunt. Nunc enim omnes ferè Nobilium Villæ pictis Florum coloribus, denſis Nemorum opacitatibus, Piſcinarum Rivorumque liquidâ perennitate, & Arborum pomiferarum amœniſſimis ordinibus mirè nitent. Et in his per Maris commercium advectæ utriuſque Orbis Plantæ Cultorum noſtrorum ſtudio & induſtriâ lætè proveniunt; neque ſolùm quæ aſpectu jucundæ, ſed etiam eæ quæ ad vitæ uſus utiles ſunt.

Quò meliùs autem procedat Hortorum cultura, operæpretium erit nonnulla apponere ex Celeberrimo *Rapino*, quæ à Cultoribus Hortorum conſideranda accuratè ſunt.

Hortorum Cultoribus quid præcipuè obſervandum.

Imprimis autem Anni quatuor partes præcipuas, & omnem Ventorum rationem, ſingulaſque Tempeſtatum affectiones notent. Lunam noſcant Soliſque Converſiones. Brumali Solſtitialique Revocatione diſtinctas ſciant: quibus, quoad poterint, culturæ ſuæ rationem accommodent. Ventorum autem, qui in hac Regione perpetuò regnant, vis omnis perdiſcenda, ut ab illorum impetu Plantas ſuas commodè protegant, excitando in commodis locis Propugnacula ex Agrifoliis & Abietibus confertim plantatis. Dein (ut ait *Columella*) Qui ſe in hac Scientia perfectum profiteri volet, exploratum habeat, quid cuique Plagæ conveniat, quid repugnet. Si ſegnis terra tardaque ſit, cultu adjuvari poteſt; ſi plus juſto fertilis, reprimi. Eligendus autem magis pinguis ac reſolutus ager, qui minimum laborem poſcit, & fructum maximum reddit. Secundi meriti eſt ſpiſſus, qui labore quidem maximo, tamen ad vota reſpondet.

Ren. Rapinus de Culturæ Hortenſis Diſciplinâ.

In Præfat.

Qualis ager eligendus.

Palladius Lib. 1.

Hortorum ſitus.

Pro Horti poſitione is terrarum ſitus eligendus, qui neque ita planus ſit, ut reſtagnet, neque ita præruptus, ut diffluat; ſed (ut *Palladius*) cui leniter inclinata planities curſum aquæ fluentis per ſpatia diſcreta derivat. Nec obrutus ita ſit, ut in depreſſiſſimas Valles ſubſidat, neque tam arduus, ut excelſitate ſuâ immodice pateat caloribus tempeſtatibuſque violentis. Sed vel campus apertior, qui humorem pluvium fallente clivo ſubducat, vel collis per latera molliter inclinata deductus. Modicè certè depreſſi jacenteſque clivi Arboribus fructiferis commodiores ſunt.

Quid obſervandum in plantando & ſerendo.

Pro Florum, Fruticum Arborumve plantatione ſervetur ſitus Regionis, plantandi tempus ſecundum Cœli Soliſque naturam notetur. Omnia, quæ ſeruntur, creſcente Lunâ & diebus tepidis ſerenda ſunt: nam quæ cogit, denſat & includit frigus, educit tepor & evocat. Quò verò Planta robuſtior eſt, eò Scrobem, cùm terræ committitur, requirit altiorem. Omnem Cœli ſtatum pati poſſunt Malus & Pyrus; ſed tepidiore magis utraque delectatur, ſoloque pinguiore.

Seminarium.

Seminarium in ſolo mediocri impunè poteſt inſtitui, ut in terram meliorem ſata minori negotio transferri poſſint: Plantarum enim earum, quæ transferuntur, Poma ſunt longè generoſiora laudatioraque. Licet autem peracerbi Fructus omnes mitigentur cultu, nunquam tamen plus veræ & ſinceræ benignitatis accipiunt, quàm ſi tranferantur in terram mitiorem. Nam (ut eſt jam obſervatum à *Plinio*) omnia ea non ſtatim moris eſt in ſuâ locari tellure, ſed priùs nutrici dari, atque in Seminariis adoleſcere iterumque migrare. Qui tranſitus mirùm in modum mitigat etiam Sylveſtres: ſive Arborum quoque, ut hominum natura novitatis ac peregrinationis avida eſt, ſive diſcedentes virus relinquunt, manſueſcuntque tractatu, ceu feræ, dum radici avellitur Planta. Quod autem præcipit *Columella*, obſervandum eſt. Prudentis, inquit, Coloni eſt ex deteriore terra potiùs in meliorem, quam ex meliore in deteriorem transferre.

Hiſt. Nat. Lib. 17. Cap. 10.

Lib. 3. Cap. 8.

Floretum.

Præparandus autem Hortus non longè ab Ædibus, ut ab aſpectu & ab odore ac fragrantiâ voluptatem afferat. Locus autem nec parietum anguſtiâ, nec Arborum opacitate preſſe nimis includatur. Omnia libera ſint & patentia, ubi Flores conſiti ſunt, qui ſolent aperto Cœlo lociſque patentibus hilarari non mediocriter. Planities ipſa juſta & æquabilis, quæ nihil habeat eminens aut lacunoſum. Floribus autem in ordinem ſuum digerendis figurandiſque, cum pulvillis & areolis, tum Buxi textibus, tum Alveis ligneis ſaxeiſve, modi ſunt innumerabiles.

Florum cultura.

Unicuique autem Flori deſignetur Solum conveniens. Mediocre magis eſt accommodatum Horto florifero: flores enim primarii (quales ſunt Tulipa, Corona Imperialis, Anemone, Narciſſus, Hyacinthus, Roſa) ſolum amant tenue, quod neque per denſitatem nimiam excludat irrigationis beneficium, neque per nimiam raritatem illud non excipiat.

piat. Eò accedit, quòd Plantæ lasciviant in solo pinguiori, ipsosque Flores herbescentis luxuriei obesitas obruat. Quapropter Soli lascivientis ubertas aspergi debet arenâ, ut ejus emendetur felicitas.

In justâ Horti descriptione partes secundas Nemus habere debet: tum enim domui, tum horto contra Ventorum ferociam muniendis idoneum est. Luci autem grandes proportione designationeque spatiorum justâ conserantur, ut nihil non inter se consentiat.

Rivorum quoque inductionibus deductionibusque non amœnitas modò Horto conciliatur, sed etiam fœcunditas. Quæ causa est, cur *Aristoteles* præcipiat Rivorum deductiones fieri de Fonte præcipuo, quæ fundant se commeentque per omnem hortum: aqua enim Plantis omnibus vim affert & incrementum. Fontes Rivique. Lib. 3. de Animalibus.

Aqua eâ copiâ fluat, quæ indigentiæ sufficiat, nec cursum intermittat, nullo sapore aut odore, nulloque colore inficiatur. Plurimum certè voluptati confert, si liquor Fontium pellucidus sit, qui locum det intuendæ observandæque Piscium per Aquas ludentium lasciviæ.

Ultima pars Pomarium est. Hæc cæterarum partium amœnitati addit ubertatem fructuum, magnamque vitæ commoditatem. Pomarium.

Pro constituendo, quemadmodum decet, Pomario, Arbores erunt partim proceritate naturali, cœlo liberiori proponendæ, partim deprimendæ brevitate trunci ramorumque humilitate, partim applicandæ ad murum, partim etiam mutuis interserendæ amplexibus, & quadam quasi perpetuitate textûs diffundendæ. Quæ quatuor species sunt, quibus Arborum distributio per Hortos continetur omnis. Ex quâ varietate admirabilis existit hæc Descriptio, quâ perfecta ratio cultissimi Pomarii constabit. Cultissimi Pomarii perfecta ratio.

CAPUT II.

Horti Medici Edinburgensis *Descriptio.*

QUoniam omnes hæ Plantæ Hortenses, quas nunc enarraturi sumus, in Horto Medico *Edinburgensi* lætè proveniunt, non abs re erit brevem & rudem ejus Descriptionem tradere.

Hortus Medicus versus Orientem Æstivum Urbis *Edinburgenæ* situs est. Habet autem versus Occidentem Lacum *Borealem* dictum, qui illic muro & aggere terminatur. Hic obice coercitus aquas suas ad mensuram devolvit per Canalem subterraneum ex lapide cæso constructum, Cataractæ instar, in alium paulò inferiorem, qui ex lapide quoque artificiosè structus per Horti medium secundum ejus longitudinem placido murmure illas devehit. Horti situs.

Versus Meridiem Urbis Murum habet; versus Ortum περιστασιάρχου Sanctæ Trinitatis; versus Septentrionem Viridarium habet, quod Ecclesiæ *Collegiatæ* dictæ adjacet. Muro undique clauditur; & ab Ædibus tam publicis quàm privatis commodo intervallo disjungitur.

Hortus dimensus ab Oriente in Occidentem longus est pedes Geometricos trecentos plus minùs; A Meridie autem in Septentrionem centum nonaginta. Horti mensura.

Divisus est Hortus in sex Quadras; tres scilicet ex utroque latere Canalis: hæ ad Meridiem, illæ ad Boream. Singulæ Quadræ suos Pulvillos semitis interjectis distinctos habent. Dividitur Hortus in sex Quadras.

Ambulacra varia sunt ex utraque parte Canalis, qui per Hortum decurrit, & in ambitu Horti juxta Muros protensa. Ambulacra.

In primâ & secundâ Quadrâ (quæ versus Boream sunt, & per Sepem à se invicem distinguuntur) Plantæ omnes per Pulvillos secundum *Casp. Bauhini* ordinem in Pinace dispositæ sunt, & per genera & species in Classes proprias accuratissimè distributæ. Hæ duæ Quadræ separantur à tertiâ versus Plagam Borealem quoque sitâ Sepe ex Ligustro. Quadra prima & secunda.

Tertia autem illa Quadra Floretum est, in quâ Flores & speciosiores Plantæ in Pulvillis disponuntur. Quadra tertia.

Atque hæ tres Quadræ cum suis Ambulacris partem Horti Borealem constituunt, à Pars Horti

Borealis, ex his tribus Quadris conſtat. Muro Boreali ad Canalem in medio Horti leniter declinantem, Soliquè Meridiano commodiſſimè objectam.

Pars Horti Meridionalis, ex tribus ſequentibus. Pars altera à Canali verſus Meridiem projecta, propter ſitum planiorem & Muri Urbani altitudinem, umbroſior eſt. In eâ tres quoque Quadræ ſunt Pulvillis, Semitis & Ambulacris ornatæ.

Quadra quarta. Quadra quarta ad Ortum Brumalem propè Puteum ſita Schola Medica eſt, in quâ Plantæ Medici uſûs ſecundum Ordinem Alphabeti (ut in Diſpenſatoriis) in Pulvillis diſponuntur.

Quadra quinta cum Piſcinâ & Seminario. Illi verſus Occaſum proxima Quadra quinta, in quâ Piſcina eſt, ubi Plantæ in Aquis naſcentes conſitæ ſunt: ubi etiam Seminarium eſt, in quo utiliores quæque Plantæ pro Tranſplantatione aluntur & propagantur.

Quadra ſexta. Hæc Sepe quoque ex Liguſtro diſjuncta eſt a Quadrâ ſextâ & ultimâ, quæ ad Occaſum Brumalem jacet, & Arboretum eſt, in quo omnis generis Frutices & Arbores tam fructiferæ quàm ſteriles pulchro ordine diſponuntur.

Pulvilli in Horti ambitu. In ambitu Horti ad Muros Pulvilli ſunt longiſſimi, in quibus rariores quæque Plantæ ſatæ ſunt Campanis Vitreis & Pyxidibus ab Aëris injuriis protectæ.

Frutices ad Muros. Quin & Muri ipſi pulcherrimis Fruticibus undique veſtiuntur.

Pulvilli ad Canalis Latera. Ad Canalis latera in Pulvillis, omnis generis Roſæ conſitæ ſunt, & Frutices Floribus odoratis inſignes.

Tres Portæ. Aditus ſeu Portas tres habet. Unam ad Occaſum, & duas ad Ortum, per quas ex variis Urbis Plagis ingreſſus eſt.

Hortus inſtructus eſt tam Exoticis quàm Indigenis Plantis. In Horto autem non ſolùm pleræque hujus Regionis Indigenæ, ſed & utriuſque Orbis Plantæ conſpiciuntur, præſertim quæ per Univerſum pro fragilis & caducæ Mortalitatis levamine ſparſæ, hic ferè omnes congeſtæ ſunt, lætéque proveniunt. Omnium Plantarum numerus duo circiter millia conficit, quarum Catalogum brevi in publicum editurus eſt meritiſſimus Horti Præfectus *Jacobus Sutherlandius* Artium Magiſter & Medicinæ Candidatus. Quocirca nos eas tantùm, quæ Medici aut Mechanici uſûs, ſpecieve inſignes aut rariores ſunt, tradituri ſumus, eadem Methodo quâ ſuperiore libro in Indigenis *Scotiæ* Plantis enarrandis uſi ſumus.

Plantarum numerus.

Horti Præfectus.

CAPUT III.

Plantæ Hortenſes à Literâ A *incipientes.*

Abroto-num. ABROTONUM mas anguſtifolium majus, B. P. Vulgare, J. B. *Common Southernwood.* Officinalis Planta eſt

Abrotonum mas anguſtifolium maximum, B. P.

Abrotonum fœmina foliis teretibus, B. P. Chamæcypariſſus, J. B. *Lavender-cotton.* Officin.

Abrotonum fœmina foliis Ericæ, B. P. Chamæcypariſſus Unguentaria, J. B.

Abrotonum fœmina foliis Roriſmarini majus, B. P. *Roſemary-leaved Lavender-cotton.*

Abrotonum campeſtre, B. P. Artemiſia tenuifolia, ſive Leptophylla, aliis Abrotonum ſylveſtre, J. B.

Nota Characteriſtica. Abrotonum Herba Corymbifera eſt, flore diſcoïde nudo, ſeu non radiato, caule indeterminato, floribus ſecundum longitudinem velut in ſpicas diſpoſitis, foliis diſſectis ſegmentis tenuiſſimis, fruticeſcens caule perenni & lignoſo.

Vires. Aperit, digerit, incidit. Summitates cum floſculis Aſthmaticis, convulſis & Iſchiadicis conducunt. Lentos humores Pulmonis, Renum, Matricis & Veſicæ incidunt. Stillicidio Urinæ ſuccurrunt, & quoſvis dolores internos ſedant. Exitialium Venenorum Antidotum. Cinis Alopeciam curat. Olim contra omnia Veneficia, quibus Coïtus inhibebatur, efficaciſſimum habebatur.

Chamæcypariſſus aperit, abſtergit quoque, Venenis adverſatur. Regio morbo & Urinæ difficultati medetur. Semen potum Lumbricos enecat, & Menſtrua pellit. *Schwenckfelt* de Hortenſibus *Sileſiæ* Plantis. AB-

ABSINTHIUM inſipidum, J. B. Inſipidum Abſinthio vulgari ſimile, B. P. *Abſinthium.*
Abſinthium Ponticum tenuifolium incanum, B. P. Ponticum vulgare folio inferiùs albo, J. B.
Abſinthium Ponticum tenuifolium *Auſtriacum*, B. P. *Auſtriacum* tenuifolium, J. B.
Abſinthium maritimum Lavendulæ folio, B. P. Maritimum latifolium, ſive *Matthioli*, J. B.
Abſinthium Umbelliferum latifolium, B. P. Albis floribus capitulis ſquarroſis, J. B.
Abſinthii Notam Characteriſticam & Vires vide Libro ſuperiore.
ACACIA *Americana Robini*, *Cornuti.* Pſeudo-Acacia *Americana Robini*, *Park.* *Acaciæ.*
Acacia foliis Scorpioïdis leguminoſæ, B. P. Vera, J. B. Officinalis eſt.
Acacia trifolia, B. P. Aſpalathus ſecunda trifolia, quæ Acacia ſecunda *Matthiolo* trifolia, J. B.
Acaciæ ſunt Arbores ſiliquoſæ ſpinoſæ. Nota Characteriſtica.
Americana floribus eſt papilionaceis, ſeminibus in ſingulis folliculis, echinatis ſingulis.
Vera floribus eſt gibboſis, ſiliquis Lupini ſimilibus, compreſſis, iſthmis anguſtis ſemina dirimentibus interceptis, foliolis minimis multis ad unam coſtam annexis.
Succus Acaciæ (Auctore *Dioſcoride*) vim habet adſtringentem & refrigerantem. Vires.
Commodus eſt ad oculorum medicamenta & ulcera in ore. Fluxum Menſium immodicum cohibet & uterum prolabentem reprimit. Alvum quoque fluentem ſiſtit.
ACANTHIUM vulgare, *Park.* Spina alba tomentoſa latifolia ſylveſtris, B. P. Alba ſylveſtris *Fuchſio*, J. B. *Common Cotton-thiſtle.* *Acanthium.*
Acanthium *Illyricum*, *Park.* Spina tomentoſa altera ſpinoſior, B. P. Carduus quibuſdam dictus Acanthium *Illyricum*, aliis Onopordon, J. B.
Acanthium ex *Alepo* caule alato, flore magno cæruleo, Cinaræ inſtar.
Eſt inter Herbas flore ex floſculis fiſtularibus compoſito Capitatas vulgò dictas, foliis ſpinoſis, aculeis crebris & rigidioribus. Nota Characteriſtica.
Galeno Acanthii folia & radix tenuium partium ſunt, & calidam vim habent, convulſiſque auxiliantur. Vires.
Quidam uruntur vulgari ad lactis coagulationem, Referente quoque *Cæſalpino*, Lanugo à capitibus prælonga & copioſa redditur, ut Lini inſtar neri poſſit, ex quâ lanugine Veſtes fiunt in Oriente Bombycinis ſimiles. Uſus Mechanicus.
ACANTHUS ſativus vel mollis *Virgilii*, B. P. Carduus Acanthus, ſive Branca Urſina, J. B. Officinalis eſt. *Acanthus.*
Acanthus aculeatus, B. P. Carduus Acanthus ſive Branca Urſina ſpinoſa, J. B. *Prickly Bears-Breech.*
Anomala Planta eſt facie externâ Cardui æmula cum oblongo thyrſo florum rictum quodammodo exprimentium & vaſculis ſeminalibus oblongis. Nota Characteriſtica.
Emollientem ac modicè digerentem facultatem obtinet. Sedat dolorem, & eam ob rationem Enematis incoquitur. Vires.
ACARNA flore purpureo rubente patulo, B. P. Acanthoïdes parva *Apula*, *Col.* *Fiſh-thiſtle with broad reddiſh flowers.* *Acarna.*
Acarna major caule folioſo, B. P. Acarnæ ſimilis flore purpureo, Chamæleon *Salmanticenſis Cluſio*, J. B.
Eſt inter Herbas flore diſcoïde pappoſas, diſco radiato, foliis ſpinoſis, ſucco lacteo turgidas. Nota Characteriſtica.
ACER majus foliis eleganter variegatis. *Acer.*
Acer montanum tenuiſſimis & acutis foliis, B. P. Aceris majoris varietas altera, J. B.
Acer campeſtre & minus, B. P. Vulgare minori folio, J. B.
Characterem & vires vide libro ſuperiore.
ACETOSA rotundifolia *Franca*, ſive *Romana*, Hiſt. *Oxon.* Rotundifolia Hortenſis, B. P. Folio rotundiore repens, J. B. *Acetoſa.*
Acetoſa montana maxima, B. P. Oxalis maxima Sylvatica, J. B.
Acetoſa *Moſchovitica* ſterilis, Hiſt. *Oxon.*
Acetoſa *Americana* foliis longiſſimis pediculis donatis, Hiſt. *Oxon.* Veſicaria peregrina, Hort. *Eyſt.*

Acetoſa Veſicaria *Tingitana* perennis repens, foliis longis ſinuatis, Hiſt. *Oxon.* Perennis *Tingitana* major dentata, *Zanon.*

Acetoſa Ocimi facie *Neapolitana*, B. P. Ocimi facie *Neapolitana* Βεκιφαλληφόρα, *Col.* Character & vires traditæ ſunt Libro ſuperiore.

Aconitum. ACONITUM unifolium luteum bulboſum, B. P. Ranunculus cum flore in medio folio, radice tuberoſâ, J. B. *Winter-Aconite.*

Aconitum Lycoctonum luteum, B. P. Folio Platani, flore luteo-palleſcente, J. B.

Aconitum cæruleum, ſive Napellus primus, B. P. Magnum purpureo flore, vulgò Napellus, J. B.

Aconitum, ſive Napellus flore variegato, Hort. *Eyſt.*

Aconitum ſalutiferum, ſive Anthora, B. P. Antithora flore luteo Aconiti, J. B.

Aconitum racemoſum, an Actæa *Plinii*? B. P. Racemoſum, Actæa quibuſdam, J. B. Chriſtophoriana Ger. Vulgaris noſtras racemoſa & ramoſa, Hiſt. *Oxon. Herb-Chriſtopher*, or *Berry-bearing Aconite.*

Nota Characteriſtica. Aconitum eſt inter Herbas multiſiliquas ſeu corniculatas, floribus cucullatis.

Aconitum racemoſum, ſeu Chriſtophoriana inter Bacciferas eſt.

Vires. Aconitis vis hominibus exitialis eſt, reliquis animalibus quoque pernicioſa. Semen in pulverem redactum & cum oleo temperatum pro unguento illitu pediculos expellit, J. *Bauhinus.*

Antithora magnæ efficaciæ cenſetur adverſus Thoræ penetrabile virus, ut ad purgationes utilis à quibuſdam commendatur. Sed cautè uſurpanda.

Acorus. ACORUS verus, ſive Calamus Aromaticus Officinarum, B. P. Calamus Aromaticus vulgaris, multis Acorum, J. B. *Sweet-ſmelling Flag.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas graminifolias non culmiferas, foliis Iridis modo ſitis, *h. e.* acie folii cauli obverſâ, odoratis floſculis & ſeminibus in Julum ſeu Nucamentum coactis.

Vires. Incidit, aperit, provocat urinam; menſes & ſecundas pellit. Succus oculorum caligines diſcutit.

Adonis. ADONIS ſylveſtris flore phœniceo, foliis longioribus, B. P. Flos Adonis vulgò, aliis Eranthemum, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas ſemine nudo polyſpermas, flore polypetalo, foliis tenuiſſimè diſſectis.

Ægilops. ÆGILOPS *Narbonenſis*, *Lob.* Feſtuca altera capitulis duris, B. P. *French Haver-graſs.*

Æthiopis. ÆTHIOPIS multis, J. B. Foliis ſinuoſis, B. P.

Ageratum. AGERATUM foliis ſerratis, B. P. Ageratum pleriſque, Herba Julia quibuſdam, J. B. *Sweet Maudlin*, Commonly *Apothecaries Shop.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Corymbiferas flore diſcoide nudo, caule determinato, floribus pluribus velut in Umbellam diſpoſitis, foliis anguſtis per marginem inciſis.

Vires. Stomacho & cordi amica herba eſt, uterinis affectibus frigidis auxiliatur, viſcerum obſtructiones aperit.

Alaternus. ALATERNUS prima *Cluſii*, Phylica elatior, B. P. Spina *Monſpelienſium*, J. B. *Ever-green Privet.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Frutices Bacciferos ſemper virentes majores, foliis alternis, Baccis tres intus nucleos continentibus.

Uſus Mechanicus. *Luſitani* (referente *Cluſio* apud J. *Bauhinum*) aſſerunt ejus cortice in aquâ decocto piſcatores ſua retia ſubrutilo colore inficere, & Tinctores è fragmentorum ligni, quod pallet, decoctione nigreſcentem è cæruleo colorem conciliare.

Alcea. ALCEA vulgaris flore albo.

Alcea vulgaris ſeminum involucris hirſutis.

Alcea Frutex *Syriaca*, Hiſt. *Oxon.* Arboreſcens *Syriacâ*, B. P.

Alcea Veſicaria, B. P. Althæa Veſicaria *Indica*, ſeu *Capitis bonæ Spei*, ſemine minore, Hiſt. *Oxon.*

Alcea *Ægyptiaca* villoſa, B. P. Bamia, J. B. Bamia Moſchata, *Veſtingii* Obſ. in *Proſp. Alpinum.* Althæa *Ægyptia* Moſchata *Abelmoſch* dicta, Hiſt. *Oxon.*

Alcea hirſuta, B. P. Villoſa, J. B.

Character & vires traditæ ſunt Libro ſuperiore.

Allium. ALLIUM ſativum, B. P. Vulgare & ſativum, J. B. *Common Garlick.* Officinalis eſt.

Allium ſativum alterum, ſive Alliopraſum caulis ſummo circumvoluto, B. P. Allii genus Ophioſcoridum dictum quibuſdam, J. B.

Allium

Allium maximum multis porraceis foliis latioribus ſphæriceo capite ex floribus albis conflato, Hiſt. *Oxon.* Allioporrum, ſive Scorodopraſum, B. P. Scorodopraſum, J. B.

Allium montanum bicorne, an Ampelopraſum? J *Raii.*

Allium montanum bicorne anguſtifolium flore purpuraſcente, B. P. Sylveſtre bicorne purpureum proliferum, J. B.

Characterem vide Libro ſuperiore.

Vim obtinet calefaciendi & ſiccandi. Flatus diſcutit, Coli dolores minuit, venenis reſiſtit, latas ventris tineas abigit, aquas inſalubres emendat, Hydropicis & Tympanitide maximè laborantibus utile. Valet adverſus morſus canum rabidorum, aëris corrupti arcet contagia. In Tuſſi & in Calculo eximii quoque uſûs eſt. Vires.

Allium cum adipe Suillo contuſum, ſi plantæ pedum eo inungantur, multùm conducit ad pulmonum canales aperiendos & ab infarctu liberandos, in Aſthmate, &c. D. *Hulſe.*

Allii Urſini folia recentia cum Piſcium ſalſamento in condimentum veniunt. Ipſum contra venena efficacius ſativo cenſetur.

ALOE folio in oblongum aculeum abeunte, B. P. *Americana* muricata, J. B. *Aloë.*

ALSINE bacciſeta, *Ger.* Scandens baccifera, B. P. Cacubulum quibuſdam, vel Alſine baccifera, J. B. Recentiorum planta Alſines facie, baccis Solani, *Lob.* *Alſine.*

Alſinæ affinis Androſace dicta major, B. P. Androſace *Matthioli* altera, J. B.

ALTHÆA *Dioſcoridis* & *Plinii*, B. P. Althæa ſive Biſmalva, J. B. Malva ſylveſtris vel paluſtris, aut Ibiſcus, Hiſt. *Oxon. Common Marſh-Mallow.* Officinalis eſt. *Althæa.*

Althæa folio rotundiori ſive minus acuminato.

Althæa fruteſcens folio acuto, parvo flore, B. P. Malva fruteſcens folio acuto auriculato Hederæ inſtar, Hiſt. *Oxon.*

Althæa *Theophraſti* flore luteo, B. P. *Theophraſti* flore luteo, quibuſdam Abytilon, J. B.

Eſt inter mollientes pentapetalas, ſeminibus multis rotatim cingentibus ſtilum nutritivum. Nota Characteriſticâ.

Emollit, laxat, diſcutit, dolores lenit, tumores maturat, acrimoniam mitigat & corrigit. Uſûs præcipui in affectibus renum & veſicæ, in Calculo. In Pleuritide etiam & & Tuſſi & Dyſenteriâ utilis eſt. Vires.

ALYSSON verticillatum foliis profundè inciſis, B. P. Alyſſum *Galeni Cluſio*, *Park.* *Galen his Madwort.* *Alyſſon.*

Inter Verticillatas ad Marrubii ſpeciem reducitur. Nota Characteriſtica.

Ex *Galeno* mirificè juvat morſos à cane rabido. Moderatè ſiccat, ac diſcutit & aliquantulùm extergit: propterea vitiliginem & maculas faciei a ſole prognatas expurgat. Vires.

AMARANTHUS maximus, B.P. Panniculis propendentibus, ſemine albo, ſeu Quinua, Hiſt. *Oxon.* Blitum maximum ſive Amaranthus major ſemine albo, J. B. *Great Floramour.* *Amaranthus.*

Amaranthus panniculis propendentibus, ſemine rubro, flore ſerotino elegantis coccinei coloris, Hiſt. *Oxon.*

Amaranthus major panniculis erectis viridibus, Hiſt. *Oxon.*

Amaranthus flore variegato, B. P. Foliis variegatis ſeu tricoloribus, ſeu foliis variè coloratis Pſittaci plumas referentibus Hiſt. *Oxon.* Symphonia *Dalechampio*, ſive Amaranthus tricolor, J. B.

Plures ſunt in Horto Medico Amaranthi ſpecies, quas hic enumerare opus non eſt.

Eſt inter mollientes, floribus herbaceis, ſeminibus nigris lucidis. Nota Characteriſtica.

Flores poti cruenta expuentibus proſunt, Menſium abundantiam & alias Uteri fluxiones reprimunt. Vires.

AMMI majus, B. P. Vulgare majus latioribus foliis, ſemine minùs odorato, J. B. *Common Biſhops-weed.* *Ammi.*

Ammi alterum ſemine Apii, B. P. *Creticum* Aromaticum, *Lob.*

Eſt inter Umbellas, ſemine ſtriato minore, foliis plurifariàm diviſis. Nota Characteriſtica.

Movet urinas; Renes, veſicam & Ureteres expurgat. Vires.

AMYGDALUS ſativa, B. P. Dulcis & amara, J. B. *The Almond-tree.* Officinalis eſt. The fruit ripeneth at *Aberdour.* *Amygdalus.*

Amygdalus pumila, Hort. Reg. *Bleſ.*

Eſt inter Arbores Nuciferas, cortice craſſiore nucem proximè ambiente, foliis Perſicæ oblongis.

Amygdalæ dulces corpus ſaginant, tabidis conferunt, pectus expurgant & ſomnum placidum conciliant.

Amaræ incidunt, abſtergunt, digerunt, expectorationem craſſorum & lentorum humorum promovent; obſtructum hepar, lienem, renes & Colon à craſſis & lentis humoribus expediunt.

Anagallis. ANAGALLIS flore cæruleo, B. P. Cærulea fœmina, J. B.

—— Flore albo.

—— Flore ferrugineo.

Character & vires Libro ſuperiore traditæ ſunt.

Anagyris. ANAGYRIS fœtida, B. P. Vera fœtida, J. B. *Stinking Bean-trefoil.*

Anagyris non fœtida major vel Alpina, B. P. Laburnum Arbor trifolia Anagyridi ſimilis, J. B. *Peaſe-cod-tree.*

Anagyris non fœtens minor, B. P. Laburnum minus, *Park.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Arbores ſiliquoſas.

Vires. Laburni ſemen Vomitorium eſt, *Schwenckfelt.*

Uſus Mechanicus. Laburni materies denſiſſima, candida & flava ad parva opera Torno elaboranda excellens. *Cæſalpinus.*

Anchuſa. ANCHUSA anguſtifolia, B. P. Lignoſior anguſtifolia, *Park.* Minor lignoſior, J. B. *Woody Alkanet.*

Anchuſa lutea, J. B. Major floribus luteis, B. P. Officinalis eſt.

Anchuſa puniceis floribus, B. P. Anchuſa *Monſpeliaca*, J. B.

Anchuſa altera procumbens flore atro-purpureo, *Park.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas aſperifolias, quibus folia in caulibus alterna, flores monopetali marginibus quinquepartitis, ſeminibus rugoſis caput Viperinum aut Galeam referentibus, radicibus rubris.

Vires. Efficax contra Serpentes, maximè Viperas, & radice & foliis, æquè cibo ac potu. *Cæſalpinus.*

Androſæmum. ANDROSÆMUM maximum fruticeſcens, B. P. Maximum (quaſi ſtuticeſcens) baccifcrum, Hiſt. *Oxon. Siciliana*, aliis *Cæciliana* & Androſæmum, J. B. *Tutſan* or *Park-leaves.*

Vires. Sanguinem ſiſtit & inſigne Vulnerarium eſt.

Androſæmum alterum *Apulum*, *Col.* Perfoliatum & perforatum, B. P.

Androſæmum fœtidum capitulis longiſſimis filamentis donatis, B. P. Ruta Hyericoïdes quibuſdam, *Siciliana* affinis, ſive Tragium, J. B.

Anemone. ANEMONE latifolia & tenuifolia flore ſimplici & pleno variarum ſpecierum & colorum.

Nota Characteriſtica. Flore nudo eſt, ſeminibus in pappos abeuntibus.

Anethum. ANETHUM, J. B. Hortenſe, B. P. *Dill.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Umbellifera eſt.

Vires. Dolorem ſedant flores & ſemen, crudos humores concoquunt, cient urinas, Lac augent, Calculoſis proſunt.

Angelica. ANGELICA ſativa, B. P. J. B.

Angelica ſylveſtris montana, B. P. Archangelica, J. B.

Angelica lucida *Canadenſis*, *Cornuti.*

Characterem vide Libro ſuperiore.

Vires. Calefacit, ſiccat, aperit, diſcutit, lentos humores digerit, & craſſam & tenacem pituitam expectorat. Menſes evocat, ſecundinas expellit. Adverſus venena mirè pollet & Febres peſtilentiales, & a Peſte præſervat. Halitum oris gravem emendat.

Aniſum. ANISUM, J. B. Aniſum Herbariis, B. P.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Umbellas, ſemine ſtriato minore, foliis plurifariàm diviſis.

Vires. Semen ſiccat, aperit, digerit & diſcutit, urinas movet. Valet ad inflationes & torſiones ventris, alvum ſiſtit & alba fœminarum profluvia. Lac ad mammas elicit, halitum oris jucundiorem reddit. Venenis adverſatur.

Anonis. VARIÆ in Horto ſunt Anonidis ſpecies, quas enumerare non eſt neceſſe.

Anthyllis. Characterem & vires vide Libro ſuperiore.

ANTHYLLIS maritima lentifolia, B. P. Lentifolia Peplios effigie maritima, J. B. *Sea-Pimpernell.*

Antirrhinum. ANTIRRHINUM majus longiore folio, Hiſt. *Oxon.* Majus alterum longiore folio, B. P. Vulgare, J. B. *Snapdragon.*

Antirrhinum majus flore albo.

Antirrhinum

Antirrhinum arvenſe majus, B. P. Auguſtifolium Sylv. J. B.

Antirrhinum arvenſe minus, B. P. Minimum, J. B. Linaria minima foliis hirſutis, floribus obſoleti fuſci coloris, Hiſt. *Oxon.*

Eſt inter Herbas flore monopetalo difformi, pericarpio ſeu vaſculo ſubrotundo bivalvi (flore rictum exprimente abſque calcari) in bina loculamenta diviſo, è tribus foraminulis ſemina fundente. Vituli nares referente. Nota Characteriſtica.

Adverſus veneficia & philtra anili perſuaſione portatur. *Schwenckfelt.* Vires.

APARINE levis, *Park.* *Aparine.*

Aparine ſemine Coriandri ſaccharati.

Characterem & vires vide ſuprà.

APIUM Hortenſe, ſive Petroſelinum vulgò, B. P. Hortenſe multis, quod vulgò Petroſelinum, J. B. *Garden-Virginian-Parſley.* *Apium.*

Apium vel Petroſelinum criſpum, B. P. Petroſelinum criſpum, J. B.

Apium peregrinum longifolium.

Apium paluſtre ſive Officinarum, B. P. Paluſtre ſeu Eleoſelinum vereribus, J. B. *Common Smallage.* Officinalis eſt.

Apium ſive Selinum dulce.

Eſt inter Umbellas, ſemine ſtriato minore, foliis plurifariàm diviſis. Nota Characteriſtica.

Apium Hortenſe ſive Petroſelinum inter ciborum condimenta venit, Stomacho gratum. Aperit, provocat Urinam & Menſes ciet, flatus diſcutit, calculos expellit, jecur & lienem obſtructione liberat, ſecundas & partus promovet. Contra Serpentum venena quoque commendatur. Vires.

Apii paluſtris radix calefacit, aperit, urinam & menſes movet, calculum pellit, Regium morbum ſolvit.

APOCYNUM folio oblongo, B. P. Apocynum ſive Periploca ſcandens folio longo, flore purpurante, J. B. *Climbing Dogs-bane.* *Apocynum.*

Siliquoſa, lanigera eſt, lacteſcens, ſiliquis plerumque binis, flore pentapetaloïde, foliis adverſis, ſeu binis in caulibus oppoſitis. Nota Characteriſtica.

AQUILEGIA ſylveſtris, B. P. Flore ſimplici, J. B. *Aquilegia.*

Variæ ſunt Aquilegiæ ſpecies, quas in Horti Catalogo videre eſt.

Inter multiſiliquas ſeu corniculatas eſt, floribus pluribus corniculis recurvis, pendulis, ſeminibus nigris lucidis, foliis Umbelliferarum modo diviſis. Nota Characteriſtica.

Calefacit moderatè & ſiccat, aperit hepar & lienem, præſtantiſſimum remedium adverſus Morbum Regium, referente *Trago.* Ciet Urinam & Menſes, vulnera conſolidat, ventris tormina ſedat. Semen in expellendis Variolis & Morbillis uſus mulierculis eſt creberrimi. *Schroderus.* Vires.

Folia in uſu ſunt in Collutionibus & Gargariſmis.

ARBOR *Judæ*, Ger. *Judaica* Arbor, J. B. Siliqua Sylveſtris rotundifolia, B. P. *Arbor Judæ.*

ARBUTUS, Ger. Arbutus folio ſerrato, B. P. Arbutus comatus *Theophraſti*, J. B. *The Strawberry-tree.* *Arbutus.*

Eſt inter Arbores Bacciferas, foliis ſemper virentibus, inodoris, ad margines ſerratis. Nota Characteriſtica.

ARGEMONE capitulo longiore, B. P. Capitulo longiore ſpinoſo, J. B. Capitulo tenuiore, longiore hirſuto, Hiſt. *Oxon. Long rough-headed Baſtard-Poppy.* *Argemone.*

Aliæ hujus ſpecies ſunt, quas in Catalogo vide.

Eſt inter Plantas Anomalas, flore tetrapetalo uniformi, Vaſculis ſeminalibus brevibus hirſutis in plurimas cellas diviſis. Nota Characteriſtica.

ARISARUM latifolium alterum, B. P. Latifolium quibuſdam, J. B. *Broad-leaved Friers-cowl.* *Ariſarum.*

Vide Arum ſuprà.

ARISTOLOCHIA rotunda, J. B. Rotunda flore ex purpurâ nigro, B. P. *Round-rooted Birth-wort.* Officinalis eſt. *Ariſtolochia.*

Ariſtolochia Clematitis recta, B. P. Clematitis vulgaris, J. B.

Ariſtolochia polyrrhizos, J. B. Ariſtolochia Piſtolochia dicta, B. P.

Ariſtolochia Piſtolochia altera, J. B. Piſtolochia *Cretica*, P. B.

Eſt inter Herbas flore monopetalo difformi, Vaſculo ſubrotundo bivalvi, flore ſemifiſtulari ſeu corniculato, cum labello in palæ formam producto, pericarpio grandi in ſena loculamenta diviſo. Nota Characteriſtica.

Radix totundæ abſtergit, digerit, venenis reſiſtit; ruptis, convulſis, laterum doloribus, ſingultibus pota auxiliatur, ulcera ſordida expurgat. Vires.

Clematitis recta Menſtrua retenta movet.

Arum. ARUM maculatum maculis nigris, B. P. Nigricantibus lituris ſignatum, *Dod.*
Arum venis albis, B. P.
Arum minus, B. P.
Characterem & Vires vide ſuprà.

Arundo. ARUNDO *Indica* latifolia flore luteo punctato, B. P. J. B.

Aſarum. ASARUM, B. P. J. B. Aſarabacca Officinarum.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas flore imperfecto ſummo fructui inſidente, tribus loculamentis diſtincto, foliis rotundis & lævibus.

Vires. *Meſues* recenſet inter Medicamenta purgantia: nam trahit per ſuperiora & inferiora flavam bilem & pituitam. Provocat urinas, obſtructiones aufert cum efficaciâ. Vinum, radicibus in muſto infuſis, confert lienoſis, ictericis, hydropicis. Ad purgationes rectiùs infunditur in ſero lactis, pondere drachmarum quatuor, aut pulvis exhibetur pondere drachmæ unius uſque ad tres. Hodie frequens eſt foliorum uſus in lixivio ad capitis lotiones in dolore capitis & cæteris vitiis quæ exſiccationem & calefactionem poſtulant. *Cæſalpinus.*

Folia remiſſiùs aliquantùm, quàm ipſæ radices, vomitum concitant, alvumque movent. *Simon Pauli.*

Aſclepias. ASCLEPIAS flore albo, B. P. Aſclepias ſive Vincetoxicum multis floribus albicantibus, J. B. *White Swallow-wort.* Officinalis eſt.
Aſclepias nigro flore, B. P. Flore nigro quorundam, J. B.
Aſclepias flore flaveſcente.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Anomalas flore pentapetaloïde parvo, ſiliquis ſingularibus Ciconiæ roſtrum referentibus.

Vires. Turiones ad Acetariorum uſum colliguntur. Aſparagi recentes in cibo ſumpti alvum emolliunt, vitia pectoris expurgant, urinam movent, Stomacho utiles. Radix pota Jecur, Lienem obſtructione liberat, Veſicam expurgat, Regium Morbum ſanat, Urinæ ſtillicidium difficultatemque ac Dyſenterias mitigat. *Schwenckfelt.*

Radices Vincetoxici calidæ & ficcæ ſunt, morſibus venenatorum animalium medentes. *Simon Pauli.*

Refert *D. Joachimus Georgius Elſnerus*, Incolas *Carinthiæ* & *Stiriæ* Vincetoxicum (quod magnâ copiâ illic provenit) decoctum Suibus glanduloſis exhibere cum ſucceſſu. Unde concludit quoque commodè in Scrofulis Incolarum uſurpari poſſe. Ephemer. *German.* Anno 1. Obſ. 57.

Aſparagus. ASPARAGUS ſativus, B. P. Hortenſis, J. B. Officinalis eſt.
Aſparagus marinus, J. B. Maritimus craſſiore folio, B. P.
Aſparagus foliis acutis, B. P. Corruda, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas Bacciferas.

Vires. Recentes Aſparagi turiones cibis idonei ſunt. Aſparagus mediocrem abſtergendi fortitus eſt naturam. Urinam pellit. Turiones cum Butyro & Aceto parati alvum emolliunt, vitia pectoris expurgant & urinam promovent. Radix pota obſtructionibus jecur liberat, Morbum Arquatum expellit, renes purgat ac veſicam, Iſchiadicis plurimùm conducit, Dyſentericis quoque & Stranguriâ laborantibus auxiliatur.

Extrinſecùs radix tuſa & vino decocta dolorem in luxatis ſedat. Herba pari ratione dolorem renum mitigat. Succus herbæ ore retentus dentium dolorem ſedat.

Aſperula. ASPERULA cærulea arvenſis, B. P. Rubia cærulea erectior elatiorve, J. B.
Vide Lib. ſuper.

Aſphodelus. ASPHODELUS albus ramoſus mas, B. P. Major ramoſus flore albo, foliis latis, ſeu porraceis, Albus ramoſus major, Hiſt. *Oxon. The White branched Aſphodill.* Officinalis eſt.

Aſphodelus luteus, J. B. Luteus & flore & radice, B. P, Folio fiſtuloſo ſtriato non ramoſus luteus & flore & radice, Hiſt. *Oxon.* Officinalis eſt.

Aſphodelus foliis fiſtuloſis, B. P. Minor foliis fiſtuloſis, J. B. Folio fiſtuloſo plano minor ramoſus flore albo, Hiſt. *Oxon.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter bulboſis affines hexapetalas radicibus tuberoſis, flore minore ſtellato, ſemine triquetro.

Vires. Extergentis & diſcutientis eſt facultatis, urinas & menſes ducit. *Schwenckfelt.* Semen & flores poti in vino alvum purgare dicuntur. Radices uſtæ ſnter Cathæretica mitiora ſunt. *Fallop*, lib. de Cauteriis.

Aſter. ASTER Atticus cæruleus vulgaris, B. P. Atticus purpureo & albo flore, J. B. *Purple Italian Starwort.*

After

Aster montanus cæruleus magno flore, foliis oblongis, B. P. Purpureus montanus, J. B.
Aster flore Tripolii latifolius, Hort. Reg. *Blef*
Aster Virgineus angustifolius serotinus flore parvo albente, *Park.*
Aster luteus supinus, B P.
Aster montanus luteus Salicis glabro folio, B. P. Conyza media *Monspelienſis*, quibusdam Asteris Attici genus folio glabro rigido, J. B.
Aster Virgineus luteus latifolius repens, *Park.*
Est inter Herbas flore discoide papposas, floribus majoribus stellam radiantem æmulantibus. Nota Characteristica.
Plinio Aster, quibusdam *Bubonium*, vocatur, quoniam Inguinum præsentaneum remedium est. Vires.
ASTRAGALUS *Africanus* luteus odoratus, D. *Magnol.* Perennis foliis hirsutis caule recto aphyllo, flore ochroleuco odoratissimo, Hist. *Oxon. Sweet-smelling Yellow-flowered African Hatchet-Vetch.* *Astragalus*
Est inter siliquosas papilionaceas, sil quis gemellis duplicem seminum seriem concludentibus donatas. Folia habet alata conjugatim costæ mediæ adhærentia, uno extremum costæ claudente. Nota Characteristica.
ATRACTYLIS lutea, B. P. Vera flore luteo, J. B. *Atractylis.*
ATRIPLEX Hortensis alba, sive pallidè virens, B. P. Alba Hortensis, J. B. Officinalis est. *Atriplex.*
Atriplex Hortensis rubra, B. P. J. B.
Atriplex sylvestris folio sinuato candicante, B P. Sylvestris, J. B.
Atriplex sylvestris altera, B. P. Sylvestris altera folio sinuato saturatè virente, spicâ subrubrâ, Hist. *Oxon.*
Atriplex Mori fructu major, seu Fragifera major, Hist. *Oxon* Spinachia Fragifera, Horti *Paris.*
Atriplex Mori fructu minor, seu Fragifera minor, Hist. *Oxon.* Sylvestris Mori fructu, B.P.
Character supra traditus est.
Humectat & refrigerat Atriplex, emollit alvum, abstergit & jecoris obstructiones aperit. Semen Vomitus provocat, aridæ Tussi confert. Succus calorem Stomachi restinguit & rosiones mitigat. *Schwenckfelt.* Vires.
AVENA nuda, B P. *Avena.*
Characterem & Vires vide supra.
AURICULA muris *Camerarii*, J. B. Loto affinis siliquis hirsutis cincinnatis, B. P. *Sev Kidney-Vetch of Spain or Candy.* *Auriculâ muris.*
Character supra traditus est.
Auricula muris laudatur ad ulcera sananda & scabiem. Propinant quoque ad Febres pestilentes & obstructiones internas. Ejus succo ferunt quendam à Leprâ sanatum. *Cæsalpinus.*

CAPUT IV.

Plantæ Hortenses à Literâ B *incipientes.*

BALSAMINA mas, *Ger.* Rotundifolia repens sive Mas, B. P. Balsamina Cucumerina, J B. Cucumis puniceus *Cordi*, Hist. *Oxon. The male Balsam-Apple.* *Balsamina.*
Balsamina fœmina, B. P. Fœmina Persicifolia, vel Salicis folio, J. B. Herba impatiens, seu *Noli me tangere*, flore patulo eleganter dilutè rubente, Hist. *Oxon.*
Balsamina lutea, sive *Noli me tangere*. B. P. *Noli me tangere*, J. B. Mercurialis sylvestris *Noli me tangere* dicta, sive Persicaria siliquosa, *Park.* Impatiens herba *Noli me tangere* dicta, flore patulo luteo, Hist. *Oxon.*
Balsamina mas inter Pomiferas est.
Balsamina fœmina est inter Monopetalas, siliquis brevioribus & crassioribus asperis, quadripartitis aut quinquepartitis foliis Persicæ, floribus purpurascentibus. Nota Characteristica.
Mas Vulneraria est. Ad Coli dolores & Intestinorum tormina, ad rupta convulsaque cum Vino sumitur foliorum pulvis. Oleum ex fructu paratur ad Vulnera glutinanda, & ad arcendas Vulnerum & Mamillarum Inflammationes, Hæmorrhoïdibus dolentibus & Vires.

Ambuſtis perutile. Veſparum & Apum ictus ſanat. Ramicoſis pueris efficax remedium, ſi eo locus ſæpius perungatur, & pulvis foliorum interea aliquot diebus exhibeatur.

Barba Capræ. BARBA Capræ floribus oblongis, Melandryon *Plinii*, B. P. Barba Capri, J. B. Vide Characterem & Vires ſuprà.

Barba Jovis. BARBA *Jovis* Frutex, B. P. *Cluſ. Jovis* Barba pulchrè lucens, J. B. *The Silver-Bush.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Frutices ſpinis carentes, floribus papilionaceis, foliis incanis & velut argenteis.

Bellis. BELLIS latioribus ſerratis foliis radice repente, Hort. Reg. *Bleſ.*

Bellis Tanaceti folio major, Tanacetum inodorum flore majore, B. P.

Bellis Tanaceti folio minor, Tanacetum inodorum, *Park.* Montanum inodorum minore flore, B. P. Album, J. B.

Bellis minor Hortenſis flore pleno rubro,

--- Albo,

--- Variegato.

Bellis Hortenſis prolifera, B. P.

Characterem & Vires vide ſuprà.

Berberis. BERBERIS Dumetorum, B. P. Berberis vulgò, quæ & Oxyacantha putata, J. B. *The Berbery-buſh.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Frutices Bacciferos ſpinoſos, foliis integris, fructu oblongo parvo, per maturitatem rubro, racematim naſcente, ſapore acido.

Vires. Folia refrigerant, ſiccant. Cortex ſiccus valet in putredine oris.

Baccæ refrigerant, ſiccant, cohibent, roborant & adſtringunt, appetitum excitant & Ventriculum roborant, in Dyſenteriâ & Diarrhœa & Vomitu utiles. Tineas Ventris necant, Dentes firmant, ſitim reſtinguunt, Menſeſque ſiſtunt. *Schwenckfelt.*

Cortex radicum Medicamentis adverſus Icterum immiſcetur cum ſucceſſu.

Medianus cortex Berberis, qui inter extimum & ligno adhærentem eſt, lineo panniculo involutus per trium horarum ſpatium maceratus mirificè (ſi bibatur) purgat. Ex *Cluſio Raius.*

Uſus Mechanicus. Cortex in Lixivio maceratus flavo calore tingit.

Berberis ſine Nucleo, B. P.

Beta. BETA alba vel palleſcens, quæ Sicla Officin. B. P. Officinalis eſt.

Beta communis ſive viridis, B. P.

Beta rubra vulgaris, B. P.

Beta rubra radice Rapæ, B. P. Radice rubrâ craſſâ, J. B.

Beta *Sicula*, coſtâ latâ, luteâ, rubrâ, ruberrimâ & Aurantiacâ, Hiſt. *Oxon.*

Beta *Cretica* ſemine aculeato, B. Prodr. *Cretica* ſemine ſpinoſo, ſeu aculeato, Hiſt. *Oxon. Cretica* ſemine ſpinoſo, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter mollientes, foliis ſpiſſis, floribus herbaceis, ſemine rugoſo aut aculeato donatas.

Vires. Beta nitroſæ facultatis particeps eſt. Jecoris obſtructionibus apta eſt. Folia inveteratis & malis ulceribus ac inflammationibus utiliter imponuntur. Planta recens cum radice & coliculis ex Aceto comeſta cibi appetentiam adfert, ſitim compeſcit, choleram in ventriculo reprimit. Succus naribus attractus caput purgat. Immiſcetur Beta Clyſteribus ad indurata alvi excrementa evocanda. Radix, cortice deraſo, Glandis modo ano ſuppoſita alvum ad excrementorum expulſionem invitat, præſertim exiguo ſale aſperſa. Comeſta quoque Beta alvum laxat.

Betæ rubræ radice Rapæ radix in aquâ elixata cum Aceto ſale & ſemine Carvi conditur ad uſum pro ciborum condimento.

Betonica. BETONICA flore albo.

Betonica major *Danica*, *Park.*

Characterem & vires vide Libro ſuperiore.

Biſtorta. BISTORTA major radice minùs intortâ, B. P. Major radice minùs intortâ, foliis anguſtioribus minùs rugoſis, Hiſt. *Oxon.* Media folio minùs rugoſo, J. B.

Characterem & vires vide ſupra.

Blattaria. BLATTARIA lutea folio longo laciniato, B. P. Lutea, J. B. Flore minore luteo, ſtaminulis purpureis, Hiſt. *Oxon. Yellow Moth-Mullein with long cut leaves.*

Blattaria alba, B. P. Flore albo, J. B. Flore minore albo ſtaminulis purpureis, Hiſt. *Oxon.*

Blattaria

Blattaria flore purpureo, J. B. Purpurea, B. P. Perennis flore Violaceo, Hiſt. *Oxon.*

Blattaria flore obſoletè cæruleo.

Blattaria perennis flore gilvo ſeu obſoleti coloris, Hiſt. *Oxon.*

Eſt inter bicapſulares monopetalas. Nota Characteriſtica.

BLITUM rubrum majus, B. P. Pulchrum, rectum, magnum, rubrum, J. B Officin. *Blitum.*

Blitum rubrum minus, B. P.

Blitum ſpinoſum, *Americanum.*

Characterem & Vires vide ſuprà.

BOTRYS Ambroſioïdes vulgaris, B. P. Botrys plerumque Botanicis, J. B. Atriplex odora ſive Suave-olens, Hiſt. *Oxon. Oak of Jeruſalem.* Officinalis eſt. *Botrys.*

Eſt inter Verticillatas, flore purpureo labiato, calycibus turgidulis ſupernâ parte anguſtioribus, in quorum ſingulis ſemina latent quaterna nigricantia. *J. Bauhinus.* Nota Characteriſtica.

Herba ad Orthopnœam commendatur, contra Vomicas pulmonum etiam utilis. Vapor herbæ ad Menſes ciendos facit. Inter veſtes repoſita herba adverſus Blattas valet. Vires.

Botrys Ambroſioïdes *Mexicana*, B. P. App. Atriplex odora, ſive Suave-olens *Americana Mexicanave*, Hiſt. *Oxon.*

BRASSICA capitata alba, B. P. J. B. Capitata, ſeu clauſa penitùs capite ſimplice albo, Hiſt. *Oxon White Cabbage.* *Braſſica.*

Braſſica rubra capitata, B. P. J. B.

Braſſica capitata polycephalos, Hiſt. *Lugd.* Ex pluribus capitulis conglobata, B. P.

Braſſica alba capite oblongo non penitùs clauſo, B. P. Capitata, ſeu clauſa non penitùs *Sabauda*, Hyberna, Hiſt. *Oxon. Italica* tenerrima glomeroſa flore albo, J. B.

Braſſica alba criſpa, B. P. *Sabauda* rugoſa, J. B.

Braſſica alba vel viridis, B. P. Alba vulgaris, J. B. Sativa alba, vel viridis vulgaris aperta lævis, Hiſt. *Oxon.*

Braſſica rubra, B. P. Rubra vulgaris, J. B. Offic.

Braſſica fimbriata, B. P. Tophoſa, J. B.

Braſſica fimbriata pumila, B. P.

Braſſica cauliflora, B. P. Multiflora, J. B. Cauliflora, ſeu Florida Botrytis, Hiſt. *Oxon.*

Braſſica Aſparagoïdes criſpa, B. P. Thyrſoïdes, J. B.

Braſſica Gongyloides, B. P. Braſſica caule Rapæ, J. B.

Braſſica lato Apii folio, B. P.

Braſſica anguſto Apii folio, B. P.

Braſſica campeſtris perfoliata flore albo, B. P. Perfoliata filiquoſa, J. B.

Braſſica ſylveſtris foliis circa radicem Cichoraceis, B. P. Sylveſtris foliis circa radicem Cichoraceis aſperis, caulibus autem adhærentibus planis ſeu glabris, Hiſt. *Oxon.* Glaſtifolia Cichoroides, J. B. & Turritis ſecunda *Cluſio*, J. B.

Braſſica ſylveſtris foliis integris & hiſpidis, B. P. Turritis, *Ger.* Vulgatior, J. B.

Eſt inter Siliquoſas, tetrapetalas, bicapſulares. Nota Characteriſtica.

Braſſica emollit, abſtergit, glutinat, crapulam diſcutit. Vires.

Folia inflammationibus & tumoribus imponuntur. Jus Ignibus Sacris imponitur.

Braſſica vulgaris alvum durari non patitur, urinam provocat. Cauliculi depurati ſi manducentur, aut ſuccus cum melle decoctus exhibeatur, ad vocem interceptam certiſſimum auxilium. *Schwenckfelt.*

Braſſica criſpa in jure veteris galli decocta Colicam & ventris tormina ſedat, calculo renum utilis quoque.

Braſſicæ fervefactæ ſuccus potus alvum ſubducit, Arthritidis utilis. *Tragus.*

BRYONIA aſpera ſive alba baccis rubris, B. P. Vitis alba ſive Bryonia, J. B. Officinalis eſt. *Bryonia.*

Bryonia lævis ſive nigra racemoſa, B. P. Vitis nigra quibuſdam, ſive Tamus *Plinii* folio Cyclamini, J. B. Officinalis eſt.

Eſt inter Bacciferas ſcandentes minores. Nota Characteriſtica.

Alba ſeroſos & pituitoſos humores validè purgat, viſcerum obſtructiones aperit, Menſes ciet, fœtum ejicit, Aſthma ſanat, & Arthritidis & Podagricis convenit. *Schrod.* Vires.

Conſerva radicum Bryoniæ albæ ad Epilepſiam & affectionem Hyſtericam valet.

Nigra urinam renumque ſabulum impellit vehementer. Lentam pituitam incidit in

Thoracis affectibus. Pulvis radicum cum aceto & ſtercore vaccino ad formam Cataplaſmatis redactus Podagricos dolores lenit.

Bugloſſum. BUGLOSSUM latifolium, Borrago, B. P. Borrago floribus cæruleis, J. B. *Common Borage.* Officinalis eſt.

Bugloſſum flore albo.

Bugloſſum latifolium ſemper virens, B. P. Bugloſſum folio Borraginis *Hiſpanicum*, J. B.

Bugloſſum anguſtifolium majus, B. P. Vulgare majus, J. B. *Great Garden-Bugloſs.* Officin.

Bugloſſum *Creticum* flore variegato odorato.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Aſperifolias, foliis in caulibus alternis, floribus monopetalis quinquepartitis, quibus ſingula quatuor ſuccedunt ſemina.

Vires. Herba valet ad alvum emolliendam. Radix & flores cordiales ſunt. Viſcerum quoque obſtructiones reſerant.

Euphthalmum. BUPHTHALMUM *Dioſcoridis*, B. P. Chamæmelum Chryſanthemum quorundam, J. B. Officin.

Buphthalmum Cotulæ folio, B. P. Tenuifolium folio Millefolii ferè, J. B.

Buphthalmum flore luteo ſubtus purpuraſcente, B. P.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas Corymbiferas diſco radiato læves.

Burſæ Paſtoris affinis. BURSÆ Paſtoriæ loculo oblongo affinis pulchra Planta, J. B. Burſa Paſtoris major folio non ſinuato, B. P.

Buxus. Buxus, J. B. Arboreſcens, B. P. Officinalis eſt.

Buxus foliis rotundioribus, B. P. Chamæbuxus ſive Chamæpyxos quibuſdam, J. B.

Buxus foliis aureis, Hort. Reg. *Bleſ.*

Nota Characteriſtica. Buxus eſt inter Arbores Bacciferas, foliis ſemper virentibus, ſeminibus in ſingulis Baccis pluribus, nigris, lucidis.

Vires. Buxi ligni decocto lues *Gallica* curatur, *Prævot.* Medic. Pauperum.

Oleum è ligno ſtillatitium eximii uſûs in Epilepſiâ, Odontalgiâ & dentibus corroſis. *Schrod*

Uſus Mechanicus. Materies ligni duriſſima, ponderoſa & flavicans eſt; nec cariem, nec vetuſtatem ſentit, utpote ſpiſſiſſima ac denſiſſima. Proinde ad ea, quæcunque Torno elaborari poſſunt, nihil hoc ligno præſtantius aut ſequacius.

Rami & folia in Lixivio decocta capillum ruffant. *Schwenckfelt.*

CAPUT V.

Plantæ à Literâ C *incipientes.*

Cachrys. CACHRYS ferulaceis foliis ſemine fungoſo lævi, Hort. Reg. *Bleſ.* Libanotis Ferulæ folio, ſemine anguloſo, B. P. Libanotis Cachryophoros quibuſdam floribus lutcis, J. B. *Fennel-leaved Herb-Frank incenſe.*

Nota Characteriſtica. Cachrys Peucedani folio, ſemine fungoſo ſulcato lævi, Hort. Reg. *Bleſ.*

Vires. Eſt inter Umbellas piliferas.

Cæpa. Herba caleſacit & ſiccat.

CÆPA vulgaris, B. P. *The common Onion.* Officinalis eſt.

Cæpa *Aſcalonica*, Matth. Edit. *Bauh.* Sterilis, B. P. *Aſcalonica* ſive fiſſilis, J. B. *Scallions*, or *Eſchallots.*

Nota Characteriſtica. Cæpa eſt inter hexapetalas tricapſulares, radicibus bulboſis propriè dictis.

Vires. Crudis Cæpis Sale ſubactis ambuſtis medemur, ſi ſtatim parti dolenti, priuſquam puſtula excitetur aut diſrupta ſit, applicentur. Eædem in aquâ graminis maceratæ puerulis verminantibus dantur. *Simon Pauli.*

Cæpa *Aſcalonica* condimentum egregium eſt pro carnibus aſſatis.

Calamintha. CALAMINTHA vulgaris vel Officinarum *Germaniæ*, B. P, Flore magno vulgaris, J. B. Officinalis eſt.

Calamintha

Calamintha altera gravi odore Pulegii, *Lob.* Adv. Pulegii odore sive Nepeta, B. P. Flore minore, odore Pulegii, J. B.

Character suprà traditus est.

Folia potu aut illitu demorsis à Serpente opitulari perhibentur. Decoctum eorum orthopnoïcis, ruptis convulsis, torminibus cholericis, horroribusque auxiliatur, Regium morbum expurgat, venenis resistit. Tineas, lumbricos, Ascaridas, cæteraque interaneorum mala Herba cum Sale & Melle pota enecat, Auctore *Dioscoride*, J. B. Vires.

CALCEOLUS *Mariæ*, *Ger.* Helleborine flore rotundo, sive Calceolus, B. P. Damasonii species quibusdam, sive Calceolus D. *Mariæ*, J. B. *Ladies Slipper.* Calceolus Mariæ.

CALTHA vulgaris, B. P. Flore simplici, J. B. Calendula flore simplici, *Single Marigold.* Officinalis est. Caltha.

Caltha polyanthos major, B. P. Flore pleno, J. B. Calendula flore multiplici, *Ger.*

Caltha prolifera, J. B.

Caltha arvensis minima, B. P. J. B.

Est inter Corymbiferas, flore radiato, seminibus incurvis. Nota Characteristica

Calefacit, aperit, digerit, corroborat, venenis resistit, & adversus pestilentes Febres commendatur. Menstrua ducit. Semen vermibus infestum. Vires.

CALTHA palustris flore pleno *Clusii.* Caltha palustris.

Characterem & vires vide suprà.

CAMPANULA Persicifolia, Hist. *Oxon.* Angustifolia cærulea, J. B. Rapunculus Persicifolius magno flore, B. P. Campanula.

Campanula Hortensis folio & flore oblongo, B. P. Viola Mariana *Dodonæi*, quibusdam Medium, J. B. Viola Mariana flore purpureo, *Ger. Purple Coventry Bell-flower.*

Campanula vulgatior foliis Urticæ, sive Major & asperior, B. P. Major & asperior folio Urticæ, J. B. *Blew Canterbury-Bells.*

Campanula major foliis Urticæ, sive Trachelium flore purpureo duplici.

Campanula Hortensis Rapunculi radice repente, Hist. *Oxon.* Hortensis Rapunculi, Radice, B. P. Repens flore minore cæruleo, J. B.

Characterem & Vires vide Lib. superiore.

CARDUUS *Mariæ* non maculatus, Hort. Reg. *Blef.* Carduus.

Carduus albis maculis notatus exoticus, B. P. Lacteus peregrinus *Camerarii*, J. B.

Carduus sphærocephalus latifolius vulgaris, B. P. Echinopus major, J. B.

Carduus capite rotundo tomentoso, B. P. Capite tomentoso, J. B.

Carduus lanceatus ferocior, J. B.

Carduus Pratensis latifolius, B. P. Mollis Lapathi folio, J. B.

Carduus Pratensis Asphodeli radice latifolius, B. P. Bulbosus *Monspelienſis*, sive Acanthus sylvestris quibusdam foliis laciniatis, J. B.

Carduus stellatus sive Calcitrapa, J. B. Stellatus folio Papaveris Erratici, B. P.

Carduus stellatus luteus folio Cyani, B. P. Spina Solstitialis, J. B.

Carduus Solstitialis capitulis minùs spinosis, Spina Solstitialis mitior altera *Apula, Col.*

Carduus stellatus Leucoii foliis subtus incanis, Hort. Reg. *Blef.*

Characterem & Vires vide Lib. superiore.

CARLINA acaulos magno flore, B. P. Carlina, sive Chamæleon albus *Dioscoridis*, *Ger.* Caulifera & acaulis, J. B. Carlina.

Carlina caulescens magno flore, J. B.

Carlina sylvestris, B. P. Cnicus sylvestris spinosior, J. B.

Corymbifera est spinosa, disco radiato, foliis marginalibus ficcioribus. Nota Characteristica. Vires.

Radix calida & sicca est. Sudores movet & Alexipharmaca est.

CARPINUS, *Dod.* Ostrys, sive Ostrya Ulmo similis fructu in Umbilicis foliaceis, B. P. Fagus Sepium, J. B. *The Horn-beam-tree.* Carpinus.

Ligni ejus magna soliditas & firmitudo: unde ad Rotas Molendinarias, Cochleas, Trochleas, aliaque, quæ ponderibus sustinendis inserviunt, adhibetur. Usus Mechanicus.

Arbor Vere vulnerata Lachrymam effundit.

CARUM, J. B. Cuminum pratense, Carvi Officinarum, B. P. *Caraway.* Officinalis est. Carum.

Est inter Umbellas, semine striato minore, foliis plurifariàm divisis. Nota Characteristica.

Semen flatus discutit, & concoctionem promovet, urinam ciet & cerebrum corroborat. Radix, dum adhuc tenera est, non minùs efficax habetur quam Semen. Vires.

CARYOPHYLLATA Alpina lutea, B. P. Alpina lutea major, Hist. *Oxon.* Montana flore magno luteo, J. B. Caryophyllata.

Caryophyllata pentaphyllea, *Ger.* Alpina Quinquefolia, B. P.
Characterem & Vires vide Libro ſuperiore.

Caryophyllus. CARYOPHYLLUS Hortenſis multarum ſpecierum & colorum. *Garden Gilloflowers.*

Caryophyllus ſylveſtris vulgatior, *Lob.* Variarum ſpecierum & colorum.

Caryophyllus ſylveſtris prolifer, B. P. Betonica coronaria ſquamoſa ſylveſtris, J. B. Barbatus ſylveſtris annuus latifolius multis capſulis ſimul junctis donatus.

Caryophyllus barbatus Hortenſis latifolius, B. P. Betonica coronaria latifolia petræa, J. B. *Sweet Williams.*

Caryophyllus barbatus ſylveſtris, B. P. Barbatus ſylveſtris annuus anguſtifolius perpaucis capitulis donatus, Hiſt. *Oxon.* Viola barbata anguſtifolia *Dalechampii*, J. B.

Caryophyllus holoſteus tomentoſus, J. B. Holoſteus tomentoſus latifolius, B. P. Lychnis maritima incana & tomentoſa, Hiſt. *Oxon.*

Caryophyllus marinus flore albo.

Nota Characteriſtica. Eſt Caryophyllus inter Herbas flore pentapetalo, foliis integris in caule conjugatim diſpoſitis, calyce integro, concavo ſeu fiſtuloſo, oblongo & Cylindraceo, petalis margine extremo inciſis, Vaſculo itidem ſeminali Cylindraceo, ſeminibus compreſſis, rugoſis, nigris.

Vires. Flores calefaciunt & ſiccant, roborant, cerebrum, ventriculum, cor & jecur, & ad cordis affectus omnes & adverſus venena valent. Eximii uſûs quoque in Febribus peſtilentialibus & malignis.

Caſtanea. CASTANEA, J. B. Sylveſtris, quæ peculiariter Caſtanea, B. P. *Common Cheſnut-tree.* Officinalis eſt.

Caſtanea folio multifido, B. P. Equina folio multifido, J. B. *The Horſe Cheſnut.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Arbores Nuciferas pluribus Nucibus communi tegumento incluſis, fructu majore echinato, foliis longis ſerratis.

Vires. Caſtaneæ adſtringunt, ſiccant, alvum ſiſtunt, quod interior membrana rubens, quæ corticem fructumque diſcernit, valentiſſimè præſtat, Ad immodicos omnes alvi fluores & ſanguinis rejectiones utilis. Ex farina Caſtanearum cum Melle fit Electuarium adverſus Tuſſim & Sanguinis ſputum. *Dodonæus.*

Emulſio Caſtanearum cum Decocto Glycyrrhizæ ad ardorem urinæ valet. *Cam.*

Toſtæ ſub cineribus aut in Sartagine, donec molles evadant, non ingratum cibum præbent.

Caucalis. CAUCALIS Daucoïdes *Tingitana.*

Cedrus. CEDRUS Conifera foliis Laricis, B. P. Magna, ſive *Libani* Conifera, J. B. *The great Cedar of Lebanon.*

Cedrus folio Cupreſſi major fructu flaveſcente, B. P. Lycia retuſa *Bellonio* dicta, J. B. *Cypreſs-like Cedar.*

Utraque hæc Cedrus noſtri Soli Cælique patiens eſt: plures enim jam Hyemes paſſæ lætè in Horto Medico proveniunt.

Nota Characteriſtica. Cedrus *Libani* Conifera eſt, Conis brevioribus ſingulatim naſcentibus, confertis in tuberculis ſeu fulcellis, adeò ut totidem penicilla referant foliorum agmina, Conis magnis, erectis ſeu cœlum ſpectantibus, è ſquamis lævibus obtuſis compoſitis.

Cedrus altera Baccifera eſt.

Vires. Cedriâ ad varios uſus in Medicinâ Veteres uſi ſunt; ad ocularia ſc. Medicamenta, & ad Vermes in auribus necandos, & ad dentium dolores ſedandos. Pediculos & lendes oblita perdit, & ulcera in pulmone purgat & ſanat. Reliqua vide apud J. *Bauhinum*, Lib. 9. Pag. 277.

Centaurium. CENTAURIUM majus folio in plures lacinias diviſo, B. P. Majus Juglandis folio, J. B. *The greater Centory.* Officinalis eſt.

Centaurium majus foliis Cinaræ, *Cornut.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Capitatas, flore ex floſculis fiſtularibus compoſito, molles majores capitulis lævibus.

Vires. Radix medetur ruptis convulſis, ægrè ſpirantibus, diuturnæ tuſſi, ſanguinem expuentibus, aſthmaticis. Ex aquâ & vino vulnera glutinat. *Schwenckfelt.*

Ceraſus. CERASUS vulgaris, *Ger.* Ceraſa acida rubella, J. B. *The common Cherry-tree.* Officin.

Ceraſus Hortenſis flore Roſeo, B. P. Flore pleno, J. B.

Ceraſus ſylveſtris Septentrionalis fructu parvo ſerotino, *J. Raii.*

Ceraſus folio Laurino, B. P. Lauroceraſus, J. B.

Characterem

Characterem & Vires vide Libro ſuperiore.

CERINTHE aſperior flore flavo, *Ger.* Major flavo flore aſperior, B. P. Cerinthe quorundam major ſpinoſo folio, flavo flore, J. B. *Yellow-flowered Honey-wort.* *Cerinthe.*

Cerinthe ſeu Cynogloſſum montanum majus, B. P. Quorundam Major verſicolore flore, J. B.

Eſt inter Aſperifolias, flore Cylindraceo tubuloſo, folio glauco. Nota Characteriſtica.

CHÆREPHYLLUM ſativum, B. P. Chærephyllon, J. B. *Common Chervill.* Officinalis eſt. *Chærephyllum.*

Eſt inter Umbellas, ſemine roſtrato. Nota Characteriſtica.

Stomachicum egregium eſt, eximii uſûs in dolore Colico, Grumos ſanguinis concretos diſſolvit, Menſtrua provocat, affectibus Renum & Veſicæ admodùm utile. Peſtilentialibus Febribus ſuccurrit. Vires.

Extrinſecùs in Cataplaſmate tumores diſcutit. Urinam retentam pellit. Præcipuè autem commendatur ad tumores & duritiem mammarum.

CHAMÆCERASUS Alpina fructu nigro gemino, B.P. Periclymenum rectum fructu nigro, *Park.* Rectum fructu nigro gemino, J. B. *Black-berried upright Honey-ſuckle.* *Chamæcerasus.*

Chamæceraſus Dumetorum fructu gemino rubro, B. P. Periclymenum rectum fructu rubro, J. B.

Characterem & Vires vide Libro ſuperiore.

CHAMÆDRYS vulgaris, *Park.* Minor repens, B. P. Chamædrys vulgò vera exiſtimata, J. B. *Common Germander.* Officinalis eſt. *Chamædrys.*

Chamædrys laciniatis foliis, *Park.* Botrys Chamædroïdes, B. P. Botrys verticillata, J. B.

Chamædrys ſpuria foliis pediculis oblongis inſidentibus. *J. Raii.* Chamædryi ſpuriæ affinis rotundifolia ſcutellata, B. P. Alyſſum montanum, *Park. Dioſcoridis* montanum, *Col.* Veronica rotundifolia ſcutellata aut biſcutata Hederæ folio, Hiſt. *Oxon.*

Eſt inter Verticillatas fruticoſas galeâ carentes foliis quernis. Nota Characteriſtica.

Urinam & ſudorem movet, magni uſûs in Arthritide, Ictero & urinâ ſuppreſſâ. Vires.

Extrinſecùs adhibetur, in Ulceribus ſerpentibus, in dolore Hæmorrhoïdum, in Scabie ac Pruritu, in Catarrhis exiccandis. Menſes movet Decoctum.

CHAMÆIRIS variegata, B. P. Cæruleo & Violaceo colore, Hort. *Eyſtet.* *Chamæiris.*

Chamæiris flore albo.

CHAMÆMELUM vulgare, Leucanthemum *Dioſcoridis*, B. P. *Common Camomile.* Officin. *Chamæmelum.*

Chamæmelum flore pleno, *Ger.* Nobile flore multiplici, B. P. Repens odoratiſſimum perenne flore multiplici, J. B.

Chamæmelum humile ſive ſterile.

Chamæmelum folio Agerati.

Characterem vide Libro ſuperiore.

Emollit, digerit, dolorem mitigat, Menſes & urinam ciet, eximii uſûs in Colicâ & Spaſmi flatulenti cruciatibus & convulſionibus. Vires.

Flores in Balneo contra Calculum conducunt.

Extrinſecùs multi uſûs in Paregoricis & Emollientibus Cataplaſmatis & Clyſteribus. *Schrod.*

Oleum Tumores duros emollit & diſſipat, & dolores ſedat.

Succi Chamæmeli Cochlearia duo vel tria, cum guttis aliquot Spiritûs Vitrioli in Juſculo exhibita in Febre quacunque intermittente, paulò ante acceſſum inſtantem, Paroxyſmum plerumque avertunt & auferunt.

CHAMÆMESPILUS, *Ger.* Cotoneaſter, *Geſn.* J. B. Cotonaſter folio rotundo non ſerrato, & Chamæmeſpilus *Cordi*, B. P. *Dwarf-Medlar.* *Chamæmeſpilus.*

Chamæmeſpilus, J. B. Cotoneaſter folio oblongo ſerrato, B. P.

CHAMÆPITYS vulgaris odorata flore luteo, J. B. Lutea vulgaris, ſive folio trifido, B. P. Iva Arthritica Offic. *Common Ground-pine.* *Chamæpitys.*

Eſt inter Plantas Verticillatas Fruticoſas galeâ carentes, foliis anguſtis utrinque incanis. Nota Characteriſtica.

Calefacit & ſiccat, & multùm commendatur in vitiis nervorum, eximii uſûs, in Arthritide præſertim. Menſes ciet & diuretica eſt. Vires.

CHELIDONIUM majus vulgare, B. P. Chelidonia, J. B. *The greater Celandine.* Officin. *Chelidonium.*

Chelidonium majus foliis tenuiſſimè diſſectis Fumariæ Myconis inſtar, Hiſt. *Oxon.*

Nota Characteriſtica. Chelidonium minus flore pleno.

Vires. Eſt inter Anomalas flore tetrapetalo uniformi, ſucco flavo acri.

Viſum acuit, Bilem per alvum & urinam educit, inſignis uſûs in obſtructione Jecoris & Renum.

Succus Herbæ illitus Herpetem Miliarem efficaciter compeſcit & ſanat. D. *Hulſe.*

Vide Chelidonium minus Lib. ſuperiore.

Chondrilla. CHONDRILLA viſcoſa humilis, B. P. *Dwarf Gum-Succory.*

Chondrilla cærulea altera Cichorei ſylveſtris folio, B. P. Chondrille vel Chondrilla cærulea, J. B.

Chondrilla Verrucaria foliis Intubaceis viridibus, B. P. Cichorium Verrucoſum, ſive Zacintha, Hieraciis annumerandum, J. B.

Chondrilla viminea, J B. Juncea viſcoſa arvenſis, quæ prima *Dioſcoridis*, B. P.

Chondrilla cærulea Cyani capitulis, B. P. Catanance *Dalechampii* flore Cyani folio Coronopi, J. B.

Chondrilla foliis laciniatis ſerratis purpuraſcente flore, B. P. Cyanus pulchro ſemine Centaurii majoris, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Plantas lacteſcentes, flore compoſito, planifolio, naturâ pleno.

Vires. Ad Cichoracea in Qualitatibus accedit.

Cryſanthemum. CHRYSANTHEMUM *Creticum*, J. B. Majus folio in minores lacinias diviſo, B. P. *Candy Corn-Marigold.*

Chryſanthemum latifolium *Tingitanum.*

Chryſanthemum *Africanum* procumbens, flore cernuo, nudo, luteo.

Alias ſpecies vide in Catalogo Hort. Med.

Cicer. CICER ſativum, B. P. Arietinum, J. B. Officin.

Vires. Vide Characterem ſuprà.

Aperit, abſtergit, diſcutit, incidit. Lac & ſemen copioſè adauget. Decoctum jecur & renes expurgat, Menſes & partus pellit, Calculum frangit; Ictericos, Hydropicos & Cachecticos per Urinas purgat.

Cichorium. CICHORIUM ſativum, B. P. Sativum flore cæruleo, *Ger.* Officin.

—— Flore albo.

Cichoreum pratenſe luteum hirſutie aſperum, vel Hieracium hirſutum, foliis caulem ambientibus, B. P. Aſperum majore flore in agrorum limitibus, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Lacteſcentes non Pappoſas, foliis lævibus, floribus è lateribus Caulium & Ramulorum exeuntibus.

Vires. Cichoreum frigidum & ſiccum eſt. Ejus Decoctum per inferna Bilem & Pituitam trahit. Valet in obſtructionibus Viſcerum, in Hydropis principio eximii uſûs. Æſtuanti ſtomacho & ardentibus Febribus utile eſt.

Extrinſecùs folia Tumoribus & Inflammationibus impoſita ardorem extinguunt & dolorem mitigant. *Tragus.*

Cicutaria. CICUTARIA latifolia fœtida, B. P. Seſeli *Peloponnenſe Matthioli*, ſive Cicutaria quorundam, J. B.

Cinara. CINARA Hortenſis foliis non aculeatis, B. P. *The Common Artichoke.*

Cinara maxima *Anglica.*

Cinara ſpinoſa, cujus pediculi eſitantur, B. P.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Capitatas flore ex floſculis fiſtularibus compoſito.

Vires. In cibum veniunt capita. quæ multùm nutrire & ſemen generare cenſentur.

Cirſium maximum Aſphodeli radice, B. P. Maximum foliis carnoſis bulboſâ radice, fortè *Lutetianum*, J. B.

Ciſtus. CISTUS mas folio oblongo incano, B P. Folio oblongo albido, J. B. Officin.

Ciſtus mas anguſtifolius, B. P. Mas ſecundus folio longiore, J. B.

Ciſtus folio Salicis, B. P.

Ciſtus folio Roſmarini.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Plantas flore pentapetalo Fruticoſas, capitibus in pleriſque ſpeciebus pentagonis.

Vires. Ciſtus mas Frutex eſt, ſub quo Hypociſtis naſcitur, ex quâ ſuccus expreſſus inſolatuſque Fruticis nomen retinet, qui valdè ſiccat & adſtringit.

Clematis. CLEMATIS ſylveſtris latifolia, B. P. Latifolia dentata, J. B *Travellers-joy.*

Clematis cærulea vel purpurea repens, B. P. Clematis ſive Flammula flore cæruleo & purpureo ſcandens, J. B.

Clema-

Clematis *Pannonica* cærulea ſurrecta, J B. Clematis cærulea erecta, B. P.
Clematis ſive Flammula ſurrecta alba, J B. Clematis ſive Flammula recta, B. P.
Clematis Daphnoïdes major, B. P. Major flore cæruleo & albo, J. B.
Clematis Daphnoïdes minor, B. P. J B. Vinca Pervinca Officin. Officinalis eſt.
Eadem flore albo.
Eadem flore ſaturatè purpureo duplici.
Eadem foliis maculoſis.
Clematis eſt inter Herbas fruticeſcentes. Nota Characteriſtica.
Flammula dicta cauſtica eſt, & cutem carnemque exulcerat. Vires.
Vinca Pervinca calida & ſicca eſt, vulnera & ulcera ſanat, in alvi profluviis & dyſenteriis quoque utilis. Succus hæmorrhagias narium ſiſtit, conceptum adjuvat. In aquâ aut jure carnis cocta Lac in mammis extinctum revocat. *Simon Pauli* in *Quadripart. Botanic.*
Clematis Daphnoïdes vaſi impoſita vinum turbidum, cujus color amiſſus, clarum & coloris genuini reddit. *Tragus.* Uſus Pharmaceuticus.
CLINOPODIUM Origano ſimile flore albo. *Great Wild Baſil.* *Clinopodium.*
Clinopodium arvenſe Ocimi facie, B. P. Acinos multis, J B.
Eſt inter Verticillatas herbaceas, floribus ad caulium nodos è foliorum alis exeuntibus, viridioribus, Origani aut Ocimi odore. Nota Characteriſtica.
Vide Vires Libro ſuperiore.
CNICUS ſativus, ſive Carthamum Officinarum, B. P. Carthamus ſive Cnicus, J. B. *Baſtard Saffron.* Officinalis eſt. *Cnicus.*
Cnicus cæruleus aſperior, B P. Carthamus, ſive Cnicus flore cæruleo, J. B.
Cnicus ſylveſtris hirſutior, ſive Carduus benedictus, B. P. Carduus benedictus, J.B.
Eſt inter Capitatas, flore ex floſculis fiſtularibus compoſito, foliis ſpinoſis. Nota Characteriſtica.
Flores alvum emolliunt. Semen ſuperne & inferne purgat pituitam, & aquas extrahit. Vires.
Carduus benedictus expurgat Viſcera, eaque ab obſtructione liberat, pectus expurgat, ſudores elicit, Menſes promovet, in Febribus multi uſûs, Cancrum & maligna Ulcera ſanat. *Schwenckfelt.*
COCHLEARIA folio ſinuato, B.P. Britannica folio ſinuato, Hiſt. *Oxon.* Officinalis. *Cochlearia.*
Characterem & Vires vide ſuprà.
Integrum Librum (cui Titulus *Cochlearia curioſa*) de eâ ſcripſit *Molenbroccius.*
COLCHICUM, J. B. Commune, B. P. *Colchicum.*
Colchicum candido flore *Anglicum*, J. B. *Anglicum* candidum anguſtifolium, B. P.
Colchicum ex albo & purpuraſcente varium, B. P.
Colchicum *Chioenſe*, floribus Fritillariæ inſtar teſſulatis, foliis undulatis, Hiſt. *Oxon.* Variegatum Meleagridis facie, *Cornut*
Colchicum luteum majus, B. P. Flore luteo quorundam, J. B. Colchico-Narciſſus Autumnalis major, Hiſt. *Oxon.*
Alias ſpecies vide in Catalogo Horti Med.
Eſt inter Hexapetalas tricapſulares, radicibus tuberoſis rotundis. Nota Characteriſtica.
COLUTEA Veſicaria, B. P. J. B. *Common Baſtard Sene.* *Colutea.*
Colutea Scorpioïdes, J. B. Siliquoſa, ſive Scorpioïdes major, B. P.
Colutea Scorpioïdes odorata, Proſp. Alp. in Exot.
Colutea flore rubello Promontorii *Bonæ Spei.*
Eſt inter Frutices floribus papilionaceis. Nota Characteriſtica.
Folia in majori copiâ exhibita, ut Sena, alvum laxant. Vires.
Semen Vomitorium eſt, ſicut Geniſtæ.
CONSOLIDA media pratenſis flore albo. *Conſolida.*
Conſolida Regalis Hortenſis, ſive Delphinium variorum colorum.
CONVOLVULUS major albus, B. P. Major, J. B. *Convolvulus.*
Convolvulus peregrinus cæruleus folio oblongo, B. P. Peregrinus cæruleus folio oblongo, flore peramœno triplici colore inſignito, Hiſt. *Oxon.*
Convolvulus *Siculus* minor flore parvo auriculato. *Boccon. Siculus* annuus cæruleus minimus, capſulâ floris binis foliolis cinctâ.
Convolvulus cæruleus Hederaceo anguloſo folio, B. P. Nil *Arabum* quibuſdam, ſive Convolvulus cæruleus, J. B.
Convolvulus Althææ folio, *Park.* Argenteus Althææ folio, B. P. Hiſt. *Oxon.* Peregrinus pulcher Betonicæ folio, J. B.
Characterem & Vires vide Libro ſuperiore.

Conyza. CONYZA mas *Theophrasti*, Major *Dioscoridis*, B. P. Major *Monspelienſis* odorata, J B. *The trueſt great Flea-bane.*

Conyza minor vera, J. B. Fœmina *Theophrasti*, Minor *Dioscoridis*, B. P.

Conyza major vulgaris, B. P. Major *Matthioli*, Baccharis quibuſdam, J. B.

Conyza media Asteris flore luteo, vel Tertia Dioscoridis, B. P. Media *Matthioli* flore magno luteo, humidis locis proveniens, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Pappoſas, flore diſcoïde, foliis odoratis.

Vires. Subſtratu ſuffituque venenatas Beſtiolas abigere, Pulices fugare & Culices quoque necare creditur. Ad profligandam ſcabiem Unguentum ex radice ejus & foliis nonnulli parant. *J. Raius.*

Coriandrum. CORIANDRUM, J. B. Majus, B. P. *Common Coriander.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Umbellas, ſemine rotundo ſeu teſticulato.

Vires. Semen Stomacho confert, cum Paſſo potum menſes ciet & tineas interaneorum expellit.

Extrinſecùs Inflammationes & Tumores diſcutit. *Tragus.*

Cornus. CORNUS Hortenſis mas, B. P. Sativa ſive Domeſtica, J. B. *The Male red Corneile-tree.* Officinalis eſt.

Characterem vide ſuprà.

Vires. Maris folia & germina valenter deſiccant, Vulnera glutinant. Corna acerba ſunt & vehementer aſtringunt, Dyſentericis competunt. *Schwenckfelt.*

Corylus. CORYLUS ſativa, J. B. Sativa fructu albo minore, ſive Vulgaris, B. P. *The Filberd-nut.* Officinalis eſt.

Vide Characterem & Vires ſuprà.

Cotyledon. COTYLEDON major, B P. Vera radice tuberoſâ, J. B. Umbilicus *Veneris*, *Ger.* *Veneris* vulgaris, *Park. Wall-Penny wort.* Officinalis eſt.

Vires. Refrigerat, repellit & abſtergit, Phlegmonas & Eryſipelata curat, Strumis & Pernionibus illitu auxiliatur. Folia cum radice comeſta Calculos frangunt, urinam cient. Ex *Dioſcor.* & *Galeno.*

Crithmum Chryſanthemum. CRITHMUM maritimum flore Asteris *Attici*, B. P. Marinum tertium *Matthiolo* flore luteo Buphthalmi, J. B. Crithmum Chryſanthemum, *Ger.*

Crocus. CROCUS, J B. Sativus, B. P. Autumnalis ſativus, ſeu Hortenſis, Hiſt. *Oxon.* *Common Saffron.* Officinalis eſt.

Crocus Vernus albus ſtriatus, *Park.*

Varias ejus ſpecies vide in Catalogo Horti Med.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas radice bulboſâ, floribus folia plurimùm antevertentibus, foliis anguſtis gramineis.

Vires. Crocus aperit, digerit, roborat, concoquit, lætitiam adfert & cordi conducit. Venenis & peſti adverſatur, Pulmones ab obſtructione liberat, urinam ciet, Menſes promovet, ſudores movet, eximii uſûs in Ictero. Variolas expellit.

Integrum de eo Tractatum (cui Titulus *Crocologia*) ſcripſit *D. Hertodt.*

Cucumis. CUCUMIS ſativus vulgaris, B. P. Vulgaris viridis & albus, J. B. *Common Cucumbers.* Officinalis eſt.

Cucumis ſylveſtris Aſininus dictus, B. P. Sylveſtris Aſininus, J. B. Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter ſcandentes Pomiferas.

Vires. Cucumeres abſtergunt, incidunt, Urinas movent conditi. Menſis Acetariorum vice cum carnibus aſſis apponuntur. Semen pectoris & pulmonis inflammatione laborantibus prodeſt, jecoris obſtructiones aperit, Calculo renum & veſicæ exulcerationibus ſubvenit.

Ex Cucumere Aſinino Elaterium paratur. Succus, ſc. è fructu ejus, Bilem & Pituitam dejicit, Hydropicis utilis. Radix abſtergit & digerit, Menſes movet.

Cucurbita. CUCURBITA Lagenaria, J. B. Lagenaria flore albo, folio molli, B. P. *Great Bottle-Gourd.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter ſcandentes Pomiferas.

Vires. Sitim extinguit, alvum emollit, cruda illita tumores mitigat. In oculorum inflammationibus prodeſt & Podagricis conducit. Ramenta infantibus contra Siriaſin illinuntur ſincipiti. Semen fervorem Renum mitigat, urinæ acrimoniam temperat. Folia mammis puerperarum addita lac exiccant. *Schwenckfelt.*

Cuminum. CUMINUM ſemine longiore, B P. Cyminum ſive Cuminum ſativum, J. B. *Ordinary Cumin.* Officin

Nota Characteriſtica. Eſt inter Umbellas ſemine ſtriato majore, foliis fœniculaceis donatas.

Semen

Semen attenuat, incidit, aperit, discutit, fluorem muliebrem sistit, ad stomachi nauseam & tormina convenit, utile est pulmonibus refrigeratis, vertigini prodest. Vires.

CUPRESSUS, J. B. *Common Cypress-tree.* *Cupressus.*

Fit inter Arbores Coniferas, fructu è clavatis tuberibus per harmoniam coaptatis compositio. Nota Characteristica.

Adstringit & refrigerat. Pilulæ contusæ valent ad sanguinis rejectionem & dysenteriam & alvi fluxionem, Polypos quoque narium sanant. Folia trita imposita vulnera glutinant, Enterocelicos juvant. Nuces ex Aceto decoctæ dolori dentium conducunt. Usus Mechanicus. Vires.

Cupressi materies nec cariem, nec vetustatem sentit & bonum odorem spirat. Ligni usus ad Mensas & Tabulas & Alveolos exornandos.

CYANUS Alpinus radice perpetuâ, J. B. Montanus latifolius, vel Verbasculum Cyanoïdes, B. P. *Great blew Bottle.* Officin. *Cyanus*

Cyanus floridus odoratus *Turcicus*, sive Orientalis, *Park.*

Reliquas ejus species vide in Catalogo Horti Med.

Character & Vires suprà traditæ sunt.

CYCLAMEN orbiculato folio infernè purpurascente, B. P. Cyclaminus folio rotundiore elatior, J. B. *Common Sow-bread.* Officinalis est. *Cyclamen.*

Cyclamen Autumnale vulgare flore albo.

Cyclamen folio anguloso, B. P.

Cyclamen Hederæ folio, B. P.

Cyclaminus folio anguloso, J. B.

Cyclamen oblongâ radice, J. B.

Cyclamen Autumnale Hederæ folio, flore albo.

Est inter Pentapetalas Bulbosis affines, florum petalis reflexis ad ungues junctis, radice orbiculatâ. Nota Characteristica.

Radix calefacit, abstergit, incidit, pituitam & aquam per alvum ducit, Coli cruciatus tollit, Menstrua ciet, miscetur Medicamentis tubercula, strumas aliasque duricies discutientibus. Succus naribus instillatus caput purgat. Vires.

CYNOGLOSSUM semper virens, B. P. Cynogloßa folio virenti, J. B. *Cynoglossum.*

Cynoglossum minus, B. P. J. B.

Cynoglossum *Creticum* angusto argenteo folio, B. P. *Creticum* primum *Clusii*, J. B.

Characterem & Vires vide Libro superiore.

CYTISUS glaber foliis subrotundis, pediculis brevissimis, B. P. Glaber siliquâ latâ, J. B. *Shrub-Trefoile.* *Cytisus.*

Cytisus incanus siliquis falcatis, B. P. Siliquâ incurvâ folio candicante, J. B.

Cytisus foliis incanus angustis, quasi complicatis, B. P. *Hispanicus Clusii*, J. B.

Est inter Frutices foliis Papilionaceis non spinosas foliis Trifolii. Nota Characteristica.

Folia tumores inter initia discutiunt, si cum pane trita illinantur. Floribus Apes delectantur, ex quibus plurimum Mellis excerpunt. Vires.

CAPUT VI.

Plantæ incipientes à Literâ D.

DAUCUS montanus Apii folio major, B. P. Libanotis altera quorundam, aliis dicta Cervaria nigra, J. B. *Black Herb-Frankincense.* *Daucus.*

DENS canis latiore rotundioreque folio, B. P. Latiore rotundioreque folio, flore purpurascente, Hist. *Oxon.* Satyrium quorundam Erythronium bifolium flore unico radiato albo & purpureo, J. B. *Purple Dogs-tooth Violet.* *Dens canis.*

Dens canis angustiore longiore folio, B. P. Angustiore longiore folio, flore albo, Hist. *Oxon.*

Est inter Herbas bulbosâ radice, floribus parvis natantibus, petalis sursum reflexis, foliis maculatis. Nota Characteristica.

DENS Leonis Asphodeli bulbulis, B. P. *Dens Leonis.*

Characterem & Vires vide Lib. superiore.

Dentaria. DENTARIA heptaphyllos, B. P. Coralloïdes altera, ſive Septifolia, J. B. *Setfoil-Toothwort.* Officinalis eſt.

Dentaria pentaphyllos, B.P. Quinquefolia, J.B.

Dentaria major *Matthiolo*, *Ger.* Orobanche radice dentatâ major, B.P. Anblatum *Cordi*, ſive Aphyllon, J.B.

Dentariæ affinis Echii flore, capſulâ rotundâ; Hort. Reg. *Bleſ.*

Hujus Icon habetur in Tabulis.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas flore tetrapetalo uniformi ſiliquoſas, ſemine compreſſo, lato, foliaceo, radice tuberoſâ, ſeu dentatâ, ſeu ſquamoſâ, caule non ramoſo, foliis in uno pediculo ternis, quinis, aut ſeptenis, Leucoii flore, ſiliquis compreſſis.

Dentaria Aphyllos eſt inter Bulboſis affines, figurâ floris galeatâ aut labiatâ, radicibus denticularis.

Digitalis. DIGITALIS latifolia flore ferrugineo, Hiſt. *Oxon.*

Digitalis lutea magno flore, B. P. Lutea folio latiore, flore majore, J.B.

Digitalis lutea vel pallida parvo flore, B. P. Flore minore ſublutea, anguſtiore folio, J. B.

Digitalis foliis maximè ſerratis, Hort. Reg. *Bleſ.* Galeata & verticillata Perſicæ foliis, Digitalis æmula, ejuſdem. Pſeudodigitalis purpurea, *Boconi.*

Characterem & Vires vide Lib. ſuperiore

Dipſacus. DIPSACUS folio laciniato, B P. Sylveſtris laciniatis foliis, J. B.

Dipſacus ſylveſtris capitulo minore, ſive Virga Paſtoris minor, B. P. Virga Paſtoris vulgaris, J. B.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

Doronicum. DORONICUM radice Scorpii, B.P. Vulgare, J.B.

Doronicum Plantaginis folio, B. P. Folio ferè Plantaginis oblongo, J. B.

Doronicum *Americanum* laciniato folio, B P. Aconitum Helianthemum *Canadenſe*, *Cornut.*

Doronicum *Americanum* minus foliis obſcurè virentibus, Hort. Reg. *Bleſ.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Pappoſas flore diſcoïde, diſco radiato flavo majore.

Draba. DRABA alba ſiliquoſa repens, B. P. Siliquoſa alba perennis repens, ſucculento folio, Hiſt. *Oxon.* Heſperis Alpina ſeu Muralis minor repens, J. B.

Draba lutea ſiliquis ſtrictiſſimis, B.P. Lutea quibuſdam, J. B.

Draba umbellata, vel Draba major capitulis donata, B. P. Siliculoſa repens major foliis magis incanis, Spanoſpermos vulgaris, Hiſt. *Oxon.* Draba multis flore albo, J. B.

Dracunculus. DRACUNCULUS Hortenſis, B. P. Hortenſis ſive Tarchon, J. B. *Tarragon.*

Dracunculus pratenſis, ſive Ptarmica flore pleno.

Dracunculus polyphyllus, B. P. Major vulgaris, J. B. Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Corymbifera eſt, foliis integris, anguſtis, longis.

Vires. Calefacit & ſiccat Dracunculus Hortenſis, Pituitam ciet, dentium dolores mulcet. Eſtur paſſim in Acetariis, concoctionem juvat & urinas movet.

CAPUT VII.

Plantæ incipientes à Literâ E.

Echium. ECHIUM Scorpioïdes paluſtre, B. P. Scorpioïdes Soliſſequium aliud flore majore cæruleo & albo, J. B.

Echium *Creticum* latifolium rubrum, B. P. Echium *Candiæ* flore pulchro rubente, J. B.

Echium *Creticum* flore variegato.

Characterem & Vires vide Lib. ſuperiore.

Elatine. ELATINE folio acuminato, in baſi auriculato flore luteo, B.P. Fœmina folio anguloſo, J.B. Linaria hirſuta folio acuminato in baſi auriculato, Hiſt. *Oxon. Sharp pointed Fluellin.* Officinalis eſt.

Elatine

Elatine folio ſubrotundo, B. P. Mas folio ſubrotundo, J. B. Linaria hirſuta folio ſubrotundo, flore ex herbido flaveſcente, Hiſt. *Oxon.*

Ad Linarias reducitur ob capſulam ſeminalem binis loculamentis diſtinctam. Nota Characteriſtica.

Succus herbæ expreſſus, ejuſve aqua deſtillata tum intus ſumpta, tum exteriùs applicata ulcera ſerpentia & cancroſa cohibet & perfectè ſanat. *Lobelius* Adv. p. 197. Vires.

EPIMEDIUM, B. P. Epimedium quorundam, J. B. *Barren-wort.* *Epimedium.*

Eſt inter Anomalas, flore tetrapetaloïde, pentaphyllis affines. Nota Characteriſtica.

ERUCA latifolia alba ſativa, B. P. Major ſativa annua flore albo ſtriato, J. B. *Garden-Rocket.* Officinalis eſt. *Eruca.*

Eruca ſativa foliis magis diſſectis.

Eruca *Chalepenſis* caulibus & ſiliquis hirſutis, foliis inferioribus maculatis, Hiſt. *Oxon.*

Eruca ſylveſtris major lutea caule aſpero, B. P. Tenuifolia perennis flore luteo, J. B.

Eruca Bellidis foliis.

Eruca latifolia lutea, ſeu Barbarea minor flore ſimplici, Hiſt. *Oxon.*

Eruca *Monſpeliaca* ſiliquâ quadratâ Echinata, B. P. Sinapi Echinatum, J. B.

Nota Characteriſtica & Vires ſuprà traditæ.

ERYNGIUM vulgare & *Camerarii*, B. P. Vulgare, J. B. *Eryngium.*

Eryngium latifolium planum, B. P. Planum latifolium capitulo rotundo parvo, J. B.

Eryngium montanum Amethyſtinum, B. P. Cæruleum, J. B.

Characterem & Vires vide Lib. ſuperiore.

ERYSIMUM latifolium majus glabrum, B. P. Hiſt. *Oxon.* *Eryſimum.*

Eryſimum anguſtifolium majus, B. P. Montanum Irionis vulgaris folio λεπτοφυλλοτέρου Hiſt. *Oxon.* Rapiſtrum Irionis folio, *Col.*

Eryſimum polyceratium, ſive corniculatum, B. P. Hiſt. *Oxon.* Alterum *Matthioli* ſiliquis parvis, quibuſdam Dentaria, J. B.

Character & Vires ſuprà traditæ.

EUONYMO ſimilis Arbor *Virginiana.* *Euonymus.*

EUPATORIUM odoratum, B. P. Alterum odoratum & Aromaticum, *Col.* Maximè odoratum, Hiſt. *Oxon.* *Eupatorium.*

Vide Librum ſuperiorem.

Eupatorium Cannabinum *Americanum* latifolium, Eupatoria foliis Enulæ, *Cornut.*

Vide Librum ſuperiorem.

CAPUT VIII.

Plantæ incipientes à Literâ F.

FABA compreſſa major, ſeu Hortenſis major alba vel rubra, Hiſt. *Oxon.* Cyamos leguminoſa, J. B. *Turky Beans.* *Fabæ.*

Faba minor ſive Equina, B. P. Rotunda oblonga, ſeu Cylindracea minor, ſeu Equina alba & nigra, Hiſt. *Oxon. Common or Field-Beans.* Officinalis eſt.

Faba ſylveſtris fructu rotundo atro, B. P. Arachus Fabaceus & Faba *Kayrina*, cui ſemina minima, J. B. Vicia *Narbonenſis* maxima fructu rotundo atro, foliis ſerratis & integris, Hiſt. *Oxon.*

Eſt inter Legumina non ſcandentia, ſiliquis erectis. Nota Characteriſtica.

Faba adſtringit, diſcutit, abſtergit, impinguat, tuſſi confert. Vires.

Farina maculas cutis abſtergit & nitorem ei conciliat. Aqua ex floribus ad eoſdem uſus elicitur, quæ etiam diuretica eſt.

Farina Fabarum Emplaſtica eſt, refrigerat, ſiccat, incraſſat, extergit, in Diarrhœâ & Lienteriâ utilis.

FERRUM Equinum ſiliquâ ſingulari, B. P. Solea Equina, J. B. *Great Horſe-Shee-Vetch.* *Ferrum Equinum.*

Ferrum Equinum *Gallicum* ſiliquis in ſummitate, B. P. Polygalon *Cortuſi*, J. B. Polygala Enneaphyllos, Hiſt. *Oxon.*

Ferrum Equinum ſiliquâ mutiplici, J. B. Equinum polyceratum, *Park.*

Ferrum Equinum *Germanicum* ſiliquis in ſummitate, B. P. Equinum capitatum ſeu comoſum, *Col.* Ornithopodio affinis, vel potius Soleæ aut Ferro Equino Herba, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Legumina ſiliquis articulatis donata.

Fegopyrum. FEGOPYRUM, *Dod.* Fagotriticum, J. B. Eryſimum *Cereale*, B. P. Polygonum Hederaccum, ſive Frumentum *Saracenicum* rectum, Hiſt. *Oxon. Buck-wheat.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Monoſpermas flore imperfecto erectas, floſculis, ſeu potius florum calycibus pentaphyllis in ſpicas diſpoſitis è foliorum alis egreſſis, ſemine triquetro eſculento.

Vires. Tuſſientibus & difficulter mingentibus prodeſt. Succus herbæ viridis expreſſus confert ad lachrymantes oculos. Semine Gallinarum genus paſtum citiſſimè pingueſcit. Plebeii pro pane & pulte utuntur.

Uſus Mechanicus. Belgæ è ſeminibus oleum exprimunt.

Ferula. FERULA Galbanifera, *Lob.* Folio glauco, ſemine lato oblongo, quibuſdam Thapſia Ferulacea, J. B. Ferulago latiore folio, B. P. *The broader leaved Fennel Giant.* Offic.

Ferula fœmina *Plinii*, B. P. Folio Fœniculi ſemine latiore & rotundiore, J. B.

Ferula *Tingitana* folio latiſſimo lucido.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Umbellas ſemine membranaceo ſubrotundo compreſſo foliis Fœniculaceis donatas.

Vires. Vi pollet calefaciendi, ſiccandi, attenuandi.

Ficus. FICUS, J. B. Communis, B. P. *Common Fig-tree.* Officinalis eſt.

Ficus *Indica* folio ſpinoſo, fructu minore, B. P. *The leſſer prickly Indian Fig.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Arbores Pomiferas, foliis deciduis, fructu innumeris intus granis repleto, ſapore melleo, foliis maximis.

Vires. Tenuium partium ſunt Ficus, attenuant, digerunt & coquunt. Renibus, Veſicæ, Suſpirioſis, Hydropicis & Comitialibus aptiſſimæ. Thoracem expurgant, ad Tonſillarum inflammationes Gargarizatu utiles. Folia Hæmorrhoïdes referant, ſi iis fricentur.

Fœniculum. FOENICULUM vulgare *Germanicum*, B. P. Vulgare minus acriore & nigriore ſemine, J. B. *Common Fennel.* Officinalis eſt.

Fœniculum foliis atro-rubentibus.

Fœniculum dulce, B. P. Dulce majore & albo ſemine, J. B Officin.

Fœniculum dulce *Azoricum* D *Moriſonii* Sect. de Plant. Umbellif.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Umbellas, ſemine ſtriato majore, foliis Fœniculaceis donatas.

Vires. Coma ex aquâ frigidâ pota nauſeam amovet, & in Olere ſumpta Lac Nutricibus auget. Semen naturæ calidæ & ſiccæ cum levi adſtrictione aperit, attenuat, digerit, reſolvit, Menſes ducit, Lac auget, Urinas ciet, venenis adverſatur, Ventriculum roborat, flatus diſcutit, Regium morbum expurgat, Pulmoni & Jecori amicum, Puerperas purgat & Viſcera ab obſtructione liberat. Calculoſis idcirco & difficulter mingentibus prodeſt.

Succus inſtillatus oculorum aciem excitat. Radices quoque Menſes provocant et Ictero medentur.

Herba tota Juſculis et Sorbitionibus incocta ad corpus obeſum extenuandum utilis eſſe perhibetur.

Germina Fœniculi teneriora, antequam excauleſcant, cum ſupernâ radicis particulâ, unde ſe emergunt; deciſa, cum Oleo ac Pipere Menſis ſecundis adjiciunt *Itali.*

Fœnum Græcum. FOENUM Græcum, J. B. Sativum, B. P. Trifolium Fœnum Græcum dictum, Hiſt. *Oxon. Fenugreek.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Trifolia ſiliculis pendentibus curtis.

Vires. Digerit, emollit, abſtergit, mitigat, excalfacit, vitia doloremque internorum membrorum ſanat. Sorbitio farinæ pectori exulcerato & tuſſi diuturnæ medetur. Seminis Decocto foventur oculi prurientes.

Fragaria. FRAGARIA fructu ſubalbido, *Ger.*

Fragaria fructu parvi Pruni magnitudine, B P.

Fragaria *Virginiana* fructu Coccineo, Hiſt. *Oxon.*

Characterem et Vires vide Lib. ſuperiore.

Fraxinella. FRAXINELLA, *Ger.* Dictamnus albus vulgò, ſive Fraxinella, B. P. Fraxinella, Officinis Dictamnus, J. B. *Baſtard-Dittany.* Officinalis eſt.

Fraxinella niveo flore, *Cluſ.* Flore albo, *Park.* Parad.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas Thecas membranaceas habentes.

Fritillaria. FRITILLARIA, *Ger.* Præcox purpurea variegata, B. P. Meleagris ſive Fritillaria aturatior et dilutior, J. B.

Variæ

Variæ ejus ſpecies ſunt, quas vide in Catalogo Horti Med.

Eſt inter Hexapetalas tricapſulares, radicibus ſquamâ duplici admodùm denſâ præditas. Nota Characteriſtica.

FUMARIA ſiliquoſa ſemper virens, *Cornuti*, Hiſt. *Oxon.* *Americana* ſiliquoſa ſemper virens, *Park.* *Fumaria.*

Fumaria bulboſa radice cavâ major, B.P. Radice cavâ, flore purpureo, J.B. Tuberoſa major radice cavâ, Hiſt. *Oxon.*

Fumaria bulboſa radice cavâ, flore albo, J.B.

Radix cava ad Lumbricos enecandos valet. Obſtetrices adverſus Uteri ſuffocationes & Hypochondriorum inflationes in vino propinant. *Simon Pauli.*

CAPUT IX.

Plantæ à Literâ G *incipientes.*

GALEGA, J.B. Vulgaris, B.P. *Common Goats-Rue.* Officinalis eſt. *Galega.*

Galega flore albo.

Galegæ affinis Selban, *Proſp. Alp.* Galega *Ægyptiaca* ſiliquis articulatis, B.P. *Hatchet-Vetch of Egypt, with jointed Cods.*

Eſt inter Herbas flore Papilionaceo ſpicatas polyſpermas ſiliquis tenuioribus ſeu ſtrictioribus. Nota Characteriſtica.

Vis illi peculiaris ineſt contra venena & peſtilentiam. Proinde ſuccus & liquor ſtillatitius Febribus peſtilentialibus, Variolis & Morbillis, pueriſque convulſis ac Comitiali morbo laborantibus commodiſſimè propinantur. Flores decocti etiam ad eoſdem uſus exhibentur. Vires.

GENISTA Tinctoria ramulis erectis. *Geniſtæ.*

GENTIANA Aſclepiadis folio, B.P. Folio Aſclepiadis vulgò creditæ, J.B. *Swallow-wort-Gentian.* *Gentiana.*

Gentiana Cruciata, B.P. Minor, ſeu Vulgi Cruciata, J.B.

Gentianella Alpina anguſtifolia magno flore, B.P. Alpina magno flore, J.B.

GERANIUM *Romanum* verſicolor ſive ſtriatum. *Geranium.*

Geranium Althææ folio, B.P. Hiſt. *Oxon.* Malvaceum, J.B.

Reliquas ſpecies vide in Catalogo Horti Med.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

GINGIDIUM umbellâ oblongâ, B.P. Viſnaga, J B. *Tooth pick Chervill.* *Gingidium.*

Eſt inter Umbellas, ſemine ſtriato minore, foliis fœniculaceis donatas. Nota Characteriſtica.

GLADIOLUS floribus uno verſu diſpoſitis major, B.P. Gladiolus, ſive Xiphion, J.B. *Gladiolus.*

Gladiolus flore rubente.

Gladiolus major *Byzantinus*, B.P.

Reliquos vide in Catalogo Horti Med.

Eſt inter Herbas radice bulboſâ tricapſulares, floribus in ſingulis caulibus hexapetalis pluribus longâ ſerie, foliis enſiformibus. Nota Characteriſtica.

Galeno Gladioli radix attrahendi, diſcutiendi & ſiccandi vim habet. Ad Scrophulas & Strumas commendatur. Vires.

GLYCYRRHIZA vera ſiliquoſa, ſive *Germanica*, B. P. Hiſt. *Oxon.* Vulgaris *Germanica* radice repente, J.B. *Common Liquorice.* Officinalis eſt. *Glycyrrhiza.*

Eſt inter Legumina non ſcandentia, ſiliquis erectis. Nota Characteriſtica.

Ad tuſſes, raucedines alioſque Thoracis morbos, Veſicæ & Renum dolores utilis eſt. Acrimoniam & ſalſuginem Humorum contemperat. Vires.

GNAPHALIUM latifolium *Americanum*, B.P. *Americanum*, J.B. *Gnaphalium.*

Gnaphalium Roſeum ſylveſtre, B.P. Umbellatum minimum, J.B.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

GRAMEN Paniculatum folio variegato, B.P. Striis pictum, J.B. *Gramen.*

Reliquas Graminis ſpecies vide in Catalogo Horti Med.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

Gratiola. GRATIOLA Centauroides, B. P. Digitalis minima Gratiola dicta, Hiſt. *Oxon.* *Hedge Hyſſop.* Officinalis eſt.

Vires. Validè ſupernè & infernè Ventrem movet. Hydropicis utilis, *Cæſalpino* referente, efficax ejus vis in Vulneribus glutinandis caſu reperta eſt, cum in campo fœnario quidam vulneratus in capite concidiſſet, obductâ capiti hac herbâ (cum alia non eſſet ad manus) Vulnera glutinata ſunt.

Groſſularia. GROSSULARIA ſimplici acino, vel Spinoſa ſylveſtris, B. P. Uva criſpa, *Ger.* Criſpa, ſive Groſſularia, J. B. *Common Gooſe-berries.*

Groſſularia, ſive Uva criſpa alba maxima rotunda.

Groſſularia maxima, oblonga.

Groſſularia fructu quaſi gemino ſine acino.

Groſſularia viridis hirſuta

Groſſularia rubra, *Park.* Spinoſa fructu obſcurè purpuraſcente, J. B. Spinoſa ſativa altera foliis latioribus, B. P.

Groſſularia multiplici acino, ſive non Spinoſa hortenſis rubra, ſive Ribes Officinarum, B. P. Vulgaris acidus ruber, J. B.

Groſſularia Hortenſis majore fructu rubro, B. P. An Ribes flore rubente? J. B.

Groſſularia Hortenſis fructu Margaritis ſimili, B. P. Vulgaris acidus albas baccas ferens, J. B.

Groſſularia non ſpinoſa fructu nigro, B. P. Ribes fructu nigro, *Ger.* Nigrum vulgò dictum folio olente, J B.

Groſſularia non ſpinoſa fructu nigro majore.

Groſſularia, Ribes fructu rubro foliis Uvæ criſpæ, Hort Reg. *Bleſ.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Frutices bacciferos, foliis deciduis, fructu grandiore eſculento, flore herbaceo, qui fructui pro Umbilico inſervit.

Vires. Fructus immaturus & acidus adhuc coquitur cum carnibus ac piſcibus, concinnatur & in Placentis. Febrientibus non ſine utilitate exhibentur, frigidæ & adſtringentis facultatis, idcirco biliosis conferunt. Valent contra Gravidarum Picam, & apperentiam cibi excitant. Immaturæ omne ventris profluvium ſiſtunt, ſitim ſedant, & cruenta expuentibus proſunt.

Utiliter applicatur Inflammationibus calidis, Eriſypelatibus & Igni Sacro. Idem præſtant folia, ſed imbecilliùs. *J. Bauhinus.*

CAPUT X.

Plantæ à Literâ H *incipientes.*

Halimus. HALIMUS latifolius, ſive Fruticeſcens, B.P. Halimus *Cluſii*, J. B. Atriplex latifolia, ſeu Halimus fruticoſus latifolius, Hiſt. *Oxon.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter mollientes, floribus muſcoſis luteis, ſemine nigro.

Hedera trifolia. HEDERA trifolia *Canadenſis Cornuti*

Hedyſarum. HEDYSARUM triphyllum *Canadenſe Cornuti.* Onobrychis *Canadenſis* triphyllos articulato ſemine triquetro.

Helenium. HELENIUM vulgare, B. P. Helenium, ſive Enula Campana, J. B. Officinalis eſt.

Helenium *Indicum* maximum, B.P. Herba maxima, J. B. Flos Solis Major, *Ger.*

Helenium *Indicum* tuberoſum, Flos Solis Pyramidalis. *Ger.* Battatas de *Canada*, *Park.* Helianthemum *Indicum* tuberoſum, B.P. *French Potatoes* or *Jeruſalem Artichokes.*

Nota Characteriſtica. Helenium vulgare eſt inter Herbas flore diſcoïde pappoſas, diſco radiato, foliis integris oblongis ſubtus incanis, floribus amplis.

Flos Solis eſt inter Corymbiferas.

Vires. Helenii radix plurimùm poteſt adverſus reſpirandi difficultatem & veterem tuſſim. Præſerva-

ſervativum tempore Peſtis eſt egregium. Vinum ex Helenii radicibus paratum mirificè viſum acuit.

HELICHRYSUM, ſive Stœchas Citrina anguſtifolia, BP. Stœchas Citrina tenuifolia *Narbonenſis*, J. B. *Golden Tufts.* *Helichryſum.*

HELIOTROPIUM majus *Dioſcoridis*, B. P. Majus flore albo, J. B. *The greater Turnſole.* *Heliotropium.*

Heliotropium tricoccon, B. P. J. B. *The colouring or dying Turnſole.*

Eſt inter Aſperifolias, quibus flores monopetali marginibus quinquepartitis, foliis lanuginoſis, floribus in ſpicis longis recurvis, ſeminibus ad ſingulos flores quaternis triangulis junctis acuminibus coëuntibus globoſum capitulum efficientibus. Nota Characteriſtica.

Verrucas et Thymos affricata herba valenter adimit, adverſus Carcinomata et Ulcera Gangrænoſa efficaciſſima: folia ex Roſaceo illita capitis dolorem mulcent. Epotum foliorum Decoctum unà cum Cumino Renum Calculos pellit et frangit et Inteſtinorum animalia necat. Semen à *Lobelio* ad Tumores Strumoſos et Ulcera Phagedænica valdè commendatur. J. *Bauhinus.* Vires.

Heliotropii Tricocci baccas in *Galliâ Narbonenſi* Infectores Lanarum vocant *La Morella*, quas magno quæſtu colligunt Ruſtici et Infectoribus diſtrahunt. J. *Bauhinus.* Uſus Mechanicus.

HELLEBORUS niger flore Roſeo, B. P. Niger flore albo, interdum etiam valdè rubente, J. B. *True black Hellebore.* *Helleborus.*

Helleborus niger Hortenſis flore viridi, B. P. Niger vulgaris flore viridi vel herbaceo, radice diuturnâ, J. B.

Helleborus albus flore atro-rubente, B. P. J. B.

Helleborus albus, J. B. Albus flore ſubviridi, B. P.

Helleborus niger Saniculæ folio major, B. P. Sanicula fœmina quibuſdam, aliis Helleborus niger, J. B. Aſtrantia nigra, *Lob.*

Hellebori reduci poſſunt ad affines Herbis Thecas Membranaceas habentibus. Nota Characteriſtica.

Niger enim eſt inter Multiſiliquas, ſeu Corniculatas, foliis digitatis

Albus floribus eſt, ſeu potius florum calycibus hexaphyllis, foliis liratim ſtriatis.

Helleborus niger verus ventrem purgat, tam per Vomitum quàm per Secceſſum, utramque Bilem ac Pituitam detrahens. Magnum in Melancholicis & aliis obſtinatis Morbis præſidium. Illitus ex Aceto Scabiem, Lepras & Impetigines ſanat. Vires.

Helleboraſtrum lentes & pediculos interficit.

Helleborus albus Vomitum valenter excit. Ejus radicis pulvis ad ſternutatoria uſurpatur.

HERBA viva ſeu ſentiens vulgò dicta. *The Senſitive Plant.* *Herba viva.*

HERBA mimoſa, Humilis vulgò dicta. *The Humble Plant.* *Herba mimoſa.*

HESPERIS, ſive Viola Matronalis flore pleno albo. Viola Matronalis flore multiplici *Cornuti.* *Heſperis.*

Heſperis, J. B. Hortenſis, B. P.

Heſperis, ſive Viola Matronalis flore pleno purpureo.

Eſt inter Herbas flore tetrapetalo uniformi ſiliquoſas, ſiliquis prælongis ſtrictiſſimis. Nota Characteriſtica.

HIERACIUM majus folio Sonchi, ſemine curvo, B. P. Chondrillæ *Creticæ* nomine miſſa ſemine criſpo, J. B. *Hieracium.*

Hieracium *Apulum* flore ſuaverubente, *Col.* Dentis Leonis folio flore ſuaverubente, B. P.

Hieracium Echioïdes capitulis Cardui benedicti, B. P. Maximum, Bugloſſum Echioïdes quibuſdam, J. B.

Hieracium Echioïdes Capitulis Cardui benedicti majus *Arabicum* folio ſinuato.

Hieracium Caſtorei odore *Monſpelienſium*, *J. Raii.* Foliis Cichorei ſylveſtris villoſis odore Caſtorei, D. *Magnol.*

Hieracium fruticoſum latifolium foliis dentatis glabrum, B. P. Hieracii *Sabaudii* varietas prima, Erinus quibuſdam *Matthioli* dicta, J. B.

Reliquas ſpecies vide in Catalogo Horti Med.

Characterem & Vires vide Lib. ſuperiore.

HORDEUM nudum. *Hordeum.*

HORMINUM Sclarea dictum, B. P. Gallitrichum ſativum. J. B. *Garden Clary.* *Horminum.*

Officin.

Horminum luteum glutinoſum, B. P. Colus *Jovis*, *Ger.* Galeopſis ſpecies lutea, viſcida, odorata, nemorenſis, J. B.

Horminum ſylveſtre latifolium *Tingitanum*. Ejus Icon habetur in Tabulis.

Horminum ſylveſtre Lavendulæ flore, B. P. Gallitrichis affinis, Marrubii ſi non genus aliquod, Sclarea *Hiſpanica Tabernæmontani*, J. B.

Horminum folio Betonicæ.

Horminum ſativum, B P. Horminum comâ purpuro-violaceâ, J. B.

Reliquas ſpecies vide in Catalogo Horti Med.

Character ſuprà traditus eſt.

Vires. Excalfacit, attenuat, diſcutit, reſolvit, venenis reſiſtit, medetur Epilepſiæ & Suffocationi Matricis, Menſes & Secundinas ducit. Pulvis naribus attractus Sternutamenta ciet, Catarrhum tollit & cerebrum purgat.

Hyacinthus. HYACINTHUS comoſus major purpureus, B. P. Comoſus maximus Botryoïdes comâ cæruleâ, J. B. *The great Purple fair-haired Jacinth.*

Hyacinthus racemoſus cæruleus major, B. P.

Hyacinthus Orientalis major præcox dictus *Zumbul Indi.*

Hyacinthus Orientalis major flore albo.

Hyacinthus ſtellaris bifolius *Germanicus*, B. P.

Reliquas ſpecies vide in Catalogo Horti Med.

Character ſuprà traditus eſt.

Hyoſcyamus. HYOSCYAMUS albus, J B. Albus major, B. P. *White Henbane.* Officinalis eſt.

Hyoſcyamus *Creticus* luteus major, B. P.

Character ſupra traditus eſt.

Vires. Adverſus omnes calidas defluxiones oculorum aliarumque partium Inflammationes adhibetur. Semen inter Narcotica eſt.

Hypecoum. HYPECOUM, B. P. Hypecoum ſiliquis erectis, articulatis, incurvis, Hiſt. *Oxon. Horned wild Cumin.*

Hypericum. HYPERICUM Fruteſcens *Americanum* fl. albo, *Park.* Pruno ſylveſtri affinis *Canadenſis*, B. P.

Hypericum ſupinum tomentoſum minus, vel *Monſpeliacum*, B. P. Tomentoſum, J.B.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

Hyſſopus. HYSSOPUS Officinarum cærulea ſive ſpicata, B. P. Vulgaris ſpicatus anguſtifolius flore cærulco, J. B. *Common blew-flowered Hyſſop.* Officinalis.

Hyſſopus flore albo.

Hyſſopus *Arabum* flore rubro.

Hyſſopus verſicolor, *Ger.* Verſicolor foliis niveis, *Park.*

Hyſſopus foliis hirſutis.

Hyſſopus anguſtifolia ſpicata, B. P.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Verticillatas, Fruticoſas, florum verticillis in ſpicas diſpoſitis, verticillis rarioribus.

Vires. Tenuium eſt partium. Facit ad affectus pituitoſos tum cerebri, tum nervorum, capitis Pituitam expurgat, Pectus & Pulmones detergit. Hinc tuſſientibus, aſthmaticis & peripneumonicis auxiliatur. Inſeſſibus quoque & Clyſteribus additur ad Uteri affectus. *Schwenckfelt.*

CAPUT XI.

Plantæ incipientes à Literâ I.

Jacea. JACEA *Luſitanica* ſemper virens, Hort. Reg. *Bleſ.*

Jacea Cyanoïdes Echinato capite, B. P.

Jacea marina *Bætica.*

Jacea lutea capite ſpinoſo, B. P. Centaurium Collinum, ſive Jacea ſpinoſa flore luteo, J. B.

Jacea Sphærocephala ſpinoſa *Tingitana.*

Jacea incana Pini capite, B. P. Montana capite magno Strobili, J. B.

Jacea

Jacea Olcæ folio capitulis simplicibus, B.P. Xeranthemum aliud, sive Ptarmica quorundam, J.B.

Jacea Olcæ folio, flore minore, B.P. Xeranthemum, J.B.

Vide Characterem & Vires Lib. superiore.

Jacobæa. JACOBÆA Senecionis folio incano perennis *J. Raii.*

Jacobæa montana angustifolia lanuginosa non laciniata, B P. *Pannonica* folio non laciniato, J.B.

Jacobæa maritima, B.P. Marina, sive Cineraria, J.B.

Characterem & Vires vide Lib. superiore.

Jasminum. JASMINUM vulgatius flore albo, B.P. Jasminum sive Gesseminum flore albo, J.B. *Common white Jasmine.* Officin.

Jasminum luteum vulgò dictum Bacciferum, B.P. Trifolium fruticans, quibusdam Polemonium flore luteo, J.B.

Jasminum *Virginianum.*

Jasminum *Persicum* foliis laciniatis, Syringa *Persica*, sive Lilac *Persicum* incisis foliis Jasminum *Persicum* dictum, *Park.* Agem Lilag *Persarum*, *Cornut.* Ligustrum foliis laciniatis, B.P.

Nota Characteristica. Jasminum *Persicum* foliis non laciniatis.

Inter Frutices Anomalos sunt.

Vires. Vulgaris flores excalfaciunt & siccant, Pituitæ lentitiam digerunt & cruciatibus ab eâ mirè prosunt. Lentigines & impetigines in facie abstergunt. Aqua ex floribus distillata eximii quoque odoris est.

Iberis. IBERIS, J. B. Latiore folio, B. P. Latiore folio serrato, Hist. *Oxon. Sciatica-Cresses.* Officinalis est.

Nota Characteristica. Est inter Siliculosas tetrapetalas bicapsulares.

Vires. Est ex quarto ordine excalfacientium similis Nasturtio, tum odore, tum gustu, tum viribus, sed minùs eo deficcat, Auctore *Galeno.* Radices formâ Cataplasmatis utiliter Ischiadicis applicantur.

Ilex. ILEX aculeata cocciglandifera, B.P. Coccigera, J.B. *The Scarlet Holm-Oak.* Officinalis est.

Vires. Ilex aculeata Baccifera folio sinuato, sive Agrifolium foliis variegatis.

In hac Granum *Kermes* nascitur, quod Compositionem *Alkermes* ingreditur, ad palpitationem, syncopen aliosque cordis affectus eximii usûs.

Usus Mechanicus. Expetunt hoc etiam Tinctores ad Panni Scarlatini confectionem.

Imperatoria. IMPERATORIA, J.B. Major, B.P. *Masterwort* or *Bastard Pellitory.* Officinalis est.

Nota Characteristica. Vires. Est inter Umbellas, semine majore striato, foliis lobatis seu pinnatis donatas.

Radix flatus mirificè discutit, in Coli & Ventriculi cruciatibus valdè utilis. Menses etiam & urinam ciet. Commanducata efficaciter cerebri pituitam expurgat, obstructiones aperit.

Intybus. INTYBUS sativa latifolia, sive Endivia vulgaris, B.P. Intybum sativum latifolium, J.B. *Garden Endive.* Officinalis est

Intybus crispa, B.P. Intybum sativum crispum, J.B. *Curled Endive.*

Nota Characteristica. Vires. Est inter Herbas flore compositio seu aggregato planifolio naturâ pleno lacteiscentes.

In calidioribus Hepatis affectibus conducunt Herba, radix, semen, obstructiones auferunt, in Febribus à Bile flavâ magni usûs.

Iris. IRIS vulgaris *Germanica* sive sylvestris, B. P. Vulgaris Violacea, sive Purpurea Hortensis & sylvestris, J.B *The Common Flag-Flower de Luce.* Officin.

Iris alba *Florentina*, B.P. Flore albo, J.B.

Iris *Susiana* flore maximo ex albo nigricante, B.P. Latifolia major *Susiana*, vel *Chalcedonica* flore majore variegato, *Clusio* prima, J.B. *The great Turky Flower de Luce.*

Iris media longissimis foliis lutea, B.P. *Tripolitana* foliis longissimis flore aureo, J.B.

Iris tuberosa folio anguloso, B.P. Tuberosa radice pendulâ folio anguloso, flore obscurè viridi, Hist. *Oxon.* Tuberosa *Belgarum*, J.B.

Iris bulbosa præcox minùs odora *Persica* variegata, Hist. *Oxon.* *Persica* præcox variegata, *Bapt. Ferrar. Descr.*

Reliquas vide in Catalogo Horti Med.

Nota Characteristica. Irides omnes hexapetalæ tricapsulares sunt, sed quædam radice tuberosâ, quædam bulbosâ.

Vires. Radix vulgaris pituitam & ſeroſos humores purgat. Succus Hydropicis cum ſucceſſu exhibetur.

Florentinæ radix abſtergit, aperit, Renum Calculos ejicit, Ictericos & Hydropicos juvat, contra tuſſim efficax. Manſa oris halitum emendat, dentium dolores mulcet.

Iſatis. ISATIS ſativa, vel latifolia, B. P Iſatis, ſive Glaſtum ſativum, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter tetrapetalas uniformes, ſiliquis compreſſis latis, pendulis, per maturitatem nigris.

Vires. Herba valenter exiccat atque aſtringit. Folia illita omnia Oedemata & Tubercula diſcutiunt, cruenta Vulnera glutinant.

Uſus Mechanicus. Pannos cæruleo colore tingit.

Juniperus. JUNIPERUS minor montana folio latiore fructuque Anguſtiore, B.P. Alpina, J. B. Characterem & Vires vide Lib. ſuperiore.

CAPUT XII.

Litera K.

Kali. KALI ſemper virens grandius perpetuum, B. Prodr. Geniculatum majus, J. B.
Kali majus ſemine cochleato, B.P. Vulgare, J. B.
Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

CAPUT XIII.

Plantæ à Literâ L *incipientes.*

Lactuca. LACTUCA ſativa, B. P. Sativa vulgaris capitata & non capitata, J. B. *Garden Lettuce.* Officinalis eſt.
Lactuca maculoſa, B. P. Rubra, J. B.
Lactuca folio obſcuriùs virente, ſemine nigro, B. P. *Romana* longa dulcis, J. B.
Lactuca capitata, B. P.
Lactuca foliis Endiviæ, B. P.
Lactuca criſpa, B. P.
Lactuca montana purpuro-cærulea major, B. P. Sylvatica purpurea, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter lacteſcentes pappoſas, ſeminibus latiuſculis & compreſſis, brevibus.

Vires. Seritur ad uſum Acetariorum. Humida & frigida eſt, æſtuantem Ventriculum refrigerat, à Bile infeſtatum juvat, ſitim arcet, ſomnum conciliat, alvum emollit, lac evocat. Semen urinæ ardoribus opitulatur & aſſiduis libidinum in ſomno imaginationibus.

Lamium. LAMIUM album non fœtens folio oblongo, B.P. Galeopſis ſive Urtica iners floribus albis, J. B. *White Archangel.* Officinalis eſt.
Lamium album Parietariæ facie, Hort Reg *Bleſ.*
Lamium maculatum & albâ lineâ notatum, B. P. Galeopſis foliis maculatis, J. B.
Lamium folio oblongo luteum, B. P. Galeopſis, ſive Urtica iners flore luteo, J. B.
Lamium luteum foliis maculatis.
Lamium maximum ſylvaticum alterum, B. P. Galeopſis *Pannonica Cluſii.*
Lamium peregrinum, ſive Scutellaria, B. P. Caſſida, *Col.*
Characterem & Vires vide Lib. ſuperiore.

Lapathum. LAPATHUM præſtantiſſimum Rhabarbarum Officinarum dictum, Hiſt. *Oxon.* Rhaponticum folio Lapathi majoris glabro, Rha & Rheum *Dioſcoridis*, B. P. Rhaponticum, *Proſp. Alp. Engliſh Rhubarb.* Officinalis eſt.

Lapa-

Lapathum Hortense rotundifolium, sive Montanum, B. P. Folio rotundo Alpinum, J. B.

Lapathum Hortense folio oblongo, sive secundum *Dioscoridis*, B. P.

Lapathum folio acuto rubente, B. P. Sanguineum, sive Sanguis Draconis Herba, J. B.

Lapathum Hortense, sive Spinachia semine spinoso, B. P. Spinachia mas & fœmina, J. B.

Lapathum Hortense, sive Spinachia semine non spinoso, B. P. Spinachia semine non pungente folio majore rotundiore, J. B.

Lapathi Nota Characteristica suprà tradita est.

Spinachia est inter mollientes, foliis succulentis, floribus herbaceis, semine spinoso & non spinoso. Nota Characteristica.

De Rhabarbaro integrum Tractatum scripsit *Matthias Tilingius*, cui Titulus, *Rhabarbarologia curiosa*, in Quarto.

De Lapathis & Rhabarbaris quoque egregiè scripsit *Abrahamus Muntingius* Lib. de Verâ Herbâ *Britannicâ* in Quarto, ubi & Icones præstantissimas apposuit.

Lapathorum Vires supra enumeratæ sunt.

Lapathum præstantissimum nostras radice suâ ad duplum Rhabarbari Orientalis exhibitâ purgat. Eximii quoque usûs in Viscerum obstructionibus reserandis & sanguine depurando. Rhabarbari nostratis Vires.

Lapathum sanguineum adstrictoriâ vi pollet. Additur Clysteribus in Dysenteriâ. Semen Menses immodicè fluentes cohibet. Lapathi sanguinei Vires

LARIX, B. P. Folio deciduo Conifera, J. B. *Larix.*

Huic Arbori *Agaricum* concretu fungoso adnascitur, Resina ejus quoque usûs Medici est.

LASERPITIUM Libanotidi simile semine crispo, *Morison* Sect. de Plantis Umbelliferis. Libanotidi *Theophrasti* quorundam valde similis, Costus amara dicta semine crispo, J. B. *Laserpitium.*

Est inter Umbellas, semine alis foliaceis cincto.

Ex Laserpitii succo, communi doctorum sententiâ, paratut *Asa fœtida.*

LATHYRIS major, B. P. *Garden Spurge.* Officinalis est. *Lathyris.*

Semine est oblongo grandioris Viciæ effigie, medullâ fauces urente, Tota lacteo succo turget. Nota Characteristica.

Alvum purgat & Vomitum etiam provocat. Vires.

LATHYRUS sylvestris luteus foliis Viciæ, B. P. Luteus sylvestris Dumetorum, J. B. *Lathyrus.*

Lathyrus sylvestris siliquis Pisi minoris, Hist. *Oxon.*

Lathyrus arvensis annuus luteus siliquis hirsutis, Hist. *Oxon.* Siliquâ hirsutâ, J. B. Angustifolius siliquâ hirsutâ, B. P.

Lathyrus *Bæticus* flore luteo, Hist. *Oxon.*

Lathyrus luteus annuus foliis Convolvuli minoris, Hist. *Oxon.* Vicia lutea foliis Convolvuli minoris, B. P. Vicia quæ Pitine Anguillaræ latâ siliquâ, flore luteo, J. B.

Lathyrus *Tingitanus* siliquis Orobi, flore amplo ruberrimo, Hist. *Oxon.*

Lathyrus Vicioïdes floris vexillo phœniceo, foliis labialibus subalbescentibus, siliquis Orobi, Hist. *Oxon.* *Bæticus* elegans siliquis Orobi, *Park.*

Lathyrys angustifolius leptomacrolobus, semine anguloso, flore cæruleo, Hist. *Oxon.*

Lathyrus sylvestris minor, B. P. Catanance leguminosa quorundam, J. B.

Est inter Legumina Capreolis scandentia. Nota Characteristica

LAVENDULA latifolia, B. P. Pseudonardus, quæ vulgò Spica, J. B. *Broad-leaved Lavender.* Officinalis est. *Lavendula.*

Lavendula angustifolia, B. P. Pseudonardus, quæ Lavendula vulgò, J. B.

Est inter Verticillatas Fruticosas, flore galeato & labiato minore & tenuiore longis insidente pediculis, Spicæ Triticeæ æmulas. Nota Characteristica

Flores attenuant, aperiunt, resolvunt; in affectibus cerebri & uteri magni usûs. Vires.

Laureola semper virens, flore viridi, quibusdam Laureola mas, B. P. Semper virens flore luteolo, J. B. *Spurge-Laurel.* Officinalis est. *Laureola.*

Laureola folio deciduo, flore purpureo, B. P. Folio deciduo, sive Mezereon *Germanicum*, J. B. Officinalis est.

Laureola folio deciduo, flore saturatiore.

Laureola folio deciduo, flore albo.

Laureola folio deciduo variegato.

Est inter Frutices Bacciferos semper virentes, foliis latis, oblongis, glabris; Baccis quoque oblongis ad foliorum alas. Nota Characteristica

Vires. Laureola mas intus ſumpta Vomitum ciet, à quibuſdam ad Hydropem commendatur. Pulvis in Aceto maceratæ, exiccatæ & comminutæ Cancris inſperſus prodeſt D. *Bowle*.

Mezerei *Germanici* flores in Hydrope & Melancholiâ utiles ſunt. Cortex quoque Aceto maceratus ablutus aquâ atque ſiccatus cum Glycyrrhizâ exhibitus.

Foliis cum melle tritis ſordida ulcera & cruſtoſa repurgantur.

Laurus. LAURUS, J. B. Vulgaris, B. P. *The Common ſweet Bay.* Officinalis eſt.

Laurus Tinus, *Ger.* Sylveſtris Corni fœminæ foliis ſubhirſutis, B. P.

Tinus altera, J. B. Laurus Tinus cæruleâ baccâ, *Lob.*

Laurus *Alexandrina*, J. B. *Alexandrina* fructu folio inſidente, B. P. Officinalis eſt.

Laurus *Alexandrina* fructu pediculo inſidente, B. P. Bonifacia, ſivè Biſlingua, J. B. Hippogloſſum mas, *Ger.*

Lauroceraſus *Geſneri*, *Cluſ.* Ceraſus folio Laurino, B. P.

Nota Characteriſtica. Laurus eſt inter Arbores Bacciferas, foliis ſemper virentibus, majoribus & latioribus, Baccis nigris nucleum intus geminum claudentibus.

Lauroceraſus eſt inter Pruniferas fructu Ceraſiformi dulci racematim compacto.

Vires. Baccæ attenuant, digerunt, Ventriculum frigidum calefaciunt, Concoctionem juvant, Colicæ medentur.

Lens. LENS, J. B. Vulgaris minor, Hiſt. *Oxon.* Vulgaris, B. P. *Common Lentils.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas flore Papilionaceo ſcandentes, ſemine compreſſo & pro Plantæ modo grandi, ſiliquis brevibus.

Vires. Decocta Ventrem ſolvit, glutinat & lenit. Externè in Cataplaſmate tumores & durities diſcutit.

Lepidium. LEPIDIUM latifolium, B. P. Latifolium ſerratum, Hiſt. *Oxon.* Lepidium *Pauli*, J. B. *Dittander* or *Pepperwort.* Officinalis eſt.

Lepidium Glaſtifolium, B. P. Glaſtifolium perenne, Hiſt. *Oxon.* Non repens, J. B.

Lepidium Dentillaria dictum, B. P. Dentillaria Rondeletii, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Siliculoſas tetrapetalas bicapſulares, ſepto medio ſiliculam dirimente longitudinaliter.

Vires. Inter Antiſcorbutica eſt. Decoctum in Cereviſiâ pro partu facilitando uſurpatur. Radix ad dolorem dentium valere creditur. Uſus quoque ejus in Acetariis eſt.

Extrinſecùs applicatum cutem exulcerat, & Veſiculas excitat.

Leucoium. LEUCOIUM bulboſum vulgare, B. P. Bulboſum præcox majus ſex petalis æqualibus & albis, Hiſt. *Oxon.* Bulboſum hexaphyllon unico flore, rariùs bino.

Variæ aliæ Leucoii ſpecies ſunt, quas vide in Catalogo Horti Med.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Siliquoſas tetrapetalas bicapſulares.

Vires traditæ ſunt Libro ſuperiore.

Libanotis. LIBANOTIS latifolia altera, ſive Vulgatior, B. P. Libanotis *Theophraſti* quorundam, ſive Seſeli *Æthiopicum*, *Mathiolo* Cervaria alba, J. B. Laſperitium foliis latioribus lobatis, D. Moriſon. Sect. de Umbelliferis, *Herb Frankincenſe with broad leaves.*

Libanotis latifolia minor Montis Aurei.

Libanotis latifolia Aquilegiæ folio, B. Prodr. Liguſtrum *Rawolfii* foliis Aquilegiæ, J. B. Siler Aquilegiæ foliis, D. *Moriſon.* Sect. de Umbelliferis.

Nota Characteriſtica. Libanotis eſt inter Umbellas, ſemine membranaceo ſubrotundo, compreſſo, foliis plurifariàm diviſis donatas.

Siler Aquilegiæ foliis eſt inter Umbellas, ſemine majore ſtriato, foliis lobatis ſeu pinnatis donatas.

Liguſticum. LIGUSTICUM vulgare, an Libanotis fertilis Theophraſti, B. P. Liguſticum vulgare foliis Apii, J. B. *Common Lovage.* Officinalis eſt.

Liguſticum, quod Seſeli Officinarum, B. P. Seſeli, ſive Siler montanum vulgare, J. B.

Nota Characteriſtica. Sunt inter Umbellas, ſemine majore ſtriato, foliis lobatis ſeu pinnatis donatas.

Vires. Radix Liguſtici ſive Leviſtici Ventriculo frigido utilis concoctionem juvat, dolores internos ſolvit. Ea ut & ſemen puerperas purgant, Urinas & Menſtrua eliciunt. Folia in Balneis ſudorem movent & Menſtrua provocant. Herba recens pabulo commixta Tuſſi pecorum medetur.

Siler montanum calefacit & exiccat. Semen Urinas & Menſes potu ducit, dolores Inteſtinorum ex cruditate lenit, flatus diſcutit.

LIGUSTRUM

LIGUSTRUM, J. B. *Germanicum*, B. P. *Common Privet.* Officinalis eſt. *Liguſtrum.*

Eſt inter Frutices Bacciferos, foliis deciduis floribus & fructibus digeſtis in racemos, floribus albis, baccis nigris, ſecundum illud, Nota Characteriſtica.

Alba Liguſtra cadunt, Vaccinia nigra leguntur.

Folia commanducata oris ulceribus & puerorum Aphthis medentur. Acini contra Phthiriaſin proſunt. Aqua florum inflammationibus utilis. *Schwenckfelt.* Vires.

LILIUM album flore erecto & vulgare, B. P. Album vulgare & odoratum flore erecto, Hiſt. *Oxon.* Album vulgare, J. B. *Common White Lilly.* Officinalis eſt. *Lilium.*

Lilium Convallium flore rubente.

Multæ Lilii ſpecies ſunt, quas vide in Catalogo Horti Med.

Lilium eſt inter Hexapetalas tricapſulares radicibus ſquamatis donatas. Nota Characteriſtica.

Radix ciet Menſes, emollit & digerit. Folia recentia Ignibus ſacris ambuſtis & aliis puſtulis opitulantur, Puerperis fiſſuras papillarum ſanant. Croceis ſtaminibus cum Saccharo & aquâ Cinnamomi mulierculæ ad partum accelerandum utuntur. *Schwenckfelt.* Vires.

LIMONIUM maritimum majus, B. P. Majus multis, aliis Behen rubrum, J. B. *Sea-Lavender.* Officinalis eſt. *Limonium.*

Limonium minus maritimum Oleæ folio, B. P. Parvum *Narbonenſe*, Oleæ folium Lob. minus, J. B.

Eſt inter Herbas flore perfecto, ſeminibus nudis ſolitariis maritimas, caulibus nudis, floſculis in ſummitate pluribus, foliis latis. Nota Characteriſtica.

Semen adſtringit, & propterea diarrhææ, hæmorrhagiæ & fluxui Menſtruo nimio medetur. Vires.

LINARIA purpurea major odorata, B. P. Purpurea magna, J. B. *Linaria.*

Linaria cærulea repens, J. B. Purpurea parva, J. B.

Linaria annua anguſtifolia flore majore luteo, Hiſt. *Oxon.*

Vide Characterem & Vires ſuprà.

LINGUA Cervina multifido folio, B. P. Polyſchides, J. B. *Lingua Cervina.*

Characterem & Vires vide ſuprà.

LINUM ſylveſtre anguſtifolium flore magno, B. P. *Linum.*

Linum Umbilicatum, *Park.*

Characterem & Vires vide ſuprà.

LITHOSPERMUM Arundinaceum, fortè *Dioſcoridis* & *Plinii*, B. P. Lachryma *Jobi* multis, ſive Milium Arundinaceum, J. B. *Lithoſpermum.*

Lithoſpermum majus erectum, B. P. Lithoſpermum, ſive Milium Solis, J. B. *Common Gromell.* Officin.

Eſt inter Aſperifolias floribus monopetalis, marginibus quinquepartitis, ſeminibus duris ſplendentibus. Nota Characteriſtica.

Semen ad Calculum commendatur. Vires.

LOLIUM rubrum, *Ger.* Phœnix Lolio ſimilis, J. B. Gramen Loliaceum anguſtiore folio & ſpicâ, B. P. *Lolium.*

LOTUS fructu Ceraſi, B. P. Lotus Arbor fructu Ceraſi, J. B. *The Nettle-tree.* *Lotus.*

Lotus Hortenſis odora, B. P. Sativa odorata, annua, flore cæruleo, J. B. Melilotus major odorata Violacea, Hiſt. *Oxon.*

Lotus Corniculata ſiliquis ſingularibus, binis terniſve, J. B. Annua ὀλιγοκέρατος ſiliquis ſingularibus, binis terniſve, Hiſt. *Oxon.*

Lotus Pratenſis ſiliquoſus luteus, B. P. Siliquoſa lutea *Monſpelienſis*, J. B. Lotus ὀλιγοκέρατος τετραγωνόλοβος perennis *Monſpelienſis* flore luteo, Hiſt. *Oxon.*

Lotus maritima ſiliquoſa folio pingui glabro, D. *Magnol.*

Reliquas ſpecies vide in Catalogo Horti Med.

Characterem vide ſuprà.

Lotus calefacit, digerit & nonnihil abſtergit. Summitates ex Vino Pleureſi & Stranguriæ medentur, & urinas promovent. Inter Veſtimenta repoſita à Tineis præſervat. Vires.

LUPINUS ſativus flore albo, B. P. Vulgaris flore & ſemine albo ſativus, J. B. *Lupinus.*

Lupinus peregrinus major, vel Villoſus cæruleus major, B. P. Exoticus hirſutiſſimus, J. B. *Great blew Lupins.*

Lupinus ſylveſtris flore cæruleo, J. B. Sylveſtris purpureo flore, ſemine rotundo vario, J. B.

Lupinus ſylveſtris flore aureo, B. P. Sylveſtris flore luteo, ſemine compreſſo vario, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Legumina non ſcandentia, ſiliquis erectis.

Vires. Caleſacit, ſiccat, abſtergit, aperit, digerit, reſolvit. Jecur & Lienem Decoctum ſeminis expurgat, Lumbricos interficit, faciem abſtergit, ſcabiem & livores tollit. Cum Aceto Strumas & Tubercula diſſipat, & Carbunculos rumpit. Semen adverſus Viperæ morſum valet.

Lupulus. LUPULUS mas & fœmina, B. P. J. B. Convolvulus perennis heteroclitus, floribus herbaceis, foliaceis Strobili inſtar, Hiſt. *Oxon. Hops male & female.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas flore ſtamineo ſcandentes, fructibus ſquamoſis in racemos congeſtis.

Vires. Calidæ & ſiccæ naturæ eſt. Menſes & urinam ciet, ſanguinem purgat, Ictero & Hypochondriacis confert.

Turiones Verno tempore cocti Menſis adhibentur, ac eorum uſu alvus ſolvitur & hepar obſtructionibus liberatur.

Lychnis. LYCHNIS hirſuta flore coccineo major, B. P. Flos *Conſtantinopolitanus* Miniatus, J. B.

Lychnis Noctiflora, B. P. Ocymoides non ſpecioſum, J. B.

Lychnis Coronaria *Dioſcoridis* ſativa, B. P. Coronaria Vulgo, J. B. Coronaria rubra, *Ger.*

Alias ſpecies vide in Horti Med. Catalogo.

Character ſuprà traditus eſt.

Vires. Coronaria rubra Bilem per alvum trahit, Vulnera recentia glutinat. Radicum ſuccus attractus naribus ſternutamenta ciet. cerebrumque efficaciter purgat. *Schwenekfelt.* Semen duarum drachmarum pondere per alvum bilioſa ducit. *Dod.*

Lyſimachia. LYSIMACHIA lutea corniculata, B. P. Lutea corniculata non pappoſa *Virginiana* major, Hiſt. *Oxon. The Tree-Primroſe.*

—— Eadem minor.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor latifolia *J. Raii.*

Lyſimachia ſpicata cærulea, B. P. Veronica ſpicata recta profundè ſerrata, quam Lyſimachiam cæruleam quidam vocant, J. B.

Nota Characteriſtica. Lyſimachia Siliquoſa tetrapetala quadricapſularis eſt.

CAPUT XVI.

Plantæ à Literâ M. *incipientes.*

Majorana. MAJORANA vulgaris, B. P. *Ordinary Sweet Majoram.* Officinalis eſt.

Majorana latifolia aurea.

Majorana latifolia, ſive Major *Anglica*, *Ger.* Origanum Onites & *Matth.* J. B. *Pot-Majoram.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Verticillatas herbaceas minores odoratas, floribus galeatis & labiatis.

Vires. Tenuium eſt partium, ac facultatis digerentis. Deſiccat & caleſacit, attenuat, aperit, roborat, capitis & nervorum affectibus frigidis mirè utilis. Flatus reſolvit, Menſtrua provocat, ſuggillata delet. Succus naribus attractus, ut & pulvis, caput purgat, & Lethargicos & Comitiales juvat.

Malva. MALVA perennis *Hiſpanica* flore carneo amplo, Hiſt. *Oxon.*

Malva Arborea *Veneta* dicta parvo flore, B. P. Arborea, J. B.

Malva Roſea folio ſubrotundo, flore pleno, B. P.

Malva Roſea folio Ficûs, B P.

Reliquas ſpecies vide in Catalogo.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

Malus. MALUS, *Dod.* Hiſt. *Lugd. The Apple-tree.* Officinalis eſt.

Malus *Cotonea* vulgaris, *Ger. The Common Quince-tree.* Officin.

Malus *Armeniaca*, major, *Ger. The great Apricock-tree.* Officin.

Malus *Perſica*, *Dod. Perſica* molli carne vulgaris & alba, B. P. *The Common Peach-tree.* Officinalis eſt.

Malus

Malus *Punica*, J. B. *Punica* ſativa, B. P. *The Pomegranate-tree.* Officinalis eſt.

Malus *Punica* Sylveſtris, *Ger.* Balauſtium majus, ſive Malus *Punica* ſylveſtris major, *Park.* Balauſtia flore pleno majore, B. P. Balauſtia *Hiſpanica*, J. B. Officinalis eſt. Nota Characteriſtica.

Malus vulgaris, *Cotonea* & *Punica* inter Arbores pomiferas floriferas ſunt.

Malus *Armeniaca* et *Perſica* inter Pruniferas oſſiculo lævi aut æquali; *Armeniaca* ſcabro, ſulcis exarato *Perſica.*

Mali domeſticæ folia adſtringunt cum refrigerandi facultate, tuſa inflammationibus incipientibus proſunt. Mala acida humores incidunt & urinam pellunt. Dulcia ventrem emolliunt, in affectibus Melancholicis eximii uſus ſunt. Febricitantibus utilia, quæ Vinoſi ſaporis ſunt. Vires Mali Domeſticæ.

Succus pomorum ſylveſtrium calefactus in ulceribus mundandis conducit. Inſtillatus inflammationes & lippitudines oculorum ſpecificâ proprietate ſanare creditur.

Mali *Perſicæ* flores vermes enecant, & ex iis Syrupus confectus alvum purgat. *Perſicæ.*

Armeniaca ſtomacho utilia. Oleum e Nucleis expreſſum ad Hæmorrhoïdas inflammatas conducit & ad aurium dolores. Potum Calculos pellit & Colicos juvat. *J. Bauhinus.* *Armeniacæ*

Cydonia ſtomacho commoda ſunt et urinam cient. Aſſa mitiora fiunt, Dyſentericis et Vomentibus utilia ut et ſanguinem ſpuentibus. Ardorem Stomachi reprimunt J. *Bauhinus.* *Cydoniæ.*

Punicæ flores adſtringunt et glutinant. Decoctum dentes mobiles figit, et Gingivas firmas reddit. *Punicæ.*

MANDRAGORA fructu rotundo, B. P. Mas, J. B. Officinalis eſt. *Mandragora.*

Mandragora fructu Pyri, B. P. Fœmina, J. B.

MARRUBIUM Cardiaca dictum, B. P. Cardiaca, J. B. *Common Motherwort.* Officinalis eſt. *Marrubium.*

Marrubium Cardiaca dictum foliis eleganter criſpis.

Marrubium aquatile foliis tenuius diſſectis.

Marrubium nigrum longifolium, B. P. Herba Venti *Monſpelienſibus*, J. B.

Marrubium album auguſtifolium peregrinum, B. P. Album anguſtiore folio, J. B.

Marrubium ex *Alepo* verticillis longis pediculis innitentibus.

Nota Characteriſtica et Vires Albi et Nigri ſuprà traditæ ſunt.

Cardiaca Palpitationi cordis confert, Urinam et Menſes ciet, Pectus à Pituitâ detergit; et difficulter parientibus opitulatur. A Veterinariis quoque ad Boum et Equorum morbos adhibetur. Vires *Marrubii Cardiacæ* dicti.

MARUM, *Ger.* Sampſuchus, ſive Marum Maſtichen redolens, B. P. Officinalis eſt. *Marum.*

Eſt inter Verticillatas Fruteſcentes flore galeato et labiato, florum verticillis in Spicas breves et habitiores digeſtis. Nota Characteriſtica.

Cerebro et Nervoſo generi gratum eſt, et ad affectus eorum valet. Vires.

MATRICARIA vulgaris, B. P. Matricaria Vulgo, Minus Parthenium, J. B. *Common Feverfew.* Officinalis eſt. *Matricaria.*

Matricaria flore pleno.

Matricaria nuda, Hort. Reg. *Bleſ.* Bullatis floribus, *Park.*

Eſt inter Corymbiferas diſco radiato, floribus in Umbellæ formam diſpoſitis, foliis laciniatis pallidis, odore vehementiore. Nota Characteriſtica.

Valet in affectibus Uterinis, Menſes promovet et Secundinas pellit; Ventris Tineas expellit. Vires.

MELAMPYRUM purpuraſcente comâ, B. P. Melampyrum multis, ſive Triticum Vaccinum, J. B. *Party-coloured Cow-wheat.* *Melampyrum.*

Melampyrum cæruleâ comâ, B. P. Melampyro affinis Parietaria cærulea quorundam, J. B.

Melampyrum criſtatum, J. B.

Eſt inter Plantas flore monopetalo difformi, ſeminibus compreſſis. Nota Characteriſtica.

MELILOTUS *Italica* folliculis rotundis, B. P. Magno ſemine rotundo rugoſo, J. B. Trifolium odoratum ſeu Melilotus lutea, ſeminis pericarpio magno, rugoſo, rotundo, albo, Hiſt. *Oxon.* *Melilotus.*

Melilotus lutea ſiliculis longioribus, Hiſt. *Oxon.* Trifolium odoratum, ſeu Melilotus quarta Vulgaris flore luteo, J. B.

Melilotus lutea minor floribus et ſiliculis minoribus ſpicatim et denſè diſpoſitis, Hiſt. *Oxon.*

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

MELISSA Hortenſis, B. P. Vulgaris odore Citri, J. B. *Garden-Bawme.* Officinalis eſt. *Meliſſa.*

Meliſſa peregrina folio oblongo, B. P. *Turcica* multis dicta, J. B.

Meliſſa *Turcica* flore albo.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Verticillatas herbaceas foliis odore Citri.

Vires. Diſcutit, ſanat, glutinat; animum & cor exhilarat, & Vitales Spiritus roborat, Concoctionem adjuvat, Cerebri obſtructiones referat, prodeſt Melancholicis & Dyſentericis. Illita contra Serpentum, & Canis rabidi morſum et Aranearum ictum valet.

Melo. MELO Hortenſis, B. P. Melones, J. B. *Common Melons.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter ſcandentes Pomiferas.

Vires. Humectat, Urinas ciet. Semen mitigat ardores et dolores Renum.

Mentha. MENTHA Hortenſis Corymbifera, B. P. Corymbifera, ſive Coſtus Hortenſis, J. B. Balſamita mas, *Ger.* Coſtus hortorum major, *Park.* Officin.

Mentha Hortenſis verticillata Ocimi odore, B. P. Verticillata minor acuta, non criſpa, odore Ocimi, J. B. *Spear-Mint.*

Mentha rotundifolia ſpicata altera, B. P.

Mentha anguſtifolia ſpicata, B. P. Spicata folio longiore, acuto, glabro, nigriore, J. B.

Mentha criſpa verticillata.

Mentha ſylveſtris fol. longiore, B. P. Mentaſtrum ſpicatum folio longiore candicante, J. B.

Mentha ſylveſtris rotundiore folio, B. P. Mentaſtrum folio rugoſo rotundiore ſpontaneum, flore ſpicato odore gravi, J. B.

Mentha tuberoſâ radice, B. P.

Mentha Cattaria minor, B. P.

Nota Characteriſtica. Balſamita eſt inter Corymbiferas flore diſcoïde nudo, floribus velut in Umbellam diſpoſitis.

Vires. Mentha eſt inter Verticillatas herbaceas, floribus quadripartitis aut quinquepartitis, tubo brevi.

Mentha tenuium eſt partium, attenuat, digerit, reſolvit, aperit, lumbricos pellit, vomitum compeſcit, Menſes et Album Mulierum Profluvium efficaciter compeſcit. Extrinſecùs duritiem Mammarum Lactiſque coagulationem tollit.

Mercurialis. MERCURIALIS teſticulata, ſive Mas *Dioſcoridis* & *Plinii*, Hiſt. *Oxon.* Mas, J. B. Officinalis eſt.

Mercurialis ſpicata, ſive Fœmina *Dioſcoridis* & *Plinii*, Hiſt. *Oxon.* Fœmina, J. B. Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

Meſpilus. MESPILUS, J. B. *Germanica* folio Laurino non ſerrato, B. P. *The Common Medlar-tree.* Officinalis eſt.

Meſpilus Apii folio laciniato, B. P. Meſpilus Aronia Veterum, J. B.

Meſpilus Apii folio ſylveſtris non ſpinoſa, ſive Sorbus Torminalis, B. P. Torminalis & Cratægus *Theophraſti*, J. B. *The Common Service-tree.*

Nota Characteriſtica. Sunt inter Arbores Pomiferas Floriferas, umbilico latiſſimo, pediculo brevi, quinis intus oſſiculis duris.

Vires. Sorbus autem habet ſemina folliculis membranaceis incluſa.

Folia adſtringunt, glutinant, ſanguinis profluvia ſiſtunt. Fructus acerbus ventrem ſtrenuè coërcet. Oſſicula contrita Calculos Renum valenter pellunt.

Sorbus refrigerat & adſtringit, uſûs eximii in fluxibus alvi & uteri.

Milium. MILIUM ſemine albo, B. P. Milium, J. B. *Common White Millet.* Officinalis eſt.

Milium ſemine nigro, B. P. J. B.

Milium Arundinaceum ſubrotundo ſemine Sorgo nominatum, B. P. Sorghi, J. B. *Turky-Millet.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Culmiferas grano eſculento, ſubrotundo; Minore ſplendente Milium, Majore nigro aut fuſco Sorgum.

Vires. Agricolis in quibuſdam locis in cibum venit. Ventrem cohibet & Urinas promovet, fluxionibus Articulorum utile.

Milleſolium. MILLEFOLIUM purpureum majus, B. P.

Millefolium maximum umbellâ albâ.

Achillea Millefolia odorata, J. B. Tanacetum minus album odore Camphoræ, B. P

Millefolium tomentoſum luteum, B. P.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

Moly. MOLY latifolium luteum odore Allii primum, B. P. Luteum Botanicorum latifolium odore Allii, J. B.

Moly anguſtifolium umbellatum, B. P. Moly *Dioſcoridis* parvum quibuſdam, J. B. Alias ejus ſpecies vide in Horti Medici Catalogo.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas radice bulboſâ graveolentes, floſculis multis è ſummo caulis faſtigio enatis, & in umbellam aut corymbum diffuſis.

MORUS

MORUS nigra, J. B. Fructu nigro, B. P. *The Black Mulberry-tree.* Officinalis eſt. *Morus.*

Eſt inter Arbores Bacciferas foliis deciduis, fructu ex pluribus acinis coaleſcentibus compoſito. Nota Characteriſtica.

Mora immatura refrigerant & nonnihil reſiccant, matura alvum ſubducunt. Folia ex aceto ambuſtis medentur. Vires.

MYAGRUM ſativum, B. P. Myagrum dictum Chamelina, J. B. *Garden Gold of pleaſure.* *Myagrum.*

Myagrum monoſpermum latifolium, B. P. Monoſpermum, J. B. Rhaphaniſtrum monoſpermum latifolium ſiliculis fungoſis, glabris, auriculatis, Hort. *Oxon.*

Myagro ſimilis ſiliquâ rotundâ, B. P. Myagro affinis herba capitulis rotundis, J. B.

Eſt inter Siliquoſas tetrapetalas monoſpermas. Nota Characteriſtica.

Ex Myagri ſemine exprimitur oleum ad Lucernas utile, quo & pauperiores in Condimentis utuntur. Vires Mechanicæ.

MYRRHIS major, vel Cicutaria odorata, B. P. Magno ſemine ſulcato, longo, J. B. *Great ſweet Garden Chervill* or *Myrrhe.* Officinalis eſt. *Myrrhis.*

Character ſuprà traditus eſt.

Tenuium eſt partium. Vim habet incidendi & Calculos pellendi. Menſes quoque promovet. Radix in malignis morbis valet. *Simon Pauli.* Vires.

CAPUT XV.

Plantæ à Literâ N *incipientes.*

NARCISSUS latifolius omnium maximus amplo calyce flavo ſive Nonpareille, *Park.* Parad. *Narciſſus.*

Narciſſus medioluteus vulgaris, *Park.*

Narciſſus albus multiplex.

Narciſſus *Africanus* aureus major, *Park.* Parad.

Narciſſus anguſtifolius, ſive Juncifolius maximus amplo calyce, *Park.* Parad.

Narciſſus Juncifolius luteus vulgaris major.

Narciſſus Juncifolius luteus flore pleno.

Narciſſus ſive Pſeudonarciſſus aureus *Anglicus* maximus, *Park.*

Narciſſus maritimus, B. P. Pſeudonarciſſus marinus albus Pancratium Vulgo, *Park.* Parad. *Monſpeſſulanum*, multis Scilla alba parva, J. B. Lilionarciſſus albus maritimus minor, Hiſt. *Oxon.*

Narciſſus *Illyricus* Liliaceus, B. P. Lilionarciſſus albus maritimus major, Hiſt. *Oxon.*

Eſt inter Hexapetalas tricapſulares, radicibus bulboſis proprie dictis. Nota Characteriſtica.

Narciſſus calidæ & ſiccantis naturæ eſt. Vulnera glutinat. Cujuſcunque Narciſſi radix Vomitum ciet, referente *Cluſio.* Hortulani noſtrates Ruſticis radices pro Vomitu excitando exhibent. Vires.

NASTURTIUM Hortenſe vulgatum, B. P. J. B. Vulgare ſeu Hortenſe tenuiter diviſum, Hort. *Oxon. Common Garden Creſſes.* Officinalis eſt. *Naſturtium.*

Naſturtium Hortenſe criſpum. B. Prodr. Hortenſe criſpum latifolium, Hiſt. *Oxon.* Criſpum, J. B.

Naſturtium Hortenſe latifolium, B. Prodr. Latifolium *Dioſcorideum*, J. B.

Naſturtium *Indicum* majus, B. P. *Indicum* folio peltato ſcandens, J. B.

Sunt inter Siliculoſas tetrapetalas bicapſulares. Nota Characteriſtica.

Vires ſuprà traditæ ſunt.

NICOTIANA major latifolia, B. P. Major, ſive Tabacum majus, J. B. *Broad-leaved Tobacco.* *Nicotiana.*

Nicotiana minor, B. P. Minor capſulâ rotundâ Priapi formâ, floribus luteis minoribus, foliis ſubrotundis obſcurè virentibus, glutinoſis, Hiſt. *Oxon.* Priapeia, quibuſdam Nicotiana minor, J. B. *Engliſh Tobacco.* Officinalis eſt.

Eſt inter Herbas flore monopetalo uniformi è tubo longo in latitudinem expanſo, vaſculo oblongo conoïde. Nota Characteriſtica.

Calefacit, exiccat, expurgat. Salivam commanducata folia cient, ac pituitam detrahunt, Vires.

trahunt, quod etiam pulvis attractus facit. Alvum solvit. Infusum potum Vomitum excitat. Ulcera vetera detergit. Venenatorum morsus senat. Vis quoque Narcotica ei in est.

Nigella. NIGELLA arvensis cornuta, B. P. Melanthium sylvestre sive arvense, J. B.

Nigella latifolia flore majore simplici cæruleo, B. P.

Nigella flore majore pleno cæruleo, B. P. Melanthium capite vel calyce et flore majore pleno, J. B.

Nota Characteristica. Est inter Plantas Multisiliquas seu Corniculatas, loculamentis membranaceis conatis, apicibus tantùm corniculatis, foliis tenuissimè dissectis.

Vires. Extergit, calefacit et siccat, pituitam incidit, et cum Vino pectus expurgat, Menses et urinam promovet, Lac mulieribus auget et oculos purgat, Lumbricos ventris intermit. Cum Aceto maculas, lentigines, durities tumoresque vetustos tollit. *Schwenckfelt.*

Nummularia. NUMMULARIA major lutea, B. P. Nummularia, sive Centimorbia, J. B. *Moneywort.* Officinalis est.

Nota Characteristica. Est inter Herbas flore pentapetaloïde Anomalas, in alis foliorum florens, foliis subrotundis per margines æqualibus.

Vires. *Lolium.* Frigida et sicca est, in Hæmoptysi et Dysenteriâ utilis, adversus Scorbutum commendatur. Vulneraria quoque est. *Simon Pauli.*

Nux Juglans. NUX Juglans, sive Regia vulgaris, B. P. Nux fortè *Persica*, forte *Euboïca Theophrasti*, Regia *Dioscoridis* et *Galeni*, *Persica* et Basilica *Plinii*, J. B. *The Common Walnut-tree.*

Nux Juglans fructu majore et putamine fragili.

Nota Characteristica. Est inter Arbores Nuciferas, tegumento exteriore duro clauso testam obducente, crassiore & carnoso nucleo in quatuor lobos profundè diviso, folio Arboris pinnato.

Vires. Folia digerunt, adstringunt & sudores cient. Cortex radicis medianus dentium dolores sopit. Nucum esus post pisces commendatur. Jejuno stomacho comestæ latos Lumbricos pellunt. Valent contra venena & pestilentiam. Mammarum inflammationibus prosunt. Lignea membrana intercursans adversus Calculum commendatur. Succus exterioris corticis adstringit. Aqua Corticum viridium adversus pestilentiam commendatur. *Schwenckfelt.*

Jüli et cortex, seu potius Liber Nucis Juglandis Arboris, vim insignem Emeticam possident. *Simon Pauli.*

Corticis Nucum exterioris succus expressus in ore gargarizatus ad Uvulæ relaxationem & Gutturis inflammationes valet.

Juglandes virides cum Saccharo conditæ alvum leniter subducunt.

Usus Mechanicus. Oleum è Nucibus expressum ad Lucernas utile est. Pictoribus quoque præfertur ei, quod de Lino exprimitur.

Lignum expetitur ad Scrinia et Tabulas, Lectosque.

CAPUT XVI.

Plantæ à Literâ O *incipientes.*

Ochrus. OCHRUS, sive Ervilia, *Ger.* Ochrus folio integro Capreolos emittente, B. P. Lathyri species, quæ Ervilia sylvestris *Dodonæo*, J. B. Lathyrus folio integro producente bina foliola Capreolos emittentia, Hist. *Oxon.*

Ocimum. OCIMUM vulgatius, B. P. Medium vulgatius et nigrum, J. B. *Common Basil.* Officinalis est.

Nota Characteristica. Est inter Verticillatas herbaceas, floribus in spicas dispositis, Verticillis paulò à se invicem remotioribus.

Vires. Calefaciendi et siccandi vi pollet. Corroborat et restaurat spiritus languidos, Urinas et Menstrua promovet. Semen Cardiacum est.

Olea. OLEA sylvestris folio molli incano, B. P. Olea *Bohemica*, *Matth.* Ziziphus *Cappadocica*, quibusdam Olea *Bohemica*, J. B. *The Bastard or sweet Wild-Olive.* Ex horto

horto Nobilis admodùm Domini de *Newbaith* apud *Gilmertoun* tranſlata fuit in Hortum Medicum.

ONOBRYCHIS foliis Viciæ, fructu Echinato major, B. P. Major ſiliculis Echinatis criſtatis in ſpicâ digeſtis, Hiſt. *Oxon.* Polygalon *Geſneri*, J. B. *Cocks-head, or Saint Foin.* *Onobrychis.*

Onobrychis ſemine clypeato aſpero major, B. P. Major perennis ſiliculis articulatis aſperis, clypeatis rectà junctis, flore ruberrimo, Hiſt. *Oxon.* Aſtragalus *Romanus*, ſive Hedyſarum clypeatum ſiliquâ aſperâ, J. B. *The French Honey-ſuckle.*

Onobrychis arvenſis, ſive Campanula arvenſis erecta, B. P. Campanula glabra minor arvenſis, Hiſt. *Oxon.* Avicularia *Sylvii* quibuſdam floribus purpuroviolaceis, J. B. *Venus Looking-glaſs.*

Onobrychis Violâ pentagonia perfoliata; Hort. Reg. *Bleſ.* Campanula pentagonia perfoliata, Hiſt. *Oxon.*

Onobrychis eſt inter Herbas flore Papilionaceo erectas, Siliquis Echinatis, ſeu aculeatis, aut lævibus. Nota Characteriſtica.

ORIGANUM ſylveſtre foliis variegatis. *Origanum.*

Origanum fiſtuloſum *Canadenſe Cornuti*, Origanum fiſtuloſum *Cornuto*, ſed potiùs Mentaſtrum fiſtuloſum *Americanum.*

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

ORNITHOGALUM umbellatum medium album anguſtifolium, B. P. Vulgare & verius majus & minus, J. B. *The common Star of Bethlehem.* *Ornithogalum.*

Ornithogalum latifolium & maximum, B. P. Spicatum maximum floribus albis innumerabilibus, Hiſt. *Oxon.*

Ornithogalum majus ſpicatum flore albo, B. P.

Ornithogalum exoticum, magno flori minore innato, B. P.

Ornithogalum anguſtifolium majus, floribus ex albo vireſcentibus, B. P.

Eſt inter Hexapetalas tricapſulares, radicibus bulboſis propriè dictis. Nota Characteriſtica.

OROBUS ſiliquis articulatis, ſemine majore, B. P. Sativus, ſive Ervum ſemine anguloſo, ſiliquis inter grana & grana junctis, Hiſt. *Oxon.* Orobus, ſive Ervum multis, J. B. *Ordinary Bitter Vetch.* Officinalis eſt *Orobus.*

Orobus ſylvaticus Viciæ foliis, B. P. Sylvaticus Viciæ foliis, ſiliquis propendentibus, floribus purpuraſcentibus, Hiſt. *Oxon.* Aſtragalus major *Fuchſio*, J. B.

Eſt inter Legumina non ſcandentia ſiliquis propendentibus donata. Nota Characteriſtica.

Orobus calefacit & ſiccat, digerit, aperit, abſtergit, Calculoſis utilis eſt. Vires.

Oxyacantha *Dioſcoridis* ſive Spina acuta Pyri folio, B. P. Pyracantha quibuſdam, J. B. *The ever-green Thorne.*

CAPUT XVII.

Plantæ à Literâ P *incipientes.*

PÆONIA folio nigricante ſplendido, quæ Mas, B. P. Mas, J. B. Officin. *Pæonia.*

Pæonia communis vel Fœmina, *Ger.* Fœmina vulgaris, J. B.

Pæonia fœmina flore pleno rubro majore, B. P. Pæonia fl. pleno rubro, J. B.

Pæonia fœmina flore pleno albicante, *Park.* Parad.

Eſt inter Multiſiliquas ſeu Corniculatas, ſeminibus majuſculis rotundis per maturitatem nigris. Nota Characteriſtica.

Radix ſubtilium partium eſt, leviter adſtringit. Expurgat jecur obſtructum & renes, fœminas à partu purgat, ciet Menſes, Regium morbum ſanat, Epilepſiæ & Vertigini egregiè confert, ad quem uſum præſtat ſemen, ut et ad nocturnas ſuppreſſiones et uteri ſtrangulationem. Vires.

PANAX Paſtinacæ folio, an *Syriacum Theophraſti*? B. P. Sphondylio, vel potiùs Paſtinacæ *Germanicæ* affinis Panax, vel Pſeudocoſtus flore luteo, J. B. *Hercules his All-heal.* Officinalis eſt. *Panax.*

Eſt inter Umbellas ſemine membranaceo ſubrotundo compreſſo, foliis lobatis ſeu pinnatis donatas. Nota Characteriſtica.

Vim habet calefaciendi, emolliendi, attenuandi. Menſes ducit, inflationes in cute diſcutit. Vulneraria quoque eſt. Panacis liquor eſt Opopanax. Vires.

Panicum. PANICUM *Germanicum*, sive Paniculâ minore, B.P. Vulgare, J.B. Officinalis est.

Nota Characteristica. Vires. Est inter Culmiferas grano esculento, Spicatum grano minore & rotundiore.

Refrigerat. siccat, adstringit, alvum cohibet. Plebeiis in quibusdam locis in edulium cedit. Dysentericis prodest. Tostum ex linteo sacculo impositum tormina ventris sedat.

Papaver. PAPAVER Hortense semine albo, B P. Officinalis est.

Papaver Hortense nigro semine, B.P. Officinalis est.

Papaver Erraticum flore pleno, B.P.

Papaver Spinosum, B P J B. Spinosum luteum foliis albis venis notatis, Hist. *Oxon.*

Papaver Corniculatum Violaceum, B P. J B. Cornutum flore Violaceo, Hist. *Oxon.*

Nota Characteristica. Vires. Reliquas species vide in Catalogo Hort. Med.

Papaver Vulgare capitatum multicapsulare est.

Papaveris Erratici Vires suprà traditæ sunt.

Papaveris Hortensis Vulgaris capita cum Melle ad formam Ecclegmatis decocta Tussi ex tenui materiâ, Arteriæ fluxionibus & Cœliacis affectibus auxiliantur. Semen nigrum refrigerat modicè, somnum conciliat, Vertiginem sistit, Tussim lenit, & alias calidas Fluxiones Semen album ad eosdem affectus valet.

Papaveris Corniculati Vis calefaciens, siccans & abstergens est. Radix iis utilis, qui crassa & arenosa cum lotio reddunt & difficulter mingunt.

Pastinaca. PASTINACA latifolia sativa, B. P. Sativa latifolia *Germanica* flore luteo, J. B. *Common Garden Parsnep.* Officinalis est.

Pastinaca tenuifolia sativa radice luteâ, B. P. Sativa, sive Carota lutea, J. B. *The Yellow-rooted Carrot.* Officinalis est.

Pastinaca tenuifolia sativa radice Mali Aurantii coloris.

Pastinaca tenuifolia sativa alba, B. P. Sativa, sive Carota alba, J B.

Pastinaca tenuifolia sativa radice atrorubente, B P. Sativa, sive Carota rubra, J. B.

Nota Characteristica. Pastinaca est inter Umbellas, semine villoso seu hispido.

Latifolia est inter Umbellas, seminibus foliaceis latis, foliis pinnatis, radice carnosâ esculentâ.

Vires. Latifoliæ radix esui aptissima Urinas movet & Menses, Venerem stimulat. Semen Laterum doloribus, Hydropicis & Serpentum morsibus auxilio est.

Tenuifoliæ radix calefacit, siccat, aperit, Venenis resistit, Ventriculo prodest. Rubra alvum emollit, tussim mitigat. Condita radix inter Acetaria est.

Usus Mechanicus. Pastinacæ sativæ atrorubentis radix tenuissimè concisa & in Aceto acerrimo cum modico Aluminis Rupei decocta ad $\frac{3}{4}$ consumptionem, coletur sinaturque inspissari & exiccari, fiet Massa coloris purpurei *Pavonazzo Italis* dicti, quæ molendo cum aquâ gummatâ soluta dabit Atramentum purpureum optimum. *Caneparius* de Atramentis, Descriptione 5 Cap. 7.

Pentaphylloides. PENTAPHYLLOIDES Fragariæ folio, Hort. Reg. *Blef.* Majus erectum flore luteo, ternis foliis Fragariæ instar hirsutis, Hist. *Oxon.*

Pentaphylloides Fruticosum, *J. Raii*, Maximum rectum Fruticosum *Eboracense*, Hist. *Oxon.*

Nota Characteristica. Est inter Fragariæ affines pentapetalas.

Pentaphyllum. PENTAPHYLLUM majus erectum, J. B. Quinquefolium rectum luteum, B. P. Character & Vires suprà traditæ sunt.

Pepo. PEPO oblongus, B. P. *The great long Pompion.* Officinalis est.

Pepo compressus major, B. P.

Pepo, seu Melopepo verrucosus, Hist. *Oxon.*

Nota Characteristica. Vires. Est inter scandentes Pomiferas.

Peponum natura frigida & humida est. Abstergunt, Urinas movent, alvum facilem ac lubricam reddunt, verum facilè corrumpuntur.

Perfoliata. PERFOLIATA vulgatissima, sive Arvensis, B. P. Perfoliata simpliciter dicta, Vulgaris annua, J. B. Officinalis est.

Nota Characteristica. Vires. Ad Umbelliferas semine striato reducitur; foliis est subrotundis à caule perforatis.

Calidæ & siccæ naturæ est, ad Fracturas, Hernias, Strumas & Erysipelata magni usus. *Schwenckfelt.*

Periclymenum. PERICLYMENUM perfoliatum, B. P. J. B.

Periclymenum perfoliatum serotinum flore rubro, Hort. Reg. *Blef.*

Character & Vires suprà traditæ sunt.

PE-

PETASITES minor, B P. Flore albo, Hort. *Eyst.* Albus angulosofolio, J. B. Petasites.
Character & Vires suprà traditæ sunt.

PEUCEDANUM majus *Italicum*, B. P. J. B. *Italian Sow-Fennel.* Peucedanum.

Peucedanum *Germanicum*, B. P. Minus *Germanicum*, J. B. Officin.

Est inter Umbellas, semine membranaceo, subrotundo, compresso, foliis Fœniculaceis donatas. Nota Characteristica.

Excalfacit, attenuat, digerit, ventrem emollit, difficiles partus extrahit. Facit ad Vesicæ cruciatus & Renum distentiones potum. Vires.

PHALANGIUM parvo flore ramosum, B. P. Parvo flore ramosius, J. B. *Small branched Spider-wort.* Phalangium.

Phalangium magno flore, B. P. Phalangium flore Lilii, J. B.

Phalangium *Virginianum* foliis latioribus, radice repente, flore tripetalo cæruleo, Hist. *Oxon.* Allium, seu Moly *Virginianum*, B. P. Appendice.

Est inter Herbas bulbosis affines hexapetalas, radicibus fibrosis. Nota Characteristica.

Phalangium *Virginianum* tripetalum est.

Phalangiorum ictibus & ventris torminibus medetur. Vires.

PHALARIS, J. B. Major semine albo, B. P. *Common Canary-Grass.* Officinalis est. Phalaris.

Phalaris minor semine nigro, Hort. Reg. *Blef.*

PHASEOLUS flore puniceo *Cornuti. Indicus* flore Coccineo, seu puniceo, Hist. *Oxon.* Phaseolus.

Phaseolus albus.

Phaseolus, sive Smilax Hortensis rubra.

Phaseolus fructu eleganter maculato.

Phaseolus minor fructu albo, umbilico maculâ nigrâ notato, Hist. *Oxon.* Nota Characteristica.

Est inter scandentes flore Papilionaceo trifolias, semine Reniformi. Vires.

In cibum veniunt elixatæ cum Butyro & Pipere, alvum emolliunt, pectus dilatant.

Phillyrea folio Ligustri, B. P. Latiusculo folio, J. B.

Est inter Frutices Bacciferos semper virentes, foliis adversis. Nota Characteristica.

PICEA major prima, sive Abies rubra, B. P. Picea *Latinorum*; sive Abies mas *Theophrasti*, J. B. *The Pitch-tree.* Picea.

Est inter Arbores Coniferas, foliis perpetuis ramos undique æqualiter convestientibus, Conis dependentibus longioribus. Nota Characteristica.

PILOSELLA *Indica Cornuti.* Piloselle.

PIMPINELLA maxima *Canadensis*; *Cornut.* Pimpinella.

Pimpinella Sanguisorba major, B. P. Sanguisorba major flore spadiceo, J. B.

Pimpinella Sanguisorba minor lævis, B. P. Sanguisorba minor; J. B. *Garden-Burnet.* Officinalis est.

Pimpinella Agrimonoides, Hort. Reg. *Blef.*

Est inter Herbas flore perfecto, seminibus densiùs stipatis, tetragonis, foliis pinnatis. Nota Characteristica.

Cordialis & Alexipharmaca est, & à Peste & morbis contagiosis præservat, & astringens. In alvi fluxu, hæmorrhagiâ quacunque, & Vulneribus & Ulceribus sanandis eximii usûs. Vires.

PINUS sativa, B. P. Pinus officulis duris, foliis longis, J B. *The Pine-tree.* Pinus.

Pinus sylvestris, B. P. Pinaster *Austriacus* major albus *Clus.* J. B.

Est inter Coniferas Resiniferas fructu squamoso, foliis perpetuis longioribus, binis ex eadem Thecâ seu tubulo exeuntibus. Nota Characteristica.

PISTACIA sylvestris, B. P. Staphylodendron, J. B. *The Bladder-nut.* Pistacia.

Pistacia *Virginiana* sylvestris trifolia, Hort. Reg *Blef.*

Est inter Arbores Nuciferas, tegumento exteriore turgido & Vesicæ instar inflato, in duos loculos dispertito, duobus intus Nuculis, foliis Arboris pinnatis. Nota Characteristica.

PISUM majus quadratum, B. P. Majus floré albo, Hist. *Oxon. Rouncival Peafe.* Pisum.

Pisum Umbellatum, B. P. Comosum erectius, J. B. *Scotish Peafe.*

Pisum fructu majore albo ovato.

Pisum leptolobum, seu sine cortice aut membranâ duriore, Hist. *Oxon.* Pisa sine Cortice duriore, B. P. Sine tunicis durioribus in siliquâ magnâ albâ, J. B.

Pisum Vesicarium fructu nigro albâ maculâ notato, B. P. Halicacabum peregrinum; Cor *Indum*, J. B. Halicacabum peregrinum Vesicarium fructu nigro albâ maculâ notato, Hist. *Oxon.* Nota Characteristica.

Pisum est inter Legumina Capreolis scandentia.

Vires. Piſa exiccant, refrigerant, detergunt. Multùm nutriunt, valentiora præſertim corpora, qualia ſunt Agricolarum.

Plantago. PLANTAGO Roſea, J. B. Latifolia Roſea, floribus quaſi in ſpicâ diſpoſitis, B. P.

Plantago anguſtifolia paniculis Lagopi, B. P. Quinquenervia cum globulis albis piloſis, J. B.

Plantago marina, *Ger.* Coronopus maritima major, B. P. Coronopus maritima noſtras, J. B.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

Platanus. PLATANUS, J. B. Platanus Orientalis verus, *Park.*

Platanus Occidentalis aut *Virginienſis.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Arbores Lanigeras, ſeminibus nudis in Pilulæ majuſculæ velut Echinatæ formam compactis.

Polium. POLIUM montanum luteum, B. P. *Ordinary Poley-mountain.*

Polium montanum album, B. P. Polium *Monſpeſſulanum*, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Verticillatas Fruticoſas, flore galeato & labiato, foliis oblongis & incanis & ad margines crenatis, florum Verticillis in ſpicas breves digeſtis.

Vires. Hepatis, Uteri, Lienis obſtructiones valdè reſerat. Ad Epilepſiam quoque valet.

Polygonatum. POLYGONATUM latifolium vulgare, B. P. Polygonatum, vulgò Sigillum *Salomonis*, J. B. Officinalis eſt.

Reliquas ejus ſpecies vide in Catalogo Horti Med.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas Bacciferas, foliis latioribus nervoſis, flore Cylindroïde.

Vires. Vulnerarium eſt & adſtringens. Fluxiones ſiſtit, Oſſa fracta conſolidat, extrinſecùs Cutem dealbat. Baccæ pituitam per vomitum & feceſſum educunt. Doſis n. 14. aut 15. *Schroderus.*

Polygonum. POLYGONUM minus candicans, B. P. Montanum minimum niveum & ſericeum, Hiſt. *Oxon.* Paronychia *Hiſpanica Cluſii*, ſive Anthyllis nivea, J. B.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

Populus. POPULUS alba, Ἀσπὶς *Theophraſti*, J. B. Alba, quæ λεύκη ab albedine dicitur, foliis majoribus, B. P. *The White Poplar-tree.*

Populus alba foliis minoribus, B. P.

Populus nigra, B. P. Nigra ſive Ἀιγειρος *Dioſcoridis* & *Theophraſti*, J. B. Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Arbores Lanigeras, ſeminibus multis ſimul confertis in fructum quendam oblongum Cylindraceum Julum dictum è foliorum alis exeuntem, foliis latioribus & anguloſis.

Vires. Cortex Populi albæ valet in Iſchiadico dolore adhibita. Succus in foraminibus Populi collectus Verrucas ſanare creditur.

Porrum. PORRUM, J. B. Commune capitatum, B. P. *Common Leeks.* Officinalis eſt.

Porrum foliis eleganter variegatis adinſtar Graminis ſtriati.

Porrum ſectivum Juncifolium, B. P. Sectivum Schœnopraſum quibuſdam, J. B. Cepa ſectilis juncifolia perennis, Hiſt. *Oxon. Cives.*

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas radice bulboſâ graveolentes, floſculis multis è ſummo caulis faſtigio enatis, radicibus proliferis.

Portulaca. PORTULACA latifolia ſive ſativa, B. P. Hortenſis latifolia, J. B. *Garden Purſlane.* Officinalis eſt.

Portulaca Hortenſis folio flavo, Hort. Reg. *Bleſ.*

Portulaca anguſtifolia, ſive Sylveſtris, B. P. Sylveſtris minor ſpontanea, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Herbas flore pentapetalo aut polypetalo, vaſculo ſeminali ſimplici, flore flavo, calyce bivalvi, foliis craſſis, levibus, extremis ſubrotundis.

Vires. Eſtur in Acetariis, refrigerat & humectat. Succus Stomachi æſtuationem mulcet, ſitim mitigat & linguæ fiſſuras ſanat.

Prunus. PRUNUS, *Dod. The Plum-tree.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Prunifera eſt flore albo ſpicioſiore, oſſiculo fructûs compreſſiore et minùs duro.

Alvum emolliunt & Bilem leniunt.

Pſeudodictamnus. PSEUDODICTAMNUS Verticillatas inodorus, B. P. Dictamnum adulterinum, quibuſdam Verticillatum, vel potiùs Gnaphalium Veterum, J. B. *Baſtard Dittany.*

Pſyllium. PSYLLIUM majus erectum, B. P. J. B. *Common Flea-wort.* Officinalis eſt.

Pſyllium *Dioſcoridis* vel *Indicum* crenatis foliis, B. P. *Indicum* foliis crenatis, J. B.

Pſyllium

Psyllium majus supinum, B. P. J. B.

Est inter Herbas flore tetrapetalo uniformi Anomalas, caulibus folioſis, foliis angustis, binis oppositis florum spicis è foliorum alâ egressis. Nota Characteristica.

Emollit, humectat, refrigerat, inspissat. Valet in calidis Fluxionibus, sitim extinguit, lævigat scabritiem faucium & linguæ in ardentibus Febribus. Vires.

PULEGIUM, J. B. Latifolium, B. P. *Common Penny-royal.* Officinalis est. *Pulegium.*

Pulegium angustifolium. J. B. Officin.

Inter Verticillatas herbaceas est. Nota Characteristica.

Partium tenuium est. Menses promovet, Hepaticis confert, Tormina ventris discutit, Calculum & Urinam pellit. Extrinsecùs doloribus Arthriticis convenit. *Schroderus.* Vires.

Succus Plantæ cum Saccharo Cando exhibitus pueris in Catarrho Ferino *Chincough* dicto efficacissimum remedium est. D. *Boyle.*

PULSATILLA folio crassiore & majore flore; B. P. Purpurea, J. B. *The Purple Pasque flower.* *Pulsatilla.*

PYRUS sativa, B. P. *The Pear-tree.* Officinalis est. *Pyrus.*

Est inter Pomiferas foliis deciduis Floriferas fructu turbinato lævi. Nota Characteristica.

Pyra frigida & adstringentia sunt. Cocta præferuntur in cibo. Vires.

CAPUT XVIII.

Litera Q.

QUADRIFOLIUM hortense album, B. P. Trifoliis affinis, Quadrifolium Phæum *Lobelii*, J. B. *Purple-grass.* *Quadrifolium.*

CPAUT XIX.

Plantæ à Literâ R *incipientes.*

RANUNCULUS bulboso flore pleno, B. P. *Ranunculus.*

Reliquas species vide in Catalogo Horti Medici.

Characterem vide suprà.

RAPHANUS niger major rotundus, Hist. *Oxon.* *Raphanus.*

Raphanus niger radice longâ Pyramidali, Hist. *Oxon.*

Raphanus, J. B. Minor oblongus, B. P. *Common Garden Radish.* Officinalis est.

Est inter siliquosas tetrapetalas fungosas non bivalves nec bicapsulares. Nota Characteristica.

Urinam ciet, alvum emollit, pituitam incidit, Asthmaticis & Calculosis utilis est. Vires

RAPISTRUM maximum monospermum, *Cornut*; Raphanistrum monospermum maximum rotundifolium capsulâ rotundâ glabrâ, Hist. *Oxon.* *Rapistrum.*

RAPUM sativum rotundum, J. B. Rapa sativa rotunda, B. P. *Round-rooted Turnep.* Officinalis est. *Rapum.*

Rapum sativum oblongum; J. B. Rapa sativa oblonga seu Fœmina, B. P.

Rapum luteum, Hort. Reg. *Blef.*

Est inter siliquosas tetrapetalas bicapsulares. Nota Characteristica.

Fauces lenit atque Thoracem, valet in Tussi succus assatorum cum Saccharo. Semen abstergit, aperit. Vires.

Rotundæ orbiculus assatus calidissimus post aures applicitus magnâ efficaciâ revellit & capitis & dentium dolores citissimè sedat.

Ex Rapæ semine Oleum elicitur.

RAPUNCULUS esculentus, B. P. Vulgaris campanulatus, J. B. *Rapunculus.*

Rapunculus spicatus, B. P. Corniculatus spicatus, seu Alopecuroïdes, Hist. *Oxon.* Spicatus, sive Comosus albus & cæruleus, J. B.

Nota Characteristica. Est inter Herbas flore monopetalo uniformi, vasculo diviso in loculamenta terna, seminibus in singulis cellulis pluribus exiguis lucidis, conceptaculis seminum oblongis lævioribus.

Vires. Estur radix cruda & cocta in Acetariis cum pipere longo devorata.

Lactis ubertatem facere perhibetur.

Reseda. RESEDA alba, J B.

Rhamnus. RHAMNUS Catharticus, B. P. J. B. Solutivus, sive Spina Infectoria vulgaris, *Park Common Purging Thorn.*

Rhamnus Catharticus minor, B. P. Rhamnus solutivus pumilus *Pannonicus* primus *Clusii*, J. B

Rhamnus Salicis folio angusto, fructu flavescente, B. P. Rhamnus vel Oleaster *Germanicus*, J. B.

Nota Characteristica. Est inter Frutices Bacciferos spinosis foliis deciduis, foliis brevioribus & latioribus, Baccis per maturitatem nigris.

Vires. Baccæ purgant Bilem, pituitam & maximè serosos humores.

Usus Mechanicus. Ex hujus Baccis elicitur Color (quem *Sap-Green* vocant) qui Pictoribus & Infectoribus accommodatissimus est, si Baccæ legantur Autumno, cum maturitatem assecutæ nigræ evaserint, & tusæ in vase æreo asserventur. Si Messis tempore lectæ, arefactæ ac tusæ in aquâ & alumine macerentur, Croceum præbent colorem. Si circa Festum S. *Martini* in Arboribus adhuc hærentes legantur, Puniceum dant colorem. *J. Raius* in Catalogo Plantarum circa *Cantabrigiam.*

Rhus. RHUS *Virginianum*, B. P. J. B. *Virginian Sumach.*

Ricinus. Rhus Myrtifolia *Monspeliaca*, B. P. Rhus *Plinii* putata, J. B.

RICINUS major vulgaris, B. P. J. B. Officinalis est.

Rosa. ROSA rubra, B. P. J. B.

Rosa *Provincialis* flore rubro.

Rosa *Damascena*, *Park.* Purpurea, B. P.

Rosa lutea simplex, B. P.

Rosa lutea multiplex, B P.

Rosa punicea *Cornuti.*

Rosa Moschata simplici flore, B. P.

Rosa Moschata flore pleno, B. P.

Rosa sylvestris odora, sive Eglanteria flore duplici, *Park.* Parad.

Rosa Arborescens non descripta.

Reliquas species vide in Catalogo Horti Medici.

Nota Characteristica. Rosa Frutex est Pomiferus spinosus, flore speciosо odorato, cum plurimis intus Apicibus.

Vires. De Rosis integrum Tractatum scripsit *Johannes Carolus Rosenbergius*, quem *Rhodologiam* inscripsit.

Rosa omnis refrigerat & adstringit.

Rosa rubra id valentissimè præstat. Robur cordi conciliat & tremori ac palpitationi ejus succurrit, sanguinis undiquaque eruptiones sistit, sudores nimios reprimit.

Rosa incarnata *Damascena* quibusdam solutiva est, & ex eâ Syrupus Rosarum pallidarum conficitur.

Ex Rosâ albâ aqua stillatitia conficitur.

Rosa Moschata alvum jucundiùs ciet.

Rosæ sylvestris flores magnâ quoque adstringendi vi præditi sunt, fructus vi lithontripticâ maximè commendantur.

Pulpa aciditate suâ in Febribus utilis est, & Conserva ex eâ ad Scorbuticos affectus & ad sanguinis sputum. *Plinius* vires radicis Rosæ sylvestris in morsu Canis rabidi prædicat. Hist. Nat. Lib. 2. Cap. 2.

Bedeguar sive Spongiolæ cineres ad dysuriam & ad vermes repellendos laudantur.

Rosmarinus. ROSMARINUS hortensis angustiore folio, B. P. Coronarius fruticosus, J. B. *Common Rosemary.* Officinalis est.

Rosmarinus Hortensis folio aureo, Hort Reg. *Blef.*

Rosmarinum sylvestre minus nostras, *Park.* Viti Idææ affinis Polifolia montana, J. B. Myrtus tenuifolia *Thalii.*

Nota Characteristica. Rosmarinus est inter Verticillatas Fruticosas, florum verticillis in spicas digestis, ad caulium nodos foliis intermistis.

Vires. Excalfacit, siccat, attenuat, digerit, abstergit, venenis repugnat, ad capitis affectus mirè efficax. Liquor stillatitius Vertiginem & dolores capitis tollit.

RUBIA.

RUBIA Tinctorum ſativa, B. P. Sativa, an Sylveſtris *Monſpeſſulanas* minor? J. B. *Common Madder.* Officinalis eſt. *Rubia.*

Rubia minor è Rupe S. *Vincentii.*

Rubia erecta quadrifolia, J. B.

Rubia Cynanchica, B. P. J. B. Gallium tetraphyllum montanum cruciatum, *Col.*

Rubia anguſtifolia ſpicata, B P.

Eſt inter Herbas ſtellatas dictas, floribus tetrapetalis, quibus bina plerumque ſuccedunt ſemina. Nota Characteriſtica.

Rubia jecur & lienem extergit, obſtructiones aperit, urinam ducit. Vires.

Radices in tingendis Lanis ad coloris rubri præparationem adhibentur. Herba Vaſa ex Plumbo candido extergit. Uſus Mechanicus.

RUBUS minor fructu cæruleo, J. B. Repens fructu cæſio, B. P. *Rubus.*

Rubus Idæus fructu albo, B. P. Idæus ſpinoſus fructu albo, J. B.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

RUSCUS, B. P. J. B. *Butchers Broom.* Officinalis eſt. *Ruſcus.*

Ruſcus eſt inter Frutices Bacciferos ſemper virentes epiphylloſpermas, foliis aculeatis. Nota Characteriſtica.

Radix aperitiva eſt. Semen adverſus Calculum commendatur. Cauliculi recentis in Acetariis ſumuntur. Vires.

RUTA Hortenſis latifolia, B. P. Hortenſis, vel Sativa, J. B. *Garden Rue.* Officinalis eſt. *Ruta.*

Ruta ſylveſtris magno flore, B. P. *Syriaca* ſylveſtris Harmala dicta, flore magno albo, Hiſt. *Oxon.* Ruta quæ dici ſolet Harmala. Officinalis eſt.

Ruta eſt inter Herbas flore tetrapetalo uniformi Anomalas, Vaſculo ſeminali in quaterna loculamenta partito, loculamentis ſuperiore parte aliquouſque disjunctis & in angulos eminentibus, foliis in plures lobos diviſis, glaucis, glabris. Nota Characteriſtica.

Tenuium eſt partium, craſſos & lentos humores incidit & attenuat. Semen lethalium Venenorum Antidotum eſt. Vires.

Retulit mihi D. *Mien.* Med. Doctor, ſe *Patavii* oculatum fuiſſe teſtem Curationis cujuſdam à Viperâ morſi. Is cum totus à Veneno per Venas ſerpente tumeret, & jam animam agere videretur, advocatus Presbyter, ut Confeſſione auditâ morientem abſolveret. Is conſpecto ſucco Rutæ (quem tunc fortè exprimebant in Pharmacopolio, ubi caſus acciderat) hauſtum ejus moribundo exhibuit, quo epoto, quaſi incantamento quodam, ſubitò reſtitutus eſt bonæ valetudini.

CAPUT XX.

Plantæ à Literâ S *incipientes.*

SABINA folio Tamariſci *Dioſcoridis*, B. P. Sterilis, J. B. *Common Savine.* Officinalis eſt. *Sabina.*

Quæ fructum fert inter Frutices Bacciferos ſemper virentes eſt. Nota Characteriſtica.

Excalfacit & ſiccat, Urinam ducit, Menſes provocat. Vires.

SALIX ſativa lutea folio crenato, B. P. Lutea tenuior ſativa viminea, J. B. *The Oſier.* *Salix.*

SALVIA major, an Sphacelus *Theophraſti*? B. P. Latifolia, J. B. *Common Sage.* Officinalis eſt. *Salvia.*

Salvia nigra, B. P. Nigra vel rubra, J. B.

Salvia latifolia ſerrata, B. Prodr. Serrata criſpa, J. B.

Salvia minor aurita & non aurita, B. P. Minor auriculata, J. B.

Salvia minor alteta, B. P. Salvia Abſinthium redolens, J. B.

Salvia Baccifera, B. P. Gallifera *Cretica*, J. B.

Reliquas ſpecies vide in Horti Catalogo.

Eſt inter Plantas Verticillatas Fruticoſas, flore galeato & labiato grandi, in ſpicis laxis è verticillis aliquantulum diſtantibus compoſitis. Nota Characteriſtica.

Vires. Calefacit, siccat & leviter adstringit. Capiti & cerebro conducit & in pituitosis affectibus utilis est. In vino pota omne venenum expellit, urinam pellit, Menstrua promovet, Sensuum ac Memoriæ vim intendit, Nervos roborat.

Sambucus. SAMBUCUS fructu in Umbellâ viridi, B. P.
Sambucus racemosa rubra, B. P. Racemosa acinis rubris, J. B.
Sambucus foliis laciniatis, B. P Laciniata, J. B.
Sambucus humilior frutescens foliis eleganter variegatis.
Sambucus Aquatica flore globoso pleno, B. P. Rosea, J. B.
Character & Vires suprà traditæ sunt.

Sanicula. SANICULA montana rotundifolia major, B. P. Alpina guttata, J. B.
Sanicula montana crenata umbilico rubro, Hort. Reg. *Blef.*
Sanicula Alpina, vel Auricula Ursi variorum colorum.
Sanicula montana latifolia laciniata, B. P. Cortusa, J. B.
Sanicula, sive Cortusa *Americana* fruticosa, *Park. Americanâ*, sive Cortusa *Americana. Stapel.* in *Theophrastum.*

Nota Characteristica. Auricula Ursi dicta est inter Herbas flore pentapetaloïde Anomalas.

Saponaria. SAPONARIA vulgaris, J. B. Major levis, B. P. Lychnis Saponaria dicta vulgaris major simplex, Hist. *Oxon. Common Sopewort.* Officinalis est.
Saponaria flore pleno, *Cornut.*

Nota Characteristica. Lychnidis species est inter pentapetalas ut plurimùm ad medium bifidas bicapsulares.

Vires. Attenuat, aperit, sudorifera est, Menses provocat. Decoctum ejus in Lue Venereâ commendat *Septalius.* Extrinsecùs Ptarmica est, Tumores ac præcipuè Panos discutit. *Schrod.*
Folia Fonticulis imposita Hederaceis præstant.

Usus Mechanicus. Maculas unctuosas Vestium tolli, si cum Saponariâ herba laventur, extra controversiam verum est. J. B.

Satureia. SATUREIA Hortensis, sive Cunila sativa *Plinii*, B. P. Sativa, J. B. *Summer-Savory.*
Satureia montana, B. P. Durior, J. B.

Nota Characteristica. Est inter Verticillatas Fruticosas flore galeato & labiato in spicam congesto.

Vires. Calefacit, incidit, discutit, appetentiam excitat, hebetes oculos exacuit, ex flatu strangulatus sedat.

Scabiosa. SCABIOSA montana calidarum Regionum, Major *Lobelio*, J. B. Fruticans angustifolia alba, B. P.
Scabiosa Alpina foliis Centaurii majoris, B. P.
Scabiosa peregrina rubra Capitulo oblongo, B. P.
Scabiosa Arborea, *Prosper. Alp.* Exot. Stellata folio non dissecto, B. P.
Reliquas species vide in Catalogo Horti Med.
Character & Vires suprà traditæ sunt.

Scandix. SCANDIX *Cretica* major, B. P. Pecten *Veneris Creticus*, J. B.

Scilla. SCILLA vulgaris radice rubrâ, B. P. Ruffa magna vulgaris, J. B. *Great Squill*, or *Sea-Onyon.* Officinalis est.

Nota Characteristica. Est inter Herbas radice bulbosâ tunicatâ aphyllas, floribus in singulis caulibus pluribus.

Vires. Calefacit, siccat, aperit, incidit, abstergit. Cum Melle & Aceto paratum Oxymel ejus Vomitum etiam tenacium humorum benignè provocat. Assa inuncta prodest Verrucis & Pernionibus.

Scolymus. SCOLYMUS Chrysanthemus annuus, Hort. Reg. *Blef. The Annual Golden Thistle.*

Scordium. SCORDIUM, B. P. J. B. *Water-Germander.* Officinalis est.

Nota Characteristica. Scordium est inter Plantas Verticillatas herbaceas, floribus galeâ carentibus, labiatis foliis & facie Chamædryos vulgaris.

Vires. Alexipharmacum ac sudoriferum est, in Peste & Pestilentialibus Febribus magni usûs, & in Viscerum obstructionibus. Extrinsecùs mundificat ulcera & vulnera, lenit dolores Podagricos, Schrod. Succus ejus, seu pulvis valet ad Lumbricos ventris.

Scorpioides. SCORPIOIDES Bupleuri folio, B. P. Scorpioïdes Bupleuri folio corniculis asperis, hirsutis, minùs contortis, Hist. *Oxon.* Scorpioïdes, J. B. *The great rough Caterpillers.*
Alias ejus species vide in Catalogo Horti Med.

Scorzonera. SCORZONERA latifolia sinuata, B. P. Tragopogon *Hispanicum*, sive Scorzonera, J. B. Officinalis est.

Scor-

Scorzonera foliis nervoſis, B. P.

Eſt inter pappoſas lacteſcentes, calyce florem vix excedente. Nota Characteriſtica.

Integrum Tractatum de Scorzonerâ ſcripſit *Joh. Michael Febr.* Vires.

Radix guſtu dulcis & jucunda præſentaneo eſt remedio adverſus Viperarum cæterorumque venenatorum Animalium ictus, quinetiam ad quoſcunque Peſtiferos Morbos. In Cibum quoque venit.

SCROPHULARIA flore luteo, B. P. Lutea magna amplis foliis, J. B. *Scrophularia.*

Scrophularia folio Urticæ, B. P. Flore rubro *Camerarii*, J. B.

Scrophularia Ruta Canina dicta vulgaris, B. P. Scrophularia tertia *Dodonæi* tenuifolia Ruta Canina quibuſdam vocata, J. B.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

SECURIDICA lutea major, B. P. Securidica verâ, plurimis floſculis luteis Corymbi modo diſpoſitis, ſiliquis latis compreſſis, inter granum & granum junctis, ſeminibus quadratis, Hiſt. *Oxon.* Securidica flore luteo, ſiliquâ latâ oblongâ, J. B. *The Greater Hatchet-Vetch.* *Securidica.*

Securidica ſiliquis planis utrinquè dentatis, B. P. Lunaria radiata *Robini*, J. B. Aſtragalus purpureus annuus peregrinus, ſiliquis utrinque Serræ ſimilibus, Hiſt. *Oxon.*

Securidica lutea minor corniculis recurvis, B. P. Altera, ſive Minor, J. B. Aſtragalus luteus annuus *Monſpelienſis* procumbens, Hiſt. *Oxon.*

SEDUM majus vulgare, B. P. J. B. *Common Great Houſleek* Offici. *Sedum.*

Sedum Echinatum vel ſtellatum flore albo, J. B. Cotyledon ſtellata, B. P.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

SELINUM Sii foliis, *Ger.* *Selinum.*

SERPYLLUM foliis Citri odore, B. P. Citri odore, J. B. *Limon-Thyme.* *Serpyllum.*

Serpyllum aureum, ſive verſicolor.

SERRATULA, B. P. J. B. Vulgaris flore purpureo, *Park. Saw-wort.* *Serratula.*

Eſt inter Herbas flore ex floſculis fiſtularibus compoſito, capitatas vulgò dictas, foliis ad margines ſerratis, Capitulis minoribus. Nota Characteriſtica.

Vulneraria eſt. Ulcera mundat & carne replet, Hæmorrhoïdum dolores mulcet, Enterocelas ſanat, contuſis & ab altò devolutis confert tum radix in Vino decocta, tum folia. Vires.

SIDERITIS vulgaris hirſuta erecta, B. P. Vulgaris hirſuta, J. B. *Common Iron wort.* *Sideritis.*

Officinalis eſt.

Sideritis arvenſis anguſtifolia rubra, B. P. Ladanum Segetum quorundam flore rubro, J. B.

SILIQUA edulis, B. P. Siliqua Arbor, ſive Ceratia, J. B. *The Carob-tree.* *Siliqua.*

Siliqua ſylveſtris rotundifolia, B. P. *Judaica* Arbor, J. B. *Judas tree.*

SISARUM multis, J. B. Siſarum *Germanorum*, B. P. *Skirrets.* Officin. *Siſarum.*

Eſt inter Umbellas ſemine ſtriato minore, foliis lobatis ſeu pinnatis donatas. Nota Characteriſtica.

Siſarum in cibo ſtomacho gratiſſimum eſt. Radices appetentiam invitant, genituram augent. Vires.

SISON, quod Amomum Officinis noſtris, B. P. Siſon, ſive Officinarum Amomum, J. B. *Baſtard Stone-Parſley.* *Siſon.*

SMILAX aſpera fructu rubente, *Prickly Bind-weed with red Berries.* *Smilax.*

SMYRNIUM peregrinum rotundo folio, B. P. *Creticum* perfoliatum, J. B. *Smyrnium.*

SOLANUM Officinarum, B. P. Hortenſe, ſive Vulgare, J. B. Officin. *Solanum.*

Solanum Veſicarium, B. P. Halicacabum vulgare, J. B. *Common Winter-cherry.* Officin.

Solanum Fruticoſum Bacciferum, B. P. Strychnodendros, J. B.

Solanum tuberoſum eſculentum, *Matth.* Edit. *Bauh.* Pappas *Americanum*, J. B. *Virginian Potatoes.*

Solanum Pomiferum fructu rotundo ſtriato molli, B. P. Mala aurea odore fœtido, quibuſdam Lycoperſion, J. B. Officin.

Solanum Pomiferum, ſive Pomum amoris fructu ſtriato molli aureo.

Solanum fœtidum pomo ſpinoſo oblongo, B. P. Stramonia altera major, ſive Tatura quibuſdam, J. B. Officin.

Solanum fœtidum pomo ſpinoſo oblongo, flore Violaceo.

Solanum fœtidum pomo grandibus aculeis donato, Hort. Reg. *Bleſ.*

Solanum *Mexicanum* flore magno, B. P. Mirabilia *Peruviana*, *Park.* Parad.

Soldanella. SOLDANELLA Alpina rotundifolia, B. P. Soldanella Alpina quibuſdam, J. B.

Sonchus. SONCHUS lævis laciniatus muralis parvis floribus, B. P. Lactuca ſylveſtris mu-rorum flore luteo, J. B.

Sorbus, J. B. Sativa, B. P. *The true Service-tree.* Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Pomiferas foliis deciduis floriferas, fructu tecto membranâ tenuiore, foliis pinnatis, ſeminibus folliculis membranaceis incluſis.

Vires. Sorba, dum adhuc lutea, alvum ſiſtunt.

Materies ligni ſolidiſſima eſt. Ad menſas parandas expetitur. J. *Bauhinus.*

Spartium. SPARTIUM Arboreſcens ſeminibus Lenti ſimilibus, B P. Geniſta Juncea, J. B. *Spaniſh Broom.*

Spiræa. SPIRÆA *Theophraſti Cluſio, Ger.* Frutex ſpicatus foliis Salignis ſerratis, B. P. *Mock-Willow.*

Stachys. STACHYS major *Germanica*, B. P. Stachys Fuchſii, J. B. *Baſe Horehound.*

Staphis agria. STAPHIS agria *Dod.* J. B. *Louſe-wort.* Officinalis eſt.

Stœbe. STOEBE major foliis Cichoraceis, mollibus, lanuginoſis, B. P. *Salamanticenſis* prior Cluſio, ſive Jacea Intybacea, J. B.

Stœbe major Calyculis non ſplendentibus, B. P. Centaurii majoris ſpecies tenuifolia, J B.

Stœbe Caliculis argenteis, B. P. Scabioſa ſquamata argentea, J. B.

Nota Characteriſtica. Ad Capitatas flore ex floſculis fiſtularibus compoſito reducitur.

Stœchas. STOECHAS purpurea, Stœchas *Arabica* vulgò dicta, J. B. Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Verticillatas Fruticoſas, Verticillis florum in ſpicas breviores diſpoſitis, cum foliis in ſummâ ſpicâ.

Vires. Calefacientis eſt naturæ. Cerebrum & Nervos mundat & roborat.

Symphytum. SYMPHYTUM, Conſolida major, B. P. Magnum, J. B. Officin.

Symphytum majus tuberoſâ radice, B. P. Symphytum tuberoſum, J. B.

Symphytum maculoſum, ſive Pulmonaria latifolia, B. P. Pulmonaria *Italorum* ad Bugloſſum accedens, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Aſperifolias ſeminibus ſplendentibus & velut politis, floribus cylindraceis tubuloſis, foliis amplis longis.

Vires. Vulnerarium præſtantiſſimum eſt, in alvi fluxionibus, eroſione Pulmonum ac Phthiſi multi uſûs, *Schrod.*

Extrinſecùs radices tuſæ ad dolores Podagricos alioſque leniendos valent.

Syringa. SYRINGA cærulea, B. P. Flore cæruleo, ſive Lilac, J. B.

Syringa flore lacteo, ſive argenteo, *Park.* Parad.

Syringa, ſive Lilac flore ſaturatè purpureo.

Syringa alba, ſive Philadelphus *Athenæi*, B. P. Flore albo, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Arbores ſiliquoſas, ſiliquis brevibus floribus cæruleis in ſurculis ſeu racemis oblongis.

CAPUT XXI.

Plantæ incipientes à Literâ T.

Tamarix. TAMARIX altera folio tenuiore, ſive *Gallica*, B. P. Major, ſive Arborea *Narbonenſis*, J. B. *The ordinary French Tamarisk-tree.* Officinalis eſt.

Tanacetum. TANACETUM foliis criſpis, B. P. Criſpum flore luteo, J. B.

Tanacetum, ſive Flos *Africanus* major flore pleno, B. P. Tagetes maximus rectus flore maximo multiplicato, J. B.

Tanacetum *Africanum* majus ſimplici flore, B. P. Tagetes maximus rectus flore ſimplici ex luteo pallido, J. B.

Tanacetum *Africanum*, ſive Flos *Africanus* minor, B. P. Tagetes *Indicus* minor ſimplici flore, ſive Caryophyllus *Indicus*, ſive Flos *Africanus*, J. B.

Tanacetum *Africanum*, ſive Flos *Africanus* minor flore pleno, B. P. Tagetes *Indicus* multiplicato flore, J. B.

Tanacetum, ſive Flos *Mexicanus* flore fiſtuloſo ſimplici, B. P.

Tana-

Tanacetum, ſive Flos *Mexicanus* flore fiſtul ſo pleno, B. P.

TELEPHIUM repens folio deciduo, B. P. Anacampſeros minor rotundiore folio ſemper virens, J. B. *Telephium.*

Telephium repens folio non deciduo. Polygonum perenne procumbens folio breviore, floribus in Capitulum congeſtis, Hiſt *Oxon.*

TEUCRIUM, B. P. Teucrium multis, J. B. *Teucrium.*

Teucrium peregrinum folio ſinuoſo, P. B. *Bæticum & Creticum Cluſii*, J. B.

THALICTRUM majus ſiliquâ anguloſâ aut ſtriatâ, B. P. Nigrius caule & ſemine ſtriato, J. B. *Thalictrum.*

Thalictrum *Canadenſe*, *Cornut.* Thalictrum *Canadenſe* ſiliquâ ſeminis triquetrâ & caulibus ſubrubentibus, Aquilegiæ foliis, D. *Moriſon.* Sect. de Plantis Umbelliferis.

Nota Characteriſtica.

Eſt inter Umbellas impropriè dictas.

Vires.

Folia Thalictri alvum nonnihil commovent. Ad Calculum à quibuſdam commendatur, ab aliis ad Icterum.

Thapſia.

THAPSIA Carotæ folio, B. P Thapſia Carotæ facie. J. B.

Thapſia Thalictri folio, D. *Magnol.*

Thlaſpi.

THLASPI arvenſe Vaccariæ incano folio majus, B. P. Vulgatius, J. B.

Thlaſpi umbellatum *Creticum* Iberidis folio, B. P.

Alias ſpecies vide in Catalogo Horti Med.

Nota Characteriſtica.

Eſt inter Siliculoſas tetrapetalas bicapſulares.

Vires.

Semen Thlaſpios viribùs ad Sinapi accedit. Valet in Menſibus ciendis & Iſchiadicis affectibus curandis. Extrinſecùs abſtergit Ulcera manantia, inſuperque Ptarmicum eſt, ſed minùs vulgare. *Schrod.*

Thuia.

THUIA *Theophraſti*, B. P. Arbor vitæ, ſive Paradiſiaca vulgò dicta, odorata ad Sabinam accedens, J. B.

Thymum.

THYMUM vulgare folio tenuiore, B. P. Vulgare rigidius folio cinereo, J. B. *Common Garden-Thyme.* Officin.

Nota Characteriſtica.

Eſt inter Verticillatas Fruticoſas flore galeato & labiato, florum verticillis in ſpicas breves & habitiores digeſtis.

Vires.

Calefacit & ſiccat, aperit, Urinam & Menſes provocat, Viſcera expurgat.

Tilia.

TILIA fœmina folio majore, B. P. Vulgaris Platyphyllos, J. B. *The Common Female Linden-tree.* Officinalis eſt.

Tilia fœmina folio minore, B. P. Tilia folio minore, J. B.

Nota Characteriſtica.

Eſt inter Arbores Vaſculis ſeminalibus membranaceis, membraniſve exrantibus alatis, aut adjunctis auctis donatas, ſeminum ſeu fructuum pediculis appoſitis floribus ſuaveolentibus, fructu rotundo Piſi magnitudine, ſemine intus unico, foliis latis mucronibus acutis, Populi nigri ferè figurâ.

Vires.

Cortex & folia ſiccant, repellunt, Urinam & Menſes cient. Extrinſecùs ambuſtis conveniunt. *Schrod.*

Baccæ in pulverem redactæ in Dyſenteriâ aliiſque alvi profluviis, in Hæmorrhagiâ Narium Naribus inditæ ſummoperè laudantur.

Florum odor ſuavis. Aqua horum deſtillata utilis ad Epilepſiam, Apoplexiam, Vertiginem, Cordis tremorem, Calculum Renum & ſanguinem concretum.

Folia extrinſecùs in Aphthis & pedum tumoribus diſcutiendis conveniunt. *Helmontius* potu è Tiliâ facto Vulnera recentia ſanabat.

Uſus Mechanicus.

In cortice Tiliæ interiore Phylicâ dictâ recenti adhuc olim ſcriptitatum.

Sutores Tabulis ex hujus Ligno factis ad ſecanda Coria utuntur, & Sculptores Simulachrorum ex hujus materiâ Simulachra exculpunt: lævis enim, tenax facilè ſecatur, diu durat, nec teredini obnoxia eſt.

Cortex arboris lentus & tenax Funibus texendis idoneus eſt.

TITHYMALUS Characias rubens peregrinus, B. P. Tithymalus Amygdaloïdes, ſive Characias, J. B. *Great French Wood-Spurge.* *Tithymalus.*

Tithymalus latifolius *Hiſpanicus*, B. P.

Tithymalus arvenſis latifolius, *Ger.* Manicus, B. P. Platyphyllos *Fuchſii*, J. B.

Tithymalus ſylvaticus lunato flore, B. P. Tithymalus lunato flore *Columnæ*, *Park.*

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

TORDYLIUM maximum Sphondylii aculeato ſemine, D. *Moriſon.* Sect. de Umbelliferis. Caucalis maxima Sphondylii aculeato ſemine, B. P. Caucalis major ſemine minùs pulchro hirſuto, J. B. *Tordylium.*

Tordylium minus limbo granulato, ſeu Maximum *Apulum Columnæ*, D. *Moriſon.* Sect.

Sect. de Umbell. Seſeli *Creticum* minus, B. P. Caucalis minor pulchro ſemine, ſive *Bellonii*, J. B.

Tordylium minus limbo granulato *Syriacum*, D. *Moriſon.* Sect. de Plantis Umbellif. Gingidium foliis Paſtinacæ latifoliæ, B. P. Caucalis *Syriaca* cum maximo ſemine, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Umbellas ſemine membranaceo ſubrotundo compreſſo, foliis lobatis ſeu pinnatis donatas.

Vires. Tordylium calidum & diureticum eſt.

Tragacantha. TRAGACANTHA, B.P. Tragacantha *Maſſilienſis*, J. B. Officinalis eſt.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Frutices flore Papilionaceo ſpinoſos, ſpinis rectis, longis rigidis, foliis incanis, nullo in extremâ alâ impari folio.

Tragopogon. TRAGOPOGON purpurocæruleum Porri folio, B. P. Flore purpureo, J. B.

Tragopogon Coronopi folio majus, B. P.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

Trifolium. TRIFOLIUM Bitumen redolens, B.P. Aſphaltites, ſive Bituminoſum odoratum, J. B.

Trifolium Cochleatum fructu latiore, B. P. Medica ſcutellata, J. B. Medica Cochleata major δίκαρπος fructûs capſulâ rotundâ, globoſâ, ſcutellatâ, Hiſt. *Oxon.*

Trifolium Cochleatum, ſive Medica Cochleata major δίκαρπος fructûs capſulâ compreſſâ, orbiculatâ, nigrâ, planâ oris criſpis, Hiſt. *Oxon.*

— Eadem fructûs capſulâ turbinatâ, planâ, Hiſt. *Oxon.*

— Turbinata, rugoſa, Hiſt. *Oxon.*

Trifolium Cochleatum, ſive Medica Cochleata ſpinoſa major δίκαρπος, ſeu capſulâ rotundiore majore ſpinis paucioribus & rigidioribus, Hiſt. *Oxon.*

Trifolium Cochleatum folio cordato maculato, B. P. Medica Cochleata minor πολύκαρπος annua, capſulâ majore albâ, folio cordato maculâ fuſcâ notato, Hiſt. *Oxon.* Medica Echinata glabra cum maculis nigricantibus & ſine illis, J. B.

Trifolium Echinatum arvenſe, B. P. Medica Echinata minima, J. B.

Trifolium fructu Echinato, foliis eleganter diſſectis, D. *Magnol.*

Trifolium ſiliquâ Cornutâ, ſive Medica, B. P. Medica major erectior floribus purpuraſcentibus, J. B. Medica ſativa, ſive Trifolium ſativum ſiliquâ cornutâ magis tortili, Hiſt. *Oxon. Burgundy-Hay.*

Trifolium ſylveſtre luteum ſiliquâ cornutâ, vel Medica fruteſcens, B.P. Medica ſylveſtris fruteſcens, vel Trifolium Falcatum, ſeu Medica ſiliquâ cornutâ tortili, Hiſt. *Oxon.*

Et hæc Legumina trifoliata ſunt.

Trifolium Acetoſum Corniculatum luteum majus rectum *Indicum*, ſeu *Virginianum*, Hiſt. *Oxon.*

Vires. Ejuſdem eſt cum Lujulâ facultatis.

Trifolium Hepaticum flore ſimplici, B. P. Hepaticum, ſive Trinitatis herba flore cæruleo, J. B.

— Flore ſimplici albo.

Flore ſimplici rubro.

Trifolium Hepaticum flore pleno, B. P. Cæruleo pleno, *Park.* Parad.

— Rubro.

Triticum Indicum. TRITICUM *Indicum*, J. B. Frumentum *Indicum Mayz* dictum, B. P.

Tulipa. TULIPA flore ſimplici præcox & ſerotina variorum colorum.

Tulipa ſerotina flore pleno, B. P.

Tulipa minor lutea *Italica*, B. P. Minor lutea πολύκλωνος Hiſt. *Oxon. Bononienſis* flore luteo, J. B.

Nota Characteriſtica. Eſt inter Hexapetalas tricapſulares radicibus bulboſis propriè dictis.

CPAUT XXII.

Plantæ à Literâ V incipientes.

Valeriana. VALERIANA Hortenſis, Phu folio Olus-atri, B.P. Valeriana major radice odoratâ, J. B.

Valeriana foliis Calcitrapæ, B.P.

Valeriana

Valeriana rubra, B. P. Latifolia rubra, J. B. Marina latifolia, ſeu Major Rubra *Dodonæi*, *Moriſon.* Sect. de Umbell.

— Alba.

Valeriana Urticæ folio flore albo, *Cornut.* Cacalia *Americana*, *Park.*

Valeriana *Græca* quorundam cærulea, J. B. Valeriana cærulea, B. P.

— Flore albo.

Valeriana, ſeu Valerianella Cornucopoïdes peregrina, ſeu *Siciliana*, D. *Moriſon.* Sect. de Plantis Umbellif. Peregrina ſeu *Indica*, J. B.

Nota Characteriſtica.

Umbella eſt improprie dicta, ex iis quæ abeunt in Pappos.

Vires ſuprà traditæ ſunt.

Verbaſcum.

VERBASCUM nigrum flore ex luteo purpuraſcente, B. P. Foliis viridibus perenne, floribus lureis racematim provenientibus, ſtaminulis purpuraſcentibus, Hiſt. *Oxon.* Nigrum flore parvo luteo, apicibus purpureis, J. B.

Verbaſculum pratenſe odoratum, B. P. Sylveſtre Salvifolium exoticum folio rotundiore, J. B.

Verbaſcum luteum.

VERBASCULUM pratenſe odoratum, B. P. Primula Veris odorata flore luteo ſimplici, J. B. *The Common Field-Cowſlip.* Officinalis eſt.

Verbaſculum p'oliferum, B. P. Primula Veris Caulifera Prolifera odorata, J. B.

Verbaſculum, ſive Paralyſis flore flavo ſimplici inodoro abſque Calycibus, *Park.* Parad.

Verbaſculum, ſive Paralyſis flore geminato inodoro, *Park.* Parad.

Verbaſculum, ſive Primula flore geminato purpureo abſque Calycibus.

Verbaſculum, ſive Primula Veris flore viridi ſimplici, *Park.* Parad. Primula Veris floribus obſcurè virentibus fimbriatis, J. B.

Verbaſculum ſylvaticum magno plenoque flore, B. P. Primula Veris floribus plenis ex ſingularibus pediculis, J. B.

Verbaſculum *Turcicum*, ſive Carcichec *Turcarum*, Hiſt. *Oxon.* Carcichec *Turcarum*, ſive Primula Veris *Conſtantinopolitana*, *Cornut.*

Verbaſculum *Turcicum*, ſive Carcichec *Turcarum* flore albo,

— Flore obſoleto,

— Flore eleganter rubro,

— Flore purpureo minore.

Nota Characteriſtica.

Verbaſculum eſt inter Herbas flore pentapetaloïde Anomalas.

Vires.

Folia & flores capiti & nervoſo generi amica in Apoplexiâ & Paralyſi & Articulorum doloribus adhibentur.

Florum ſuccus maculas rugaſque faciei, & alia Cutis vitia mirificè detergit. Decoctum radicum ſingulare remedium eſt ad Vertiginem. D. *Hulſe.* Succus foliorum & florum cum lacte Vaccino naribus hauſtus Cephalalgiam inveteratam perfectè curavit. D. *Hulſe.*

Acetum radicibus imprægnatum ac loco Errhini in nares attractum odontalgiam mirabiliter ſedat *Schrod.*

Veronica.

VERONICA ſpicata latifolia, B. P. Major latifolia erecta, Hiſt. *Oxon.* Major latifolia foliis ſplendentibus, J. B.

Viburnum.

VIBURNUM Vulgo, B. P. Lantana Vulgo, aliis Viburnum, J. B. *The Wayfaring tree.*

Nota Characteriſtica.

Eſt inter Frutices Bacciferos foliis deciduis non ſpinoſos, floribus & fructibus in Umbellas digeſtis, foliis incanis.

Vitia.

VICIA flore luteo pallido ſiliquis hirſutis craſſis brevibus erect. Hiſt. *Oxon.*

Vicia Seſamoïda, *Apula*, *Col.* Aſtragalus luteus annuus *Bæticus* maritimus rectus, Hiſt *Oxon.* Fœnugræco ſylveſtri *Tragi* in quibuſdam accedens Planta, J. B.

Viola.

VIOLA Martia multiplici flore, B. P. Martia purpurea flore multiplicato majore, J B

Viola Martia alba, B. P. Martia flore albo odorato, J. B.

Viola Martia flore pleno cineritio.

Viola Martia inodora hirſuta, Hiſt. *Oxon.*

Viola Martia arboreſcens purpurea, B. P. Erecta flore cæruleo & albo, Hiſt. *Oxon.* Viola ſurrectis cauliculis, quibuſdam Arborea dicta, J. B.

Character & Vires ſuprà traditæ ſunt.

Viola Lunaria major ſiliquâ oblongâ, B. P. Lunaris longioribus ſiliquis, *Ger.* Lunaria minor ſiliquâ longiore, J. B. Leucoium majus perenne ſiliquâ lunatâ longâ mucronatâ, Hiſt. *Oxon.*

Viola Lunaria major siliquâ rotundâ, B. P. Lunaria major siliquâ rotundiore, J. B. Leucoium Lunarum, sive Lunarium latisolium majus annuum siliquâ rotundâ, flore Violaceo, seu subcæruleo, Hist. *Oxon.*

Virga aurea. Virga aurea major, vel *Doria*, B. P. Alisma *Matthioli*, sive *Doria*, J. B. *Dorias's Wound wort.*

Virga aurea angustifolia serrata, B. P. Aurea angustifolia serrata, sive Solidago *Saracenica*, J. B.

Virga aurea latifolia serrata, B. P.

Virga aurea *Mexicana*, B. P. Aurea Limonii folio, paniculâ uno versu dispositâ, Hort. Reg. *Blef.*

Virga aurea foliis Linariæ, Linaria aurea *Tragi*, *Ger.* Linaria folioso capitulo luteo major, B. P. Heliochrysum *Tragi*, sive Linaria tertia, J. B.

Character & Vires suprà traditæ sunt.

Vitex. VITEX foliis angustioribus Cannabis modo dispositis, B. P. Agnus folio non serrato, J. B. Officinalis est.

Nota Characteristica. Est inter Frutices seminibus nudis, flore simplici, flosculis & seminibus in summis ramulis in spicas congestis.

Vires. Semen iis utile, qui se à Venereis puros cupiunt. Venenatis ictibus auxiliatur.

Vitis. VITIS Vinifera, *Fuchs. The Vine-tree.*

Vitis laciniatis foliis, *Cornut*

Nota Characteristica. Est inter Bacciferos foliis deciduis, Capreolis, & fructu in racemis dulci succulento.

Vires. Folia refrigerant & adstringunt, adversus Hæmorrhagiam & Dysenterias utilia.

Cinis sarmentorum urendi vim habet & ad Cauteria usurpatur.

Urtica. URTICA urens pilulas ferens, Prima *Dioscoridis* semine Lini, B. P. Urtica *Romana*, sive Mas cum globulis, J. B. Officin.

Urtica *Romana* facie Parietariæ.

Character & Vires suprà traditæ sunt.

Litera Y.

Yucca. YUCCA foliis Aloës, B. P. Hist. *Oxon. The supposed Indian Jucca*, or *the Root whereof the Bread Cazava is made.*

Hic libuit egregium Poëma D. *Joh. Barclay* nostratis de Nutritione & Vegetatione Plantarum apponere. *Euphorm. Part.* I.

Germina, quæ latè, primùm surgentibus arvis;
Undantem vestitis humum, cùm pallida cœlo
Cedit hyems, fessæque inspirant mollius auræ;
Vos mihi, quæ primis tellus alimenta ministret
Imbribus, unde novo lætentur jugera Vere,
Dicite, quæ succis felicibus augeat annos,
Quæ fera Tartareas Virtus animaverit Herbas.
Vos mihi Naturæ Penetralia pandite vestræ,
Et quo quisque modo Divûmque, hominumque recentes
Induerit Truncos; quis origine Truncus ab ipsâ
Mitibus æternas reparârit Solibus Umbras.
Sic vos humenti, sic aureus evocet aura
Dux Amphionidum: nec vos aut Seirius urat,
Aut Notus, & fragiles rumpant mala Nubila Culmos.
Viderat æthereos latè gemmantibus Ignes
Collucere Polis & toto Sydera mundo
Alma Parens Tellus, tum quæ curvamina flectit
Solis iter, totum distinguens circulus annum,
Tum quæ fixa sibi posuere cubilia stellæ,
Et quæ multiplici properant, unáque recedunt
Astra viâ, semperque suis sibi cursibus obstant.
Ipsa sinus vacuos, & inerti squalida cultu
Brachia protendens, nudosque ad Sydera vultus,
Naturam alloquitur supplex. Quid me optima, dixit,
Æternùm cessare jubes, & in ocia solvi?
En Soror assiduis evolvere Monstra laborat
Fluctibus, & tantos numerat jam Tethys Alumnos,
Naiadaque, Glaucumque *vehens, Divosque biformes:*
Ipsa, pudet, vidi liquidum per Inane Volucres
Deferri, & nullo desertos Aëre Calles.
Ecce sui Cœlo Fœtus, & nocte coruscâ
Tot volvisse Faces, tot Lumina ferre superbit.
Sola vaco. Mœstis meditantem plura querelis
Respicit, & blando vultu Natura serenat.
Tunc, erat Hyberno qualis sub Frigore, Nimbus
Cogitur, & niveæ candescit mole Pruinæ;
Talis Humus, sic illa rigens, sic Orbe Nivali
Pendebat, gelido nonnunquam interluta Nereo.
Hic primùm ingentes aperit Natura recessus,
Visceraque, arentesque sinus, venasque capaces,
Atque illi tacitum lambendo serpere Pontum
Imperat, inde aliis iterum prorumpere terris,
Iam Sale mutato Ripisque minoribus actum.
Illic & toto liquidum mox Aëra Cœlo
Ire jubet, gelidæque domus umbrante caverna
Iam fieri Fontes, purisque excurrere campis.
Utque satis pingui maduerunt jugera limo,
Nec latebris hiat ulla sitis, tum pectore toto
Incubuit Titan, fœcundaque lumina misit.
Protinus innumero tenues examine Culmi
Prorupere solo. Pars mollibus humida Ripis
Tollitur, illa jugis, hæc Valles induit imas.
Qualis ineat Cœlo facies, cùm luce coruscâ
Pallida purpureos succendunt Syderâ vultus.
Primus ab Eois, gelidâ mox alter ab Arcto,
Unus ab Occiduis, alter micat Ignis ab Austris.
Sic fœtæ Telluris honos nunc pectora cernit,
Nunc virides crevisse humeros, fœtuque recenti
Exultat, latéque suos miratur honores.

Partis Secundæ Libri Secundi Finis.

PRO-

INDEX

Plantarum ad Paginam referens, ubi recenſentur variæ earum ſpecies, unà cum earum Notâ Characteriſticâ & Viribus tam Medicis, quàm Mechanicis.

A.

Abies, ejus Nota Characteriſtica, Locus natalis & Vires, pag. 6
Abrotonum, ejus Nota Characteriſtica & Vires, 66
Abſinthium, 6. & 67
Ejus Nota Characteriſtica, Locus natalis & Vires, 7
De Abſinthio integros Tractatus qui ſcripſerunt, 6
Acacia, ejus Nota Characteriſtica, & Vires, 67
Acanthium, ejus Nota Characteriſtica, Vires Medicæ & Uſus Mechanicus, *ibid.*
Acanthus, ejus Nota Characteriſtica & Vires, *ibid.*
Acarna, ejus Nota Characteriſtica, *ibid.*
Acer, 7. & 67.
Ejus Nota Characteriſtica, Locus natalis & Vires, 7
Acetoſa, 7. 67. 68
Ejus Nota Characteriſtica & Vires, 7
Aconitum, ejus Nota Charact. & Vires, 68
Acorus, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid.*
Adiantum, ejus Nota Charact. Locus & Vires, 7. 8
De Adianto vero quis ſcripſit, 8
Adonis, ejus Nota Charact. 68
Ægilops, ibid.
Æthiopis, ibid.
Ageratum, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid.*
Alaternus, ejus Nota Characteriſtica & Uſus Mechanicus, *ibid.*
Alcea, 8. 68
Ejus Nota Charact. Locus & Vires, 8
Alchimilla, ejus Nota Charact. Locus & Vires, *ibid.*
Alliaria, ejus Nota Charact. Locus & Vires, *ibid.*
Allium, 8. 68. 69
Allii Nota Charact. & Locus, 8
Allii Vires, 69
Alnus, ejus Nota Charact. Locus, & Vires Medicæ & Mechanicæ, 8. 9
Aloë, 69
Alſine, 9. 69
Ejus Nota Charact. Locus & Virēs, 9
Althæa, ejus Nota Charact. & Vires, 69.
Alyſſon, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid*
Amaranthus, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid.*
Ambroſia, ejus Nota Charact. Locus & Vires, 9
Amim, ejus Nota Charact. & Vires, 69
pag.
Amygdalus, ejus Nota Charact. & Vires; 69. 70
Anagallis, 9. 70
Ejus Nota Charact. Locus & Vires, 70
Anagyris, ejus Nota Charact. & Vires Medicæ & Mechanicæ; *ibid.*
Anchuſa, ejus Nota Charact. Locus & Vires, 9. 10. 70
Anarоſæmum, ejus Nota Charact. & Vires, 10. 70
Anemone, ejus Nota Charact. 10. 70
Anethum, ejus Nota Charact. & Vires, 70
Angelica, ejus Locus, Nota Charact. & Vires, 10. 70
Aniſum, ejus Not. Charact. & Vires, 70
Anonis, 10. 70
Ejus Nota Charact. Vires & Locus, 10
Anthyllis, 70
Antirrhinum, ejus Nota Charact. & Vires, 70. 71

pag.
Aparine, 10. 71
Ejus Locus, Nota Charact. & Vires, 10
Apium, ejus Nota Charact. & Vires, 71
Apocynum, & ejus Nota Charact. *ibid.*
Aquilegia, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid.*
Arbor Judæ, ibid.
Arbutus, & ejus Nota Charact. *ibid.*
Argemone & ejus Nota Charact. *ibid.*
Ariſarum, *ibid.*
Ariſtolochia, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid.*
Arum, 10. 72
Ejus locus, Nota Charact. & Vires, 10. 11
Arundo, 11. 72
Aſarum, ejus Nota Charact. & Vires, 72
Aſclepias, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid.*
Aſparagus, ejus Nota Charact. & Vires, ibid.
Aſperula, 11. 72
Aſphodelus, ejus Locus, Nota Charact. & Vires, 11. 72
Aſplenium, ejus Locus, Nota Charact. & Vires, 11
Aſter, ejus Nota Charact. & Vires, 72. 73
Aſtragalus Africanus, ejus Nota Charact. 73
Aſtragali ſylvatici Locus, Nota Charact. Deſcriptio, Vires, 11
Atractylis, 73
Atriplex, 11. 12. 73
Ejus Nota Charact. & Vires, 12. 73
Avena, 12. 73.
Ejus Nota Charact. & Vires, 12
Auricula Muris, 12. 73
Ejus Nota Charact. 12
Ejus Vires, 73
Auricula Urſi. Vide *Sanicula.*

B.

pag.
Balſamina, ejus Nota Charact. & Vires, 73. 74
Barba Capri, 12. 74
Ejus Nota Charact. & Vires, 12
Baba Jovis & ejus Nota Charact. 74
Bellis, 12. 74
Ejus Deſcriptio, Nota Charact. & Vires, 12
Berberis, ejus Nota Charact. Vires Medicæ & Uſus Mechanicus, 74
Beta, ejus Nota Charact. & Vires, 12. 13. 74
Betonica, 13. 74
Ejus Nota Charact. & Vires, 13
Betula, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid.*
Biſolium, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid.*
Biſtorta, 13. 74
Ejus Nota Characteriſt. & Vires, 13
Blattaria & ejus Nota Charact. 74. 75
Blitum, 13. 75
Ejus Nota Charact. & Vires, 13
Botrys, ejus Nota Charact. & Vires, 75
Braſſica, 13. 75
Ejus Nota Charact. & Vires, 75
Brunella, ejus Nota Charact. & Vires, 13
Bryonia, ejus Nota Charact. & Vires, 75
Bugloſſum, ejus Nota Charact. & Vires, 13. 76
Bulbocaſtanum, ejus Nota Charact. & Vires, 13
Buphthalmum & ejus Nota Charact. 76

Burſa Paſtoris & ejus vires, 13. 14
Burſæ Paſtoris affinis, 76
Buxus, eius nota charact. Vires Medicæ & Uſus Mechanicus, ibid.

C.

Cachrys, eius nota charact. et vires, 76
Capa, eius nota charact. & vires, ibid.
Calamintha, eius nota charact. & vires, 14. 76. 77
Calceolus Mariæ, 77
Caltha, eius nota charact. et vires, ibid.
Calthæ paluſtris nota charact. et vires, 14
Campanula, 14. 77
Eius nota charact. et vires, 14
Campanula pratenſis. Vide *Trachelium*,
Cannabis, eius nota charact. & vires, 14
Carduus, 15. 77
Eius nota charact. et vires, 15
Carlina, eius nota charact. et vires, 77
Carpinus et eius Uſus Mechanicus, ibid.
Carum, eius nota charact. et vires, ibid.
Caryophyllata, 15. 77
Eius nota charact. et vires, 15
Caryophyllus, eius nota charact. et vires, 16. 78
Caſtanea, eius nota charact. et vires, 78
Caucalis, 16. 78
Eius Locus, nota charact. et vires, 16
Cedrus, eius nota charact. et vires, 78
Centaurium minus, eius nota charact. et vires, 16
Centaurium maius, eius nota charact. et vires, 78
Ceraſus, 16. 78
Eius nota charact. et vires, 16
Cerinthe et eius nota charact. 79
Chærephyllum, 16. 79
Eius nota charact. et vires, 79
Chamæceraſus, ibid.
Chamæciſtus vulgaris, eius nota char. et vires, 16
Chamædrys, eius nota charact. et vires, 17. 79
Chamæiris, 79
Chamæmelum, eius nota charact. et vires, 17. 79
Chamæmeſpilus, 79
Chamæmorus, eius nota charact. et vires, 17
Chamæpitys, eius nota charact. et vires, 79
Chelidonium, eius nota charact. et vires, 79. 80
Chondrilla, eius nota charact. et vires, 80
Chryſanthemum, eius nota charact. et vires, 17. 80
Cicer, eius nota charact. et vires, ibid.
Cichoreum pratenſe, 17
Cichorium, eius nota charact. et vires, 80
Cicuta, eius nota charact. vires Medicæ et Uſus Mechanicus, 17
Cicutaria, 80
Cinara, eius nota charact. et vires, ibid.
Circæa. Vide *Solanifolia*,
Ciſium, eius nota charact. & vires, 17
Ciſtus, eius nota charact. & vires, 80
Clematis, eius nota charact. & vires, 80. 81
Clinopodium, eius nota charact. et vires, 17. 81
cnicus, eius nota charact. et vires, 81
cochlearia, 17. 18. 81
Eius nota charact. et vires, 18
cochlearia curioſa Tractatus *Molenbroccii*, 81
colchicum, et eius nota charact. ibid.
colutea, eius nota charact. et vires, ibid.
conſolida, 18. 81
Eius nota charact. et vires, 18
conſolida major. Vide *Symphytum*.
convolvulus, 18. 81
Eius nota charact. et vires, 18
conyza, eius nota charact. et vires, 82
corallina. Vide *Muſcus*.
coriandrum, eius nota charact. et vires, 82
cornus, eius nota charact. Uſus Mechanicus et vires Medicæ, 18. 82
coronopus ſylveſtris, et eius nota charact. 18
corylus, 18. 82
Eius nota charact. Vires Medicæ et Uſus Mechanicus, 18
cotyledon, eius nota charact. et vires, 18. 82
cruthmum, eius nota charact. et vires, 18. 19
cruthmum chryſanthemum, 82
crocus, eius nota charact. et vires, ibid.
cruciata, eius nota charact. et vires, 19
cucumis, eius nota charact. et vires, 82
cucurbita, eius nota charact. et vires, ibid.
cuminum, eius nota charact. et vires, 82. 83
cupreſſus, eius nota charact. vires Medicæ & Uſus Mechanicus, 83
cyanus, 19. 83
Eius nota charact. et vires, 19
cyclamen, eius nota charact. et vires, 83
cynogloſſum, 19. 83
Eius nota charact. et vires, 19
cytiſus, eius nota charact. et vires, 83

D.

Daucus, 83
Dens canis, & eius nota charact. ibid.
Dens Leonis, 20. 83
Eius nota charact. et vires, 20
Dentaria et eius nota charact. 84
Digitalis, 20. 84
Eius nota charact. et vires, 20
Dipſacus, 20. 84
Eius nota charact. et vires, 20
Doronicum et eius nota charact. 84
Draba, ibid.
Dracunculus Hortenſis, eius nota charact. et vires, ibid.
Dracunculus Pratenſis, eius nota charact. et vires, 21

E.

Echium, 21. 84
Echium Marinum, 55
Eius Locus, nota charact. et vires, 21
Elatine, eius nota charact. et vires, 84. 85
Ephemerum Dioſcoridis, 20
Epimedium et eius nota charact. 85
Equiſetum, eius nota charact. vires Medicæ, uſus Mechanicus, 21
Erica, eius nota charact. et vires, ibid.
Eius Uſus Domeſtici & Mechanici, 22
Eruca, 22. 85
Eius nota charact. et vires, 22
Ervilia. Vide *Ochrus*.
Eryngium, 22, 85
Eius nota charact. & vires, 22.
Eryſimum,

Erysimum, 22, 85
Eius nota charact. & vires, 22
Euonymus, eius nota charact. vires Medicæ et Usus Mechanicus, 22, 23
Euonymo similis Arbor *Virginiana*, 85
Eupatorium, 23, 85
Eius nota charact. et vires, 23
Eupatorium Cannabinum, 23, 85
Eius nota charact. 23
Euphrasia, eius nota charact. & vires, ibid.

F.

Faba, eius nota charact. & vires, 85
Fagus, eius nota charact. Vires Medicæ, Usus Mechanicus et Domesticus, 23, 24
Fegopyrum, eius nota charact. Vires Medicæ, & Usus Mechanicus, 86
Ferrum Equinum, & eius nota charact. 85, 86
Ferula, eius nota charact. et vires, 86
Festuca, eius nota charact. et vires, 24
Ficus, eius nota charact. et vires, 86
Filipenaula, eius nota charact. et vires, 24
Filix, eius Locus, nota charact. Usus Medicus, Domesticus & Mechanicus, 24, 25
Foeniculum, eius nota charact. & vires, 86
Fœnum Græcum, eius character & vires, ibid.
Fragaria, 25, 86
Eius nota charact. & vires, 25
Fraxinella, et ejus nota charact. 86
Fraxinus, eius nota charact. Vires *Medicæ* et Usus Mechanicus, 25, 26
Fritillaria & eius nota charact. 86, 87
Fucus, eius nota charact. & vires, 26
Fucus Equiseti facie, 56
Fumaria, eius nota charact. et vires, 26, 87
Fungus, eius nota charact. et vires, 26, 27

G.

Galega, eius nota charact. & vires, 87
Gallium, eius nota charact. & vires, 27
Genista, 27, 87
Eius nota charact. et vires, 27
Genista spinosa, eius nota charact. & vires, ibid
87
Gentiana, 27, 87
Gentianella, 28, 87
Geranium, 28
Eius nota charact. & vires, 87
Gladiolus, eius nota charact. & vires, 28
Glaux et eius nota charact. 87
Glycyrrhiza, eius character et vires, 28
Glycyrrhiza sylvestris et eius nota char. 28, 87
Gnaphalium, 28, 29
Eius nota charact. & vires, 29, 87
Gramen, 29
Eius nota charact. & vires, 88
Gratiola & eius vires, ibid.
Grossularia, eius nota charact. & vires,

H.

Halimus, eius nota charact. & vires, 29, 88
Hedera, 29, 88
Eius nota charact. Vires *Medicæ* et usus *Mechanicus*, 29, 30
Hedera terrestris, eius nota charact. Vires *Medicæ* & Usus *Mechanicus*, 30
Hedysarum, 88
Helenium, ejus nota charact. et vires, ibid.
Helichrysum, 89
Heliotropium, eius nota charact. Vires Medicæ & usus Mechanicus, 89
Helleborus, eius nota charact. & vires, ibid.
Helleborine & eius nota charact. 30
Herba viva, 89
Herba mimosa, ibid.
Hesperis & eius nota charact. ibid.
Hieracium, 30, 89
Eius nota charact. & vires, 30
Hipposelinum. Vide *Smyrnium*.
Holosteo affinis, ibid.
Hordeum, 30
Eius nota charact. & vires, 31, 90
Hyacinthus, 31, 90
Eius nota charact. 31
Hyoscyamus, eius Character & vires, 31, 90
Hypecoum, 90
Hypericum, 31, 90
Eius nota Charact. & vires, 31
Hyssopus, eius nota charact. & vires, 90

I.

Jacea, 31, 90, 91
Eius nota charact. et vires, 31
Jacobæa, 31, 32, 91
Eius nota charact. et vires, 32
Iberis, eius nota charact. et vires, 91
Ilex et eius vires, et Usus Mechanicus, ibid.
Ilex aculeata, eius nota charact. Vires *Medicæ*, et Usus Mechanicus, 32
Quomodo Viscus ex eâ paretur, ibid.
Imperatoria, eius Character et vires, 91
Imperatoriæ affinis, et eius nota charact. 32
Intybus, eius nota charact. et vires, 91
Iris, eius nota Charact. et Vires, 91, 92
Iris Palustris, ejus Nota Charact. Vires *Medicæ* & Usus *Mechanicus*, 32
Isatis, eius Nota Charact. et Vires *Medicæ* et Usus Mechanicus, 92
Juncus, eius Nota Charact. Vires *Medicæ* & Usus *Mechanicus*, 32
Juniperus, 32, 92
Eius Nota charact. Vires *Medicæ* et Usus *Mechanicus*, 33
Gummi *Juniperi* vires, ibid.

K.

Kali, 33, 92
Eius nota charact. Vires Medicæ & Usus *Mechanicus*, 33
Sal *Alkali*, quomodo conficiatur, ibid.

L.

Lactuca Hortensis, eius nota charact. & Vires, 92
Lactuca sylvestris, eius character et vires, 33, 34
Lamium, 34, 92
Eius nota charact. et vires, 34
Lapathum Hortense, 92, 93
Lapathi præstantissimi nostratis vires, 93
Lapathi sanguinei vires, ibid.

De Lapathis & Rhabarbaris quis scripsit, *ibid.*
Laphathum sylvestre, ejus Nota Charact. Vires Medicæ & Usus Mechanicus, 34
Lappa, ejus Nota Charact. Vires Medicæ & Usus Mechanicus, *ibid.*
Larix, 93
Laserpitium, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid.*
Lathyris, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid.*
Lathyrus, & ejus Nota Charact. 35.93
Lavendula, ejus Nota Charact. & Vires, 93
Laureola, ejus Nota Charact. & Vires, 93.94
Laurus, ejus Nota Charact. & Vires, 94
Lens, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid.*
Lens palustris, ejus Nota Char. & Vires, 35
Lepidium, ejus Nota char. & vires, 94
Leucoium, ejus Nota char. & vires, 35.94
Libanotis, & ejus Nota charact. 94
Lichen, ejus Nota charact. et vires, 35
Ligusticum, ejus Nota charact. & vires, 94
Ligustrum, ejus Nota charact. & vires, 95
Lilac. vide *Syringa.*
Lilium, ejus Nota Charact. & Vires, *ibid.*
Lilium Convallium, ejus character & Vires, 35
Limonium, ejus character et vires, 95
Linaria, 35.95
Ejus Nota Charact. et Vires, 35
Lingua Cervina, 35.95
Ejus Nota Char. et Vires, 35
Linum, 35.95
Ejus Character, Vires Medicæ et Usus Mechanicus, 35.36
Lithospermum, 36.95
Ejus Nota Charact. et Vires, 95
Lolium, 36.95
Ejus Nota char. et Vires, 36
Lonchuis, ejus Nota Charact. et Vires, ibid.
Lotus, ejus Nota Charact. et Vires, 36.95
Lunaria, ejus Nota Char. et Vires, 36
Lupinus, ejus Nota Charact. et vires, 95.96
Lupulus, ejus Nota Charact. et vires, 96
Luteola, ejus Nota Charact. vires Medicæ et Usus Mechanicus, 36
Lychnis, ejus Nota Charact. et vires, 36.96
Lysimachia, 37.96
Ejus vires, 37
Lysimachiæ siliquosæ Nota Charact. 96.

M.

Majorana, ejus Nota Charact. et Vires, 96
Malva, 37.96
Malvæ Nota Charact. et Vires, 37
Malus et ejus variæ species, Nota Charact. et Vires, 96.97
Mandragora, 97
Marrubium, 37.97
Ejus Nota charact. et Vires, 37
Marrubium *Cardiaca* dictum et ejus Vires, 97
Marum, ejus Nota Charact. et Vires, ibid.
Matricaria, ejus Nota Charact. et Vires, ibid.
Melampyrum, et ejus Nota Charact. 38.97
Melilotus, 38.97
Ejus Nota Charact. et Vires, 38
Melissa, ejus Nota Charact. et Vires, 97.98
Melo, ejus Nota charact. et Vires, 98
Mentha, 38.98
Ejus Nota Charact. et Vires, 98
Mentha *Sisymbrium* dicta, et ejus Vires, 38
Mercurialis, 38.98
Ejus Nota Charact. et Vires, 38
Mespilus, ejus Nota Charact. et Vires, 98
Mespilus Apii folio, sive *Oxycanthus*, ejus Nota Charact. Vires Medicæ et usus Mechanicus, 38
Meum, ejus Nota Charact et Vires, ibid.
Milium, ejus Nota Charact. et Vires, 98
Millefolium, 38.98
Ejus Nota Charact. et Vires, 38
Moly, et ejus Nota Charact. 98
Morus, ejus Nota Charact. et Vires, 99
Muscus, ejus Nota Charact. et Vires. 38.39
Muscus Maritimus, sive Corallina, et ejus Vires, 39
Myagrum, 39.99
Ejus Nota Charact. et Usus Mechanicus, 99
Myrrhis, ejus Nota Charact. et Vires, 39.99

N.

Narcissus, ejus Nota Charact. et Vires, 99
Nasturtium, 39.40.99
Ejus Nota Charact. 40.99
Ejus Vires, 40
Nicotiana, ejus Nota Charact. et Vires, 99
Nigella, ejus Nota Charact. et Vires, 100
Nummularia, 40.100
Ejus Nota Charact et Vires, 100
Nux Juglans, ejus Nota Charact. Vires Medicæ, et Usus Mechanicus, ibid.
Nymphæa, ejus Nota Charact. et vires, 40.

O.

Ochrus, sive *Ervilia*, 100
Ocimum, ejus Nota Charact. et vires, ibid.
OEnanthe, ejus Nota Charact. et Vires, 40
Olea, 100
Onobrychis, et ejus Nota Charact. 101
Ophioglossum, ejus Nota Char. et Vires, 40
Ophrys, ejus Nota Charact. et vires, 40.41
Orchis, ejus Nota Charact. et vires, 41
Origanum, 41.101
Ejus Nota Charact. et Vires, 41
Ornithogalum, 41.101
Ejus Nota Charact. 101
Ornithopodium, 41
Orobanche, ejus Nota char. et vires, ibid.
Orobus, 41.101
Ejus Nota charact. et vires, 101
Oxycantha, ibid.
Oxycanthus. vide *Mespilus Apii* folio.

P.

Paonia, ejus Nota char. et Vires, 101
Panax, ejus Nota charact. et Vires, ibid.
Panicum, ejus Nota charact. et vires, 102
Papaver, ejus nota charact. et vires, 41.42.102
Parietaria, ejus nota charact. et vires, 42
Pastinaca latifoliæ & tenuifoliæ sativæ, Nota charact. et vires, 102
Pastinacæ tenuifoliæ sylvestris, eius Nota charact. et vires, 42
Pedicularis, et eius Nota charact. ibid.
Pentaphylloïdes & eius Nota charact. 102
Pentaphyllum, 42.102
Eius Nota Charact. et vires, 42
Peplus, eius Nota Charact. & vires, ibid.

Pepo, ejus Nota Charact. & Vires, 102
Perfoliata, ejus Nota Charact. & vires, ibid.
Periclymenum, 42, 102
Ejus Nota charact. & Vires, 42
Perficaria, ejus Nota Charact. & Vires, 43
Petasites, 43, 103
Ejus Nota charact. & vires, 43
Peucedanum, ejus Nota Charact. & vires, 103
Phalangium, ejus Nota Charact. & Vires, ibid.
Phalaris, ibid.
Phaseolus, ejus Nota Charact. & vires, ibid.
Phillyrea & ejus Nota Charact. ibid.
Picea, & ejus Nota Charact. ibid.
Piloſella, 43, 103
Ejus Nota charact. vires Medicæ & Uſus Mechanicus, 43
Pimpinella, ejus Nota Charact. & vires, 103
Pimpinella Saxifraga ejus Nota Char. & vires, 43
Pinus, & eius Nota Charact. 103
Piſtacia, & ejus Nota charact. ibid.
Piſum, 43, 103
Ejus Nota Charact. & vires, 103, 104
Plantago, 43, 104
Ejus Nota Charact. & vires, 43
Platanus, & ejus Nota Charact. 104
Polium, ejus Nota Charact. & Vires, ibid.
Polygala, & ejus Vires, 43, 44
Polygonatum, ejus Nota Char. & Vires, 104
Polygonum, 44, 104
Ejus Nota charact. & *Vires*, 44
Polypodium, ejus Nota Char. & Vires, ibid.
Populus, 44, 104
Ejus Nota Charact. & *Vires*, 104
Porrum, & ejus Nota Charact. ibid.
Portulaca, ejus Nota charact. et Vires, ibid.
Potamogeiton & ejus Nota charact. 44
Potentilla, ejus Nota charact. et Vires, ibid.
Prunus Hortenſis, ejus Character & Vires, 104
Prunus ſylveſtris, ejus Character & Vires, 44
Pſeudodictamnus, 104
Pſyllium, ejus Nota charact. & Vires, 104, 105
Pulegium, ejus Nota Charact. et *Vires*, 105
Pulſatilla, ibid.
Pyrola, ejus Nota charact. et vires, 44
Pyrus, ejus Nota Charact. et Vires, 105

Q.

Quadrifolium, 105
Quercus, ejus Nota Charact. & vires, 45.

R.

Ranunculus, 45, 105
Ejus Nota characteriſtica, 45
Raphanus, ejus Nota charact. et vires, 45, 105
Rapiſtrum, ibid.
Ejus Nota Charact. et Vires, 45, 46
Rapum, ejus Nota charact. et *Vires*. 105
Rapunculus, 46, 105
Ejus Nota Charact. et Vires, 106
Reſeda, 46, 106
Ejus Nota charact. 46
Rhabarbarologia curioſa Tractatus, 93
Rhamnus, ejus Nota Charact. Vires Medicæ et Uſus Mechanicus, 106
Rhodia radix, et eius Vires, 46
Rhus, 106
Rhus Myrtifolia, ejus Nota Charact. et Uſus, 46
Ricinus, 106
Ros Solis, ejus Nota Charact. & Vires; 46
Roſa Hortenſis, eius Nota Charact. et Vires; 106
Roſa ſylveſtris, 46
Roſa Cephiana, ejus Deſcriptio & Locus natalis, ibid.
De *Roſis* quis ſcripſit, 106
Roſmarinus, eius Nota Charact. et Vires, ibid.
Rubia, 46, 107
Ejus Nota Charact. Vires Medicæ & Uſus Mechanicus, 107
Rubus, 46, 107
Ejus Nota Charact. et Vires, 46
Ruſcus, ejus *Nota* Charact. et Vires, 107
Ruta, ejus *Nota* Charact. et Vires, ibid.
Ruta ſuccus nobile contra Viperæ morſum Antidotum; ibid.

S.

Sabina, ejus *Nota* Charact. et Vires, 107
Salix, 47, 107
Ejus *Nota* Charact. Vires Medicæ et Uſus Mechanicus, 47
Salvia, ejus Nota char. et Vires, 107, 108
Salvia Agreſtis. Vide *Scordium*.
Sambucus, 47, 108
Ejus *Nota* Charact. et Vires, 47
Sanicula, 47, 108
Ejus Nota Charact. & Vires, 47
Sanicula Auricula Urſi dicta, ejus Nota Charact. 108
Sanicula montana, ejus *Nota* Charact. et Vires, 48
Saponaria, ejus Nota Charact. Vires Medicæ et Uſus Mechanicus, 108
Satureia, eius *Nota* Charact. et Vires, ibid.
Saxifraga, ejus Nota Charact. et Vires, 48
Saxifraga aurea, ejus Character et vires, ibid.
Scabioſa, 48, 108
Ejus Nota Charact. et Vires, 48
Scandix, 48. 108
Ejus Nota Charact. & Vires, 48
Scilla, ejus Nota Charact. et *Vires*, 108
Scolymus, ibid
Scordium, ejus Nota Charact. & Vires, ibid.
Scordium alterum, ſive Salvia agreſtis, ejus Nota Charact. et *Vires*, 48
Scorpioïdes, 108
Scorzonera, ejus *Nota* Charact. et *Vires*, 108. 109
Scrophularia, 48. 109
Eius nota Charact. et Vires, 48
Secale, eius Nota charact. et vires, ibid.
Securidica, 109
Sedum, 49. 109
Eius Nota Charact. et Vires, 49
Selinum Sii foliis, 109
Senecio, eius Nota Charact. et vires, 49
Serpyllum, 49. 109
Eius Nota Charact. et *Vires*, 49
Serratula, eius Nota Charact. et *Vires*, 109
Sideritis, 49. 109
Sideritidis Anglicæ Nota Charact. et *Vires*, 49
Siliqua, 109
Sinapi, eius Nota charact. et vires, 49
Siſarum, eius Nota Charact. et Vires, 109
Siſon, ibid.
Siſymbrium. Vide *Mentha*.
Sium Crucæ folio, Ejus Nota Charact. et Vires, 49
De hac Plantâ quis ſcripſit, ibid.
Sii aliæ ſpecies, et earum *Vires*, 49. 50
Smilax, 109
Smyrnium, ibid.

Smyrnium, sive *Hippoſelinum*, ejus Nota Charact. & Vires, 50
Solanum, 50. 109
Ejus Nota Charact. & Vires, 50
Solanifolia Circæa dicta, & ejus Nota Charact. ibid.
Solani ſomniferi Deſcriptio & Vires, 56
Soldanella, 50, 110
Eius Nota Charact. & Vires; 50
Sonchus, 50. 110
Ejus Nota Charact. & Vires, 50
Sophia Chirurgorum. Vide *Naſturtium*.
Sorbus Sativa, ejus Nota Charact. & Vires; 110
Sorbus ſylveſtris, ejus Nota Charact. & Vires, 50
Sparganium, & ejus Vires, ibid.
Spartium, 110
Sphondylium, ejus Nota Charact. & Vires, 50
Spinachia. Vide *Lapathum Hortenſe*.
Spiræa, 110
Stachys, ibid.
Staphis agria, ibid.
Stœbe, & eius Nota Charact. ibid.
Stœchas, ejus Nota Charact. & Vires, ibid.
Succiſa, ejus Nota Charact. & Vires, 51
Symphytum, ejus Nota Charact. & Vires, 110
Syringa, & ejus Nota Charact. ibid.

T.

Tamarix, 110
Tanacetum, 51. 110
Ejus Nota Charact. & Vires, 51
Taxus, ejus Nota Charact. Vires Medicæ & Uſus Mechanicus, ibid.
Telephium, 51, 111
Ejus Nota Charact. & Vires; 51
Teucrium, 111
Thalictrum, ejus Nota Charact. & Vires; 51. 111
Thapſia, 111
Thlaſpi, ejus Nota Charact. & Vires, 51. 111
Thuia, 111
Thymum, ejus Nota Charact. & Vires, ibid.
Tilia, ejus Nota Charact. Vires Medicæ & Uſus Mechanicus, ibid.
Tithymalus, 51. 111
Ejus Nota Charact. & Vires, 51
Tordylium, ejus Nota Charact. & Vires, 111, 112
Tormentilla, ejus Nota Charact. vires Medicæ & Uſus Mechanicus, 52
Tragacantha, & ejus Nota Charact. 112
Tragopogon, 52. 112
Ejus Nota Charact. & Vires, 52
Tribulus ibid.
Trichomanes, ejus Deſcriptio, Nota Charact. & Vires, ibid.
Trifolium Hortenſe, & variæ ejus ſpecies, 112
Trifolium pratenſe album, & ejus Vires, 52
Trifolii pratenſis purpurei Vires, ibid.
Trifolium acetoſum vulgare, ejus nota Charact. & Vires, ibid.
Trifolii paluſtris Vires; ibid.
Tripolium, ejus Nota Charact. & Vires; ibid.
Triticum, 52, 112
Ejus Nota Charact. & Vires; 52
Tulipa, & ejus Nota Charact. 112
Tuſſilago, ejus Nota Charact. & Vires, 52. 53
Typha, ejus Nota Charact. & Vires; 53

V.

Valeriana, 53. 112. 113
Ejus Nota Charact. 53. 113
Ejus Vires, 53
Verbaſcum, 53. 113
Verbaſculum, ejus Nota Char. & Vires; 113
Verbena, ejus Nota Charact. & Vires, 53. 54
Veronica, 54. 113
Ejus Nota Charact. & Vires, 54
Viburnum, & ejus Nota Charact. 113
Vicia. 54. 113
Ejus Nota Charact. & Vires, 54
Viola, 54. 113. 114
Ejus Nota Charact. & Vires, 54
Virga aurea, 54. 114
Ejus Nota Charact. & Vires; 54
Vitex, ejus Nota Charact. & Vires, 114
Vitis, ejus Nota Charact. & Vires, ibid.
Vitis Idæa, ejus Nota Charact. & Vires, 54
Ulmus, ejus Nota Charact. & Vires, 54. 55
Urtica, 55. 114
Ejus Nota Charact. & Vires, 55

X.

Xyris, ejus Nota Charact. & Vires; 55

Y.

Yucca, 114

FINIS.

PARS SECUNDA SPECIALIS.

TOMUS SECUNDUS

DE

ANIMALIBUS SCOTIÆ

TAM FERIS QUAM DOMESTICIS

ET DE

MINERALIBUS METALLIS

ET

MARINIS SCOTIÆ.

DE QUIBUS IN LIBRO TERTIO ET QUARTO AGITUR.

EDINBURGI,

Ex Officinâ Typographicâ JACOBI KNIBLO, JOSUÆ SOLINGENSIS & JOHANNIS COLMARII, Sumptibus Auctoris.

Anno Domini M. D C. LXXXIV.

NON
SINIT
ESSE
FEROS
Geo. Main

Domino

ARCHIBALDO STEPHANIDI M. D.

Equiti Aurato, pro Regno SCOTIÆ Medico Regis Primario, & Regii Medicorum Collegii apud EDINBURGUM PRÆSIDI:

Et Domino

ANDREÆ BALFORIO M. D.

Equiti Aurato Medico Regio & REGII Medicorum

COLLEGII CENSORI:

Reliquisque Regii Medicorum Collegii Sociis M. DD. doctissimis & expertissimis.

IN hoc Mundi Theatrum ideo immissi sumus, Collegæ dilectissimi, ut Deum ex Operibus agnoscamus, agnitum propter summam ejus erga nos benignitatem & munificentiam veneremur & toto corde amemus. Ad quos fines non parùm Rerum Naturalium studio promovemur. Etenim sicut Verbo suo de Voluntate suâ nos informat Deus Opt. Max. ita stupendis suis Operibus nos de Potestate sua instruit. Et propterea post Verbum Dei (ut habet summus ille Philosophus Baco Verulamius) Philosophia Naturalis certissima Superstitionis Medicina est, eademque probatissimum Fidei Alimentum. Itaque merito Religioni donatur, tanquam fidissima Ancilla: neque enim erravit ille, qui dixit, Erratis nescientes Scripturas & Potestatem Dei, Informationem de Voluntate et Meditationem de Potestate nexu individuo commiscens et copulans. Nec solùm ad animorum confirmationem et perfectionem facit, sed multa quoque pro vitâ communi utilia suppeditat. Cùm vobis ergo Sacratissima Majestas Regia cum Medicam Praxin regulandi facultatem, tum Medicinam promovendi provinciam demandaverit jure merito vobis inscribitur hæc Scotiæ illustratæ Pars, quæ de Animalibus, Mineralibus et Marinis agit (ad vos enim spectat de hujusmodi rebus Cognitio) et tota hæc Naturalium Scotiæ rerum Historia in vestrum maximè usum adornata fuit, ut haberetis scilicet propeperibus et egenis sublevandis Medicinam, quæ solùm deficiebat: Ditioribus enim per Pharmacopœam à vobis constructam abundè provisum est. Ut autem Opus hoc perficerem, per viginti annos elapsos me Rerum in Scotiâ Naturalium scrutinio & indagationi applicui. Nec successus Cœpto defuit; cùm copiosam satis supellectilem pro Medicinâ Indigenâ invenerim, plurimaque præterea, quæ aliis Artibus illustrandis inservirent. Adeò ut Prodromus hicce vobis pro Historiâ Scotiæ Naturali adornandâ materiam exhibeat, & amplum satis campum aperiat, in quo Ingenia vestra exerceantur. Hic

Hic verò pauca tantùm descripsi, quæ scilicet vel aliis Scriptoribus intacta, vel minùs rectè scripta sunt: rariorumque Figuras Tabulis Æneis incidendas curavi. Nomina omnium selectissima, imò multorum Synonyma apposui, ut, quibus animus esset, ii eadem apud optimos quosque Scriptores inquirere possent. Singulis etiam Notas Characteristicas adjeci. Et quoniam vanam & inutilem puto illam Contemplationem, quæ aliquem in vitâ Usum non habeat, Vires Simplicium, & Usus tam Medicos quàm Mechanicos ex probatissimis Auctoribus adduxi. Subinde quoque eas cogitationes inserui, quæ ad animorum confirmationem & ulteriorem Veritatis detectionem facerent, & mentes nostras ab Externis illis Bonis ad Summi Numinis adorationem transferrent.

Opus autem, quantulumcunque est, subactissimis vestris Judiciis submitto, & Deum Opt. Max. ardentissimis Votis precor, ut vestra Studia in ipsius Honorem, Regis Regnique Commodum, & Regii Collegii Decus & Ornamentum *succedant, vobisque singulis omnia fausta feliciaque proveniant.*

DD. VV.

Addictissimus Servus

Robertus Sibbaldus.

INDEX

Capitum Libri Tertii Partis Secundæ Prodromi Naturalis Historiæ Scotiæ, *ubi agitur de Animalibus* Scotiæ *tam feris quàm domesticis.*

pag.

Præfatio de Animalibus in genere, 1

SECTIO PRIMA.

De Homine.

CAPUT I.

De Hominis dignitate & præstantiâ, 2

CAPUT II.

De singularibus quibusdam Hominibus, ibid.

CAPUT III.

De Medicamentis ex Homine, 5

SECTIO SECUNDA.

De Quadrupedibus.

CAPUT I.

De Quadrupedibus Solidipedibus, 6

CAPUT II.

De Bisulcis Ruminantibus Cornigeris, 7

CAPUT III.

De Bisulcis non Ruminantibus, 9

CAPUT IV.

De Quadrupedibus Digitatis Viviparis, & primò de Digitatis Semiferis, ibid.

CAPUT V.

De Viviparis Digitatis Domesticis, 12

CAPUT VI.

De Quadrupedibus Digitatis Oviparis, 13

SECTIO TERTIA.

De Avibus.

CAPUT I.

De Avibus in genere, 13

CAPUT II.

De Avibus Terrestribus Carnivoris, 14

CAPUT III.

De Granivoris, 16

CAPUT IV.

De Aviculis, 17

CAPUT V.

De Avibus Aquaticis Fissipedibus, 18

CAPUT VI.

De Avibus Palmipedibus, 20

CAPUT VII.

De Avibus quibusdam apud nos, quæ incertæ Classis sunt, 22

SECTIO QUARTA.

De Piscibus.

CAPUT I.

De Piscibus in genere, 22

CAPUT II.

De Piscibus Cetaceis, ibid.

CAPUT III.

De Piscibus Pelagiis Squamosis, 23

CAPUT IV.

De Pelagiis lævibus, ibid.

CAPUT V.

De Piscibus Cartilagineis, ibid.

CAPUT VI.

De Piscibus Marinis, Saxatilibus & Littoralibus, 24

CAPUT VII.

De Marinis simul & Fluviatilibus, ibid.

CAPUT VIII.

De Piscibus Fluviatilibus, 25

CAPUT IX.

De Lacustribus, ibid.

CAPUT X.

De Mollibus seu Molluscis. 26

CAPUT XI.

De Crustatis, ibid.

CAPUT XII.

De Testaceis, sive Cochleaceo genere, ibid.

CAPUT XIII.

De Piscibus quibusdam incertæ Classis, 28

SECTIO QUINTA.

De Zoophytis, ibid.

SECTIO SEXTA.

De Serpentibus, ibid.

SECTIO SEPLIMA

De Insectis.

CAPUT I.

De Insectis in Genere, ibid.

CAPUT II.

De Terrestribus Pedatis Alatis Anelytris, 29

CAPUT III.

De Anelytris Bipennibus, 30

CAPUT IV.

De Coleopteris, seu Vaginipennibus, 31

CAPUT V.

De Insectis non Alatis Sepedis, seu sex pedes habentibus, 31

CAPUT VI.

De Insectis 12 & 14 *Pedum,* 32

CAPUT VII.

De Insectis Multipedis, ibid.

CAPUT VIII.

De Vermibus Hexapodis, 33

CAPUT IX.

De Insectis Apodis, ibid.

CAPUT X.

De Insectis Aquaticis Pedatis, 34

CAPUT XI.

De Aquaticis Apodis, ibid.

Diatribe.

De Anseribus Scoticis, 36

PRODROMI

NATURALIS HISTORIÆ SCOTIÆ PARTIS SECUNDÆ LIBER TERTIUS.

DE ANIMALIBUS SCOTIÆ *tam feris quàm domesticis.*

Prefatio de ANIMALIBUS in genere.

QUicquid extra se in hoc Globo Terraqueo cernit homo; duobus rerum generibus distinctum & disparatum est, quæ Plantæ & Animalia sunt: Mineralia enim Natura altissimè pressit in ipsius Terræ sinu & à nostris oculis subduxit. Plantæ infimum vitæ gradum sortitæ sunt: crescere sc. & suam speciem ex semine propagare deprehenduntur. Ultra hunc vitæ gradum, Animalia (quotquot Terra, Aër, Pontus alit) sentiendi etiam atque movendi facultatem consecuta sunt: hæc enim cum noxia aversari, tum salutaria sectari nôrunt.

Plantarum vita.

Animalium vita.

De Plantis duobus superioribus Libris actum est. Nunc videndum quænam Animalia benignissimus Creator in nostros usus *Scotiæ* concesserit; quod ut ritè peragamus, quædam in genere primò de naturâ Animalium, de eorum differentiis, ortu, nutritione, motu, & de usu quem nobis exhibent præmittenda sunt.

Animal quid.

Animal rationale.

Animal irrationale.

Eorum divisio ex Scripturâ S. & Philosophis.

Animal, *Græcè* Ζῶον, Corpus est vivum Animâ sentiente præditum. Estque vel rationale Homo, cui *Deus* in Creatione Imaginem suam indidit, & inspiravit halitum vitæ duplicis, mortalis & immortalis; vel irrationale Brutum, quod commodissimè ex Sacro Textu in quatuor summa Genera dividitur: *Et præsit Piscibus Maris, & Volatilibus Cœli, & Bestiis, universæque Terræ, omnique Reptili quod movetur in Terrâ.* Communiter autem à Philosophis Animantia in Terrestria, Aquatilia & Aëria dividuntur: ita ut sub Aëris Volatilia, sub Terrestribus Quadrupeda, Multipeda & Apeda, & sub Aquatilibus omnia quæ in Aquis vivunt comprehendant.

Gen. 1. v. 26.

Animalium ortus.

Ortus Animalium multa cum ipsius Universi Natalibus communia habet. Ut enim apud antiquissimos Philosophos, non solùm Ovum, Mundi simulachrum erat, referente *Macrobio*; sed & ἀρχὴ γενέσεως, illitium genituræ in *Orphicis*, memorante *Plutarcho* Sympos. Lib. 2. Cap. 3. & *Athenagorâ* (ut doctissimus „ *Grotius* in Notis ad suum de Veritate Religionis Christianæ Lib. 1. observat) qui Ovi ingentis facit men„ tionem (ex *Orpheo* sc.) quod in duas partes dissilierit, cœlum & terram. Quod ex *Mose* hausisse videtur. Vox enim [*Motabat supra aquas*] incubare quoque notat, quod Ovo convenit. Animantia pariter ex Ovo vel Ovi analogo quodam originem trahere videntur: nunc enim apud plerosque Philosophos receptum est, quòd omnium quidem Animantium Ovum est velut commune primordium, licet quædam vivos fœtus; alia Ova duntaxat procreent.

Saturnal. Lib. 7. Cap. 16.

Philosoph. Vetus & Nova, part. 3. p. 839.

Animalium nutritio & motus unde perficitur.

Nutritio Animalium Alimenti coctione in Ventriculo, Chylique in Sanguinem commutati assimilatione perficitur. Motus, autem Spirituum in Musculos appulsu absolvitur, qui Spiritus, prout Musculos certis partibus insertos impellunt, ita varios in Animantibus Motus producunt.

Animalium usus.

Restat nunc ut de utilitatibus, quas Animalia humano generi conferunt, pauca adjiciamus.

Propter *Deum* conditus est Homo, ut Creatorem suum noscat & omnem vitam in ejus gloriam referat. Propter Hominem autem reliqua Animalia creata sunt: Homini enim tum Alimoniam, tum Medicamenta et Vestitum largiuntur, et variis Artibus ad vitæ humanæ usus necessariis materiam quoque subministrant. Et præterea Canes ad Custodiam faciunt, Feles Alimenta à Muribus defendunt, Equi ad Vecturam adhibentur, etiam Fimo Segetes aluntur; Lusciniæ aliæque Aves canoræ voluptati ancillantur &c.

Sectio Prima
De Homine.

CAPUT I.
De Hominis dignitate & præstantiâ.

POstquam *Deus* pulcherrimam hanc Universitatem cum omnibus suis Ornamentis condidisset, quam, ob magnitudinem & varietatem rerum, lustrare oculorum obtutu, perscrutari mentis acie difficile erat, miro artificio, quasi in exiguâ Tabulâ, in ipso Homine magnam ac admirabilem illam molem describere, imò compendio quodam perfectissimè comprehendere voluit. Ut sicut ipse *Deus* est à seipso Omnia, ita & Homo esset omnia à *Deo* factus. In illo enim incorporeâ corporeis, æterna caducis, inferiora superioribus mirabili nectuntur conjugio. Quandoquidem meliore sui parte (animâ sc.) sui particeps est Auctoris, ad cujus Imaginem factus est, immota hæc quælibet regit stupenda celeritate, & mentis acie cuncta remotissima etiam & abditissima penetrat & rimatur. Alterâ etiam parte, quæ Corpus est, ob erectam figuram & perfectissimam ejus fabricam, Sublunarium Princeps meritò habetur, in quorum meditullio, velut Regiâ, collocatus præest omnibus iisque fruitur quàm jucundissimè. Cum Plantis vegetatur & generat, cum Animalibus sentit & sese movet, & totius Naturæ dotes glorioſiùs repræsentat.

Homo universi Orbis compendium, in Anima & Corpore, idque

Caput editissimâ sui sede Cœlorum sublimitatem, Intellectûs præsentiâ Intelligentiarum Habitaculum refert, cujus tamen ambitu se circumscribi non patitur Anima, sed per totum corpus præsens est, & omnia movet & conservat, totaque est in toto & in qualibet parte corporis: Regiam autem in Corde Corporis Sole & Nectaris vivifici Scaturigine habet.

in Capite,

Thorax, Testudinis concameratæ instar, in amplam cavitatem eductus et fornicatus tumidis in Pulmonibus continet Aërem, in fervido Cordis Fornace Ignem, cui vitalis flammæ vigor proportione respondet, qui tamdiu conservatur, quamdiu respirationis æstus durat. Cessante hoc perenni Aëris Euripo, Hominem extingui necesse est. Et quemadmodum variis Tempestatibus Aër concitatur, sic et Cupiditatum perturbatione vexatur et æstuat homo.

Thorace & Infimo Ventre.

Infimus Venter Aquæ & Terræ Globum repræsentat. In illum tam terrestria illa & solida, quæ comedimus, quàm aquea & liquida, quæ sorbemus, per Cibariam Fistulam descendunt, in Ventriculo confunduntur, invicemque commista diu hærent. Ex hoc per innumeros Venarum Lactearum Rivulos alibilis succus per magnum Flumen Venæ Cavæ in Cor tanquam Oceanum defertur, ex quo postea in omnes Microcosmi campos exundat. Superfluus autem ab irrigatione humor, nempe materia serosa, quæ salsedinem Maris exprimit, in Vesicam, sicut Rivi in Lacum, præcipitatur. Et quemadmodum non omnis Aqua in Lacus aut Mare dilabitur, sed quædam in Vapores exhalat; ita etiam in Microcosmo per insensilem transpirationem & sudorem expirat & per Narium spiracula ceu Ventus efflatur.

Fertur Oceanus per occultos meatuum anfractus, usque dum ex Terræ penetralibus erumpens in Flumina se promat, Oceanum mox repetitura: Sic fertur Sanguis ex Corde per Arteriarum ramosos Canales ad extremas Corporis partes, quousque in Venarum oscula receptus magno impetu ad Fontem suum redeat. Et sic omnia Flumina intrant in Mare, & Mare non redundat: ad locum, unde exeunt, Flumina revertuntur, ut iterum fluant. In Microcosmo Cor est Oceanus: hic per occultos Venarum Abyssos lymphâ infernè, & cœlesti rore desuper per nervos crescit, perque Arterias exundat, & circulari reciproco Microcosmum inundat motu. Et sic benedicitur à Domino Microcosmi Terra à delicatissimis & dulcissimis Cœli fructibus, nec non à Rore & ab Abysso imâ Ventris infernè cubantis.

Rolfincius Dissertatione Anatom.

Sanguinis Circulatio.

Venæ, utut Ramis innumerabilibus fruticantes, unum tamen habent Truncum, quem, ob insignem magnitudinem, *Cavam* appellant. Huic cum reliquis Venis, quasi Oceano cum Fluviis, perpetua continuitas esse solet ac mutuum commercium. Atque hæc dignitatem & præstantiam hominis satis illustrant.

Vena Cava.

CAPUT II.
De singularibus quibusdam Hominibus.

INter alia Historiæ Naturalis Ornamenta à doctis adjici solent quæ circa Homines singularia accidunt, ut proinde, qui vel Ingenii laudè communem hominum sortem supergressi, vel ob prodigiosam corporis structuram, vel mirandam aliquam proprietatem observabiles fuerint, locum ibi habeant. Mirabilis *Crichtonii Scoti* fama, ob mirandas animi corporisque dotes, Europam totam pervasit: non itaque opus est aliquid de eo referre. Huic similis, si non par, fuit *Marcus Alexander Bodius* ob summam doctrinam & præclaram fortitudinem, cujus vita in Membranâ exarata cum mihi consanguinitatis jure obtigerit, & in eâ multa singularia occurrant, operæpretium duxi tam celebris Viri Historiam in publicam lucem emittere.

M. Alexandri Bodii Vita.

Marcus Alexander Bodius Roberti Filius ex Illustrissimâ *Bodiorum* Familiâ, Matre *Gordoniâ*, Genus ad *Scotorum* Primores referebat. Natus est in *Gallovidiâ* Idibus *Januarii*, M. D. LXII. summo Parientis periculo: valido enim nixu erupit dentatus; duosque primores lucis comites raros & præter modum grandes, spretâ Pueritiæ lege, nunquam posuit. Patrem primâ amisit ætate, & lege *Kennethâ* Patrimonio mulctatus, Patrui Archiepiscopi *Glascuensis* summâ curâ & studio, in spem Hæreditatis educatus est. Primam operam Literis dedit *Glascuæ*, *Thomâ Jacchæo* & *Patricio Scharpio* bonas Literas profitente. Sed, elatâ indole & pervicaci, majori Præceptoribus erat oneri, quàm sibi commodo, licet ob

ingenii

ingenii facultatem invitus utriuſque Linguæ Rudimenta poſuerit. Commiſſâ demum cum Artium Profeſſoribus pugnâ, libellos dictataque combuſſit iratus, & omnem cultum Literarum & Diſciplinam ejuravit. Adoleſcens ideò Aulam coluit, et manu promptus animoque vehemente et libero ſingularem pugnam ſemel, tumultuariam pluries obivit, neque ſine gloriæ titulis. Verùm ubi obiiſſet Patruus, et propter animi libertatem Agnatis gravior eſſe cœpiſſet, inierunt rationem, quâ in peregrinas terras ſuâ ſponte abiret, quoad fervor ille animi deferveſceret. Cumque *Belgicam* ſuaderent Militiam, Gallicam ipſe prætulit, et exiguo Viatico venit *Lutetiam*, ubi, occulto veluti Fato, quicquid Peculii habuit, perdidit Aleâ. Tum demum cæpit bonas Artes cogitare: & quando *Gallorum* Nobiles & Viros Militares Profeſſotes colere Regios & illis operam dare advertiſſet, ſecum certò conſtituit Literis incumbere, & hoc in ſtudio eò uſque procedere, quouſque vel ingenii vis, vel fortunæ eum ferret gratia. Audivit igitur *Paſſeratium*, *Marium*, *Genebrardum*, *Guillonium*, tantoque motu animi Chartis inhæſit, ut noctibus dies adjiceret, diebus continuas noctes, ut & vultu & habitu neglecto vix à ſuis noſceretur. Juris autem ſapientiam ſtudiorum ſignum ſibi propoſuit: ergo profectus eſt *Aureliam*, ut *Robertum* Juriſconſultum audiret. Hinc abiit *Biturigas* *Avaracum*, ubi *Jacobum Cujacium* principem ſui temporis. Virum audit, colit, miratur, quin illi factus familiaris, cùm Poëſin Latinam, quæ *Ennii*, *Catulli*, *Cari* ſaperet ſalebras, *Cujacio* gratam perciperet, præter Indolem & Inſtitutum ſic verba affectavit antiquata & rem antiqui genii effinxit verbis parem, ut ad illud natus naturâ *Cujacio* videretur, à quo & naturâ & conſilio maximè abhorreret. Hic primum hujus ſtudii incrementum, in quo poſtea è politiorum cenſu excelluit. Neſcio enim, ſiquis Veterum Elegiâ *Bodium* præire debuit, Hymno neminem *Latinorum* æquaſſe audeo dicere. Verùm illâ tempeſtate in totas *Gallias* Peſtilentia deſæviit, quâ intemperie *Biturigas* deſeruit et *Lugdunum* *Allobrogum* venit. Cumque nihilo ſecius Lues illic ſæviret, ipſe Carbunculo territus abiit in *Italiam*, unde Febris jactatione tandem redire coactus hoc unico ſæpe contabuit, quòd *Cornelii* cujuſdam *Vari* uſu & conſilio carere cogeretur, cui ſe plus quàm reliquis omnibus in re Literariâ debere ſæpe teſtatus eſt. Belli demum Civilis in *Gallis* cinis recaluit, & Religionis ſpecie de Regno partes certare cœperunt. Hic verò cùm armis virtutem ſuam probare quàm Literis non minùs pulchrum putaret, Eques & Pedes diu meruit, & non minimam hoc in genere laudem conſecutus eſt. Poſt *Germanici* verò Exercitus ſtragem, qui ſuppetias *Burbonio* ferebat, *Tholoſam* appulit, ubi ſatis liberè doctis uti, quorum in illâ Civitate magnus numerus, & *Roallis* Juriſconſulti frui doctrinâ illi diu licuit. Hinc iter fecit in *Hiſpaniam*, neque per valetudinem ibi diu moratus rediit *Tholoſam*, ubi degit, donec *Bleſis* in Conventu Ordinum *Guiſii* cecidiſſent, & *Tholoſa* cæſo Magiſtratu à Regiis defeciſſet Imperiis, tum demum res turbari et permiſceri cœperunt. Et quando *Bodius* amicis ſermone, ſcripto, operâ faviſſet, in carcerem Plebis imperio conjectus eſt, et Jeſuitarum odio penè necatus. Sed eruditorum gratiâ abſolutus et dimiſſus venit *Burdigalam*, illinc *Rupellam*, rebus omnibus amiſſis, et à Latronum manu vix incolumis. Verùm et *Rupellam*, propter Cœli gravitatem, exoſus, inque *Pictonum* fines evocatus, ruri cum amicis in ocio vixit ſuaviter, plurimùm bonis Literis, ſed ſæpe etiam, & cum amicorum res poſcebant, præliis intentus. *Minervam* enim et *Martem* ſimul colere ſtuduit: neque facilè ex moribus comperiſſes, cui plus faviſſet. In eruditorum cœtu planè doctum, in militari turba revera militem cenſeres. Erat verò habitu et corporis ſtatu militari viro propior (ut ex ejus Icone, quæ in Tabulis habetur, conjicere licet) procerus, compactus, facie venuſtâ et amabili, oculis nitidis, erecto ſupercilio et flavâ cæſarie, Sermone, ore, voce, geſtu ſe apprimè nobilem indicabat: erat enim liber, venuſtus, ſubtilis, facilis, copioſus, ab invidiâ et avaritiâ omnino remotus. Ignorantium vanitatem ferebat facilè, doctorum petulantiam omnium minimè. Chriſtiani non putabat, ne ingenii quidem ſuſceptâ controverſiâ, dicto vel ſcripto Adverſarii famam lædere et nomen: injuriaſque ſibi illatas ad Militares Leges rapere malebat. *Xenophontem* Philoſophum, *Cæſarem* Hiſtoricum, Poëtam *Maronem* præcipuè miratus eſt. Sed plures Poëtas *Græcos* coluit, imprimis tamen *Heliodorum*. Erat ingenio optimo, felici memoriâ, judicio admirabili. Coctiones et fœdera in re Literariâ ridebat, et ingenii fœtum, non diligentiæ obſervabat. Centonicorum, quorum *Bodii* à nomine maximus numerus, Libros ſæpe eruditos, Auctores ſemper hebetes et ignaros dicebat. *Græcam* Linguam optimè callebat: ſcribebat enim, dictabat, effabatur *Græcè*, idque diſertè et copioſè. Cum de ingeniorum laudibus diſſerere audiret, illud C. *Cæſaris* non magni putabat, in Vehiculo Literas dictare binas, atque alteram ſcribere: ille enim tres ſimul diverſorum idiomatum et rerum dictare ſimul potuit, et omnibus alteram diſſimilem ſcribere. Scripſit plurima juvenis, quorum nihil edidit præter Epiſtolas, quibus totidem *Ovidii* reſpondit, Opus, ut ex eo audivi, inemendatum edidit: Dein Vir Epiſtolas Argumento *Ovidianis* pares. Felix hæc, tenuis, *Latina* et legitima Elegia. Scripſit Hymnos, Opus in ſuo genere primarium. Edidit in *Plinium* dictata, Literas Diales, Monodum Quaternionem. Poëma dedit Heroïcum de Aureâ Pinu; Veneres quatuor, Gratiæ duodecim, Opus nobile, ſubtile, eruditum et ſapiens Æternum Pro P. *Bembo* et pro vetere Eloquentiâ Libellum edidit ad J. *Lipſium*. C. *Cæſaris* Commentaria *Græca* fecit ad *Herodoti* ſtylum, quæ denuò ſuppreſſit: eſſe enim maluit, quàm videri; promereri, quàm conſequi. Ad Vernaculæ Poëſeos principatum tandem aſpiravit et ſine controverſiâ eſt adeptus: nec enim *Bodium* inferiorem *Petrarchâ* et *Ronſardo* dicetis, qui illius Opera cum illorum Græcorumque Monumentis, quos præcipuè imitatur, conferre non gravabitur. Erat certè animo erecto & excelſo, qui ſemper Aulam & majores Magiſtratus cogitarit, & qui figendæ

ſedis cauſam & in ocio vivendi occaſionem ſæpe oblatam neglexerit. Peregre erravit quatuordecim annos. *P. C. Dantonetum* Peregrinationis Comitem ſibi aſſumpſit, quem liberali animo in literis erudivit Hucuſque Membrana, nec ultra.

In *Scotiam* rediit cum conſanguineo ſuo *Johanne Caſſiliſſæ* Comite, ubi paulò poſt Febre lentâ correptus obiit 4. Idus *Aprilis* anno *Chriſti* 1601, in Ædibus paternis dictis *Pinkhill*, anno circiter ætatis ſuæ 38, aut 39. Sepultus eſt in Eccleſiâ de *Dalie*, ubi Majorum Sepulchra ſunt.

Varia reliquit Manuſcripta. Quæ ad me pervenerunt, ſunt

M. *Alexandri Bodii* in Inſtitutiones Imperatoris Commenta 1591. Folio.

L'Eſtat du Royaume d' Eſcoſſe à *preſent*. *Fol.*

Alexandri Bodii Politicus, ad *Joannem Metellanum* Cancellarium *Scotiæ*.

Scriptum de Juriſconſulto, ad *Franciſcum Balduinum*.

Poëta, ad *Corneliam Varum Florentinum*.

Poëmata varia.

Epiſtolæ.

Et nunc relicto Heroë illo, ævi ſui miraculo, alios homines ſingulares proſequamur, à fœcunditate ingenii ad corporis fœcunditatem tranſeuntes.

Fœcunditatis Mulierum *Scotiæ* exempla.

Mulieres noſtræ, etiam apud exteros, præ fœcunditate ſuâ celebres ſunt: nec ſine ratione, cùm multa ejuſdem exempla apud nos occurrant.

Nota eſt mihi illuſtris Domina Baronis Vidua vegetæ adhuc conſtitutionis, licet ſexagenaria ſit, quæ (prout ex ipſius ore habui) Partu & Abortu viginti novem Fœtus edidit, idque in uno conjugio ex uno Viro.

Narravit mihi conſanguineus meus *David Sibbaldus* Baronis *Rankilorii* filius Vexillifer, Se, dum in *Schetlandiâ* cum aliis Præſidiariis degeret, allocutum fuiſſe Maritum & Uxorem *Schetlandicos*, corpore quidem tenui, qui ipſi narrabant (quod & à vicinis confirmatum fuit) habuiſſe ſe in uno hoc conjugio, ex quo Voto obſtricti erant, Fœtus triginta tres, quorum plerique ſacro Fonte tincti erant, pluresque ex iis tum temporis vivebant, nec ullus Conjugum annum tunc quinquageſimum ſuperabat.

Gemellorum partus frequentes. Quædam tres, quædam quatuor uno partu edidit. Fœtus in Tubâ Uteri.

Gemelli quidem uno partu adeò frequentes ſunt, ut vix ſit fœcundior Liberorum Mater, quæ ſuos non numeret.

Dum ego in *Prædio* meo in *Lothianâ* Occidentali commorabar, in Pago vicino *Bathgate* dicto Caponis uxor tres Fœtus edidit. Erat illa fuſci coloris, & habitu corporis tenui.

Imò in variis Regni locis repertæ ſunt Mulieres, quæ quatuor Fœtus uno partu ediderint.

Inter ſingularia quoque Fœtus in Tubâ Uteri, unum hujuſmodi de Muliere noſtrate extractum habet D. *And. Balforius* Eques auratus in Phialâ cum Spiritu Vini conſervatum.

Homines longævi.

Inter ſingulares quoque homines longævi ſunt, cujuſmodi plures *Scoti* ſunt & multi quidem octogeſimum annum attingunt, aliquot etiam nonageſimum, nonnulli centeſimum excedunt, & nuper quidam *Scotus* nomine *Maclanne* in *Northumbriâ* Verbi Divini Paſtor, qui obiit anno (ni fallar) 1659. annum agens ſupra centeſimum decimum ſextum. Et, quod in illo mirum admodùm fuit, anno 1657 tantam vigoris renovationem habuit, ut literas tenuiſſimas ſine conſpicillis legere potuerit, licet per quadraginta annos ante ei neceſſe fuerit iis uti. Capilli quoque ei renovati ſunt. *Britannica Baconica*, pag. 172.

Celebris quoque præ longævitate fuit *Laurentius* quidam *Hethlandicus*, de quo ita *Buchananus* noſter: Salubritatis firmitudo in *Laurentio* quodam noſtrâ ætate apparuit, qui poſt centeſimum annum Uxorem duxit. Centeſimum quadrageſimum annum agens, ſæviſſimo mari in ſuâ naviculâ piſcatum prodibat, ac nuper nullâ vi gravioris Morbi labefactatus, ſed ſenio ſolutus deceſſit. Rerum *Scot.* Lib. I. ad finem.

Abſtemii.

Inter ſingulares quoque Homines ſunt Abſtemii, qui per multos dies à cibo abſtinent, qualis fuit *Joannes Scotus*, de quo ita *Buchananus* noſter. Proximo anno, qui fuit M. D. XXXI. res accidit, novitate quidem admirabilis, & cujus admirationi nihil aut auctoris obſcuritas, aut temporis, omnia diligenter explorantis, curioſitas detraxit. *Ioannes Scotus*, homo nec literis expolitus, nec uſu magno rerum peritus, nec ingenii ſubtilitate ad fraudem appoſitus, cùm in lite quadam ſuccubuiſſet, nec judicatum ſolveret, in Aſylo Cœnobii *Sanctæ Crucis*, aliquam multos dies, ſine cibo & potu ſe continuit. Res divulgata, & ad Regem perlata eſt. Ejus juſſu, veſte mutatâ, & diligenter excuſſâ, in Arcem *Edinburgenſem* ſeorſum ab omnium commercio ſepoſitus, triginta duos dies ab omni cibo humano ſponte abſtinuit. Inde, tanquam re ſatis exploratâ, eductus, nudus in publicum prodiit. Abſtinentiæ quoque per plures dies *Romæ* & *Venetiis* experimenta dedit, ac *Londini*, prope quinquaginta dies continuos victu abſtinuit. Rerum *Scot.* Lib. 14.

Homo Morinelli qualitate præditus.

Singularis quoque ille fuit, de quo Relationem exhibuit Societati Regiæ doctus admodum Vir Sacri Verbi Miniſter, *D. Gardenus*, quæ ita ſe habet. Eſt quidam in hac Regione maximè notabilis ob quiddam ei peculiare, cujus ingenium proclive eſt ad imitandum cunctos geſtus ac motus eorum quibuſcum verſatur, hocque imprudens facit. Ipſi eum nunquam antea videramus: at, inter redeundum, cùm in Valle *Bogianâ*, ubi is habitat, unà eſſemus, quamvis hæc omnia de eo priùs audita eſſent, nonnihil tamen obſtupefacti ſumus, conſpicientes in eo ſingularem hanc qualitatem Avi mimoſæ (quæ *Morinellus* vocatur) propriam. *Donaldus* hic *Monrous* (hoc enim illi nomen) homo ſenex, humilis ſtaturæ, ſimplex & apertus, tenuis & macilenti corporis, huic infirmitati (ut ipſe retulit) à puero obnoxius fuit. Moleſtè fert, ſiquid tale de ipſo obſervetur. Quocirca, quotieſcunque per vias publicas ambulat, oculos ad terram dejicit, & in cunctis hominum congreſſibus lumina avertere ſolet. Sæpiùs eum probavimus, priuſquam conſilium noſtrum perſpexit: quod cùm intellexiſſet, ægrè à nobis detentus eſt. Quàm blandiſſimè cum eo egimus, & tunc animadvertere licebat, eum nos imitari non ſolùm in capite ſcalpendo, verùm etiam in manibus comprimendis, naribus emungendis, brachiis extendendis, &c. Nec nobis neceſſe fuit, humaniter eum compellando, monere, ut caput tegeret: cùm illud ſemper aperiret aut tegeret,

quem-

quemadmodum nos facere vidit. Idque etsi accuratissimè, ita tamen ex naturæ impulsu & procul ab omni affectatione præstitit, ut nullus nobis sit relictus suspicandi locus, eum deditâ operâ hoc fecisse. Cùm utramque ejus manum contineremus, & aliis annueremus, ut ejusmodi motus ostenderent, luctando conatus est se de manibus nostris eripere. Cùm autem ex eo sciscitaremur, quomodo se affectum senserit, hoc tantùm ab eo simplex responsum redditum est, *Cor & Cerebrum suum conturbatum fuisse.*

Inter singulares homines quoque observantur, qui justam staturam multùm excedunt, aut infra eam valde deprimuntur. *Boethius* noster in Regni descriptione refert, quòd servantur in templo *Petteregionis Moraviæ* ossa cujusdam per Ironiam *Little John*, *i.e.* minoris Johannis dicti, quem figura quantitasque Ossium quatuordecim pedum longitudine fuisse demonstrant, pari cum eâ crassitudine. Vidimus enim ipsi abhinc sex annis os coxendicis ipsius non minus longitudine totius cruris humani, crassitudine suræ, cujus in concavitate brachium inseruimus: Quæ prodigiosa moles fuit, & supra nostrorum temporum observationem. Qui duas ulnas, aut sex pedes Geometricos excedunt, varii sunt, etiam hoc tempore. Quod ad eos attinet, qui deprimuntur infra justam staturam, memorabilis est inter *Æbudas*, seu Occidentales Insulas una, quæ Insula *Pygmæorum* dicitur. In hac Insulâ, ut refert *Buchananus*, Fanum est, in quo credunt vicini populi olim *Pygmæos* fuisse humatos. Multi exterorum, terrâ altiùs effossâ, repererunt & adhuc deprehendunt capita parva & rotunda, aliarumque corporis humani partium ossicula, nihil famæ vetustæ derogantia. *Pygmæi* autem Cubitales fuisse dicuntur. Brevis staturæ ejus Insulæ Accolas fuisse, probabile satis est, quales *Lappones*, *Samoyedæ*, & qui intra Arcticum vivunt Circulum.

Homines justam staturam excedentes.

Rerum Scot. Lib. 1.

Homines infra justam staturam depressi.

Pygmæorum Insula.

Reperiuntur quandoque Nani ac Pumiliones, qui tres pedes vix attingunt: & quidam tales nascuntur, quorum corpuscula, quamvis partium ad se invicem proportio constet, non tamen ad debitam surgunt mensuram. Alii tales morbo fiunt: & unum quidem vidi in *Lothianâ* Occidentali, prope Villam de *Elphinstoun*, qui à Rachitide ita contractus erat, ut duos pedes Geometricos cum dimidio non excederet, Liberorum pater.

Nani & Pumiliones.

Proximum locum sibi vendicant Monstra. Ut alia taceam, observabile erat illud anno 1490. tempore *Jacobi* quarti Regis, referente *Buchanano*. Circa hæc tempora (inquit) monstrum novi generis in *Scotiâ* natum est, inferiore quidem corporis parte specie maris, nec quicquam à communi hominis formâ discrepans: umbilicum verò supra, trunco corporis, ac reliquis omnibus membris geminis, & ad usum & speciem discretis. Id Rex diligenter & educandum, & erudiendum curavit: ac maximè in Musicis, quâ in re mirabiliter profecit. Quin & varias Linguas edidicit, & variis voluntatibus duo corpora secum discordia discutiebant, ac interim litigabant, cùm aliud alii placeret: interim, velut in commune consultabant. Illud etiam in eo memorabile fuit, quòd, cùm infernè crura lumbive offenderentur, utrumque corpus communiter dolorem sentiret: cùm verò supernè pungeretur, aut alioqui læderetur, ad alterum corpus tantùm doloris sensus perveniret. Quod discrimen etiam in morte fuit magis perspicuum: nam cum alterum corpus, complures ante alterum dies, extinctum fuisset, quod superstes fuit, dimidio sui computrescente, paulatim contabuit. Vixit id Monstrum annos viginti octo, ac decessit, administrante Rem *Scoticam Joanne* Prorege. Hæc de re scribimus (inquit *Buchananus*) eò confidentiùs, quòd adhuc supersunt homines honesti complures, qui hæc viderint.

Monstra.

Ad Monstra Humana reducuntur Pisces facie ad Hominem accedentes, de quibus quædam apud Historicos nostros habentur. Sic *Hector Boëthius* in Descriptione Regni, Apparent (inquit) in hoc Æstu (de Æstuario *Forthæ* agit) malo omine, ingentique hominum metu Portenta quædam facie humanâ, Cucullos, ad modum Monachorum, ut apparet, iuduta, ac umbilico tenus aquis extantia, *Bassinatis* vernaculâ linguâ. *Buchananus* quoque sic: Inter Ostenta numerantur Pisces Marini, rarò quidem & per longa temporum intervalla semper gregatim, sed nunquam sine magno mali præsagio visi. Vulgus alii Monachos Marinos, alii *Bassinetos*, quasi dicas Galeatos, vocant.

Pisces humana facie

Lib. 6. in Etho Rege.

CAPUT III.

De Medicamentis ex Homine.

INtegrum Librum de Medicamentis ex Homine scripsit *Daniel Becherus*, cui Titulus *Medicus Microcosmus*. Nos pauca tantùm celèbriora & usitatiora Medicamenta ex Homine adjiciemus.

Et primò quidem in multis Morbis Cranium Humanum adhibetur, in iis præsertim, quibus opus est, ut volatiles partes Sanguinis figantur, acidiores edulcorentur, & , quæ impetuosè nimis moventur, compescantur & in ordinem redigantur. Humorem quoque superfluum siccitate suâ absumit, & in Epilepticis efficax admodum remedium est. Ipsum autem Cranium pulveratum omnibus præparationibus ex eo institutis præfertur.

Cranium.

Pinguedo Humana ad Nervos debiles roborandos multùm inservit.

Pinguedo Humana.

Sanguis Humanus combustus inter potentissima adstringentia est. Spiritus in affectibus Nervorum multùm commendatur.

Sanguis Humanus.

Exiccatum Humanum corpus, quod *Mumia* dicitur, suos usus habet in sanguine grumoso dissolvendo.

Mumia.

Inter alia Lactis genera, Humanum in variis Morbis propter sympathiam maximè commendatur, in Phthisicis & Hecticis maximè, qui non rarò, postquam deplorati sunt, hoc unico remedio restituuntur. In affectibus quoque oculorum salutare præsidium est. Podagricos etiam dolores lenit, & affatim haustum adversus quædam Venena remedium est.

Lac Humanum.

Saliva hominis, potissimùm jejuni, omne Pustularum genus abstergit, & Impetiginem delet, ut habet *Serenus*,

Si verò vitium est, quod ducit ab impete nomen,
Hoc matutinâ poteris cohibere Salivâ.

Inest enim in Salivâ acidum pingue quoddam, quod Vulnera & Ulcera etiam emundat & sanat, ac Tumores quoque digerit.

Cerumen Aurium. Nec ab usu Medico ipsæ Aurium sordes arcendæ, quòd Aurium Cerumen morsui Hominis (qui inter acerrimos Morbos à *Plinio* numeratur) medeatur. Sic enim *Plinius*: Medentur sordes ex Auribus, ac, nequis miretur, etiam Scorpionum ictibus Serpentiumque statim impositæ. Melius è percussi Auribus prosunt; ita & Reduvias sanari. Hist. Nat. Lib. 28. Cap. 4.

Urina. Urina Humana in multis Affectibus magni usûs est. Nitro admixta & imposita Capitis furfures & Corporis ex ulcerationes emendat. Podagricos quoque dolores lenit. Extergendi certè magnam vim habet, & proinde ad Scabies & Lepras valet, &, qui ex eo paratur Spiritus, eximii usûs est in obstinatis Morbis, præsertim Mulierum.

Stercus. Quin & ipsum Stercus Humanum in Anginâ impositum egregii usus est.

Sectio Secunda

De Quadrupedibus.

CAPUT I.

De Quadrupedibus Solidipedibus.

INter Animalia Irrationalia, sive Bruta, à Quadrupedibus ordimur, quòd ea nobis magis obvia sint. Quadrupeda autem in Solidipeda unâ tantùm Ungulâ prædita, & Bisulca, quorum Pedes Fissuris utrinque, hoc est, à parte anteriori & posteriori diducuntur, & Multifida & multipliciter Digitata dividuntur.

Quadrupedum divisio.

Solidipeda. Solidipeda autem apud nos in *Scotiâ* reperta sunt.

Equus. Equus, inter Quadrupeda, Animal nobilissimum, vitæ humanæ utilissimum, ingenii simul & corporis viribus præstans. Proprium ejus hinnire. Cervix Jubâ ornatur, & pili in Jubâ largi. Dentes ei continui, numero quadraginta, in senectute candidiores fiunt: septimo anno omnes æqualiter explentur, & ex eo cavatos gerit, nec postea, quot annorum sit, ex Dentium mutatione comprehendi potest.

Equi forma præstantior. Corporis forma talis probatur: Caput exiguum, nigri oculi, nares apertæ, breves auriculæ, cervix mollis, latum pectus, armi grandes & recti, venter substrictus, testes pares & exigui, cauda longa, & secta crispaque; mollia, recta & alta crura; genua teretia parvaque, quæ introrsum non spectent; clunes rotundi; ungulæ duræ, concavæ & rotundæ, mediocresque super illas coronæ.

Equorum genera varia. Habentur autem apud nos Succussarii, Tolutarii, Cataphracti, Sellarii, Cursorii, Veredarii, Vectarii, Admissarii & Canterii.

Equus *Gallovidiensis.* *Gallovidiensis* noster, *Galloway* dictus, ad itinera subeunda optimè comparatus est.

Equulei *Orcadenses* & *Schetlandici.* Equulei quoque *Orcadenses* & *Schetlandici* Asino haud majores, laboris patientissimi sunt.

Equorum usus. Maximus Equorum usus in itineribus, vecturis, venatione, bello, triumphis est. *Tartari* carnibus et sanguine Equorum in cibo utuntur. Hippace (hoc est, Caseo ex Lacte Equino) et Glycyrrhizâ undecim et duodecim dies vitam tolerabant *Scythæ*.

Lac & Serum Equinum. Lac maximè perpurgat. Serum ad Ulcera Renum perpurganda conducit.

Ungula. Ungula suffitu mortuos partus ejicit.

Spuma. Spuma Equi recens detracta et cum Oleo Rosaceo infusa Auricularum vehementes dolores resolvit. *Jo. Jonstonus.*

Stercus. Stercus in Vino albo decoctum ad Colicam valet. Impositum quoque Arthriticos dolores lenit.

Setæ. Ex Setis Caudæ finguntur Laquei, quibus appensis Baccis Sorbi Aucupariæ Autumno Turdelæ, Meruli et Rubeculæ capiuntur.

Asinus. Asinus domesticus ingenio stolidus; corpore deformis, incessu tardus, animo timidus, capite grandi, longis et latis auribus, corpore macilento est. Exiguo eoque vili vivit pabulo, foliis cardui, stramine, et similibus.

Asinorum usus. Ruri necessarii sunt, quia portandis oneribus apti.

Lac. Lac parùm quidem nutrit, sed valdè abstergit, et facilè, ob tenuitatem, digeritur. Tabidis utilissimum, ad Calculum quoque commendatur, et ad Lumbricos puerorum necandos. Sputo sanguinis Tussique prodest, Hydropicis quoque & Arthriticis conducit. Ad cutem faciei mundandam facit. Dysentericis cum Melle prodest & Tenesmo affectis.

Ungula. Emplastrum ex Ungulâ combustâ, addito Oleo, Scrophulas dissolvit.

Stercus. Stercus crudum, sive crematum, addito Aceto, Sanguinis eruptiones cohibet.

Ossa. Ex Ossibus Asininis Tibiæ argutiores parantur.

CAPUT

CAPUT II.

De Bisulcis Ruminantibus Cornigeris.

RUminantia dicuntur, quæ pabulum semel deglutitum mox ad os regurgitans revolvunt, iterumque dentibus comminuunt. Inde autem hisce Animantibus Ruminatio necessaria est, quod duriore pabulo vescantur, et quòd superioris Mandibulæ dentibus careant, et inferiores minimè habeant serratos. Hinc factum, ut defectum hunc Ventrium multitudine Natura pensaret: sunt enim talibus quatuor, sc.

Ruminantia Animalia quæ.

Ruminatio cur his necessaria.

Jonstonus Hist. de Quadrup. Lib. 2.

Venter, seu Rumen, *The Cud.*
Reticulum, *The Paunch.*
Omasum, *The Tripe.*
Abomasum, *The Honey-tripe.*

Dentium in Ruminantibus defectus Ventrium multitudine pensatur.

In primâ Alvi cavitate rudis adhuc esca cernitur. In secundo amplius conficitur cibis, et magis adhuc in tertio elaboratur, ut in novissimo tandem concoctio absolvatur, ubi in cremorem lacteum abit.

Nutrimentum, quod ad superiores dentes, quibus carent, abire debebat, in Cornuâ abit.

Bisulcorum Ruminantium divisio.

Dividuntur in Cornigera, & non Cornigera.
Non Cornigera apud nos nulla sunt.
Ex Cornigeris apud nos sunt
Bos domesticus,
— sylvestris.

Boves sylvestres in *Scotiâ* ab hominibus abhorrentes.

Jonstonus in suâ Animalium Quadrupedum Historiâ refert, quòd in *Scotiâ* Boves sunt sylvestres colore candidissimo, jubâ densâ ac demissâ, truculenti & feri, adeoque ab humano genere abhorrentes, ut ab iis, quæ hominem vel manibus contrectarint, vel halitu perflaverint, per multos dies abstineant, et dolo capti moriantur.

Boves Caricte.

In *Caricta Scotiæ* Provinciâ supra *Gallovidiam* Boves sunt, quorum caro tenera suavisque esui est; cæterùm pingue nunquam concrescit, olei liquidi modo ferè semper fluens.

Bison Scoticus.

Et de Bisonte *Scotico* habet hæc: Candidissimum esse aiunt, in formam Leonis Jubam ferre, cætera mansuetis simillimum: verùm adeo ferum et indomitum, humanique consortii hostem, ut, quas herbas aut frutices humanâ contrectatas manu senserit, deinceps fugiat; captum autem arte quadam mox præ mœstitiâ mori: cùm verò se peti senserit, in obvium quemcunque magno impetu irruere. Quæ quidem ab Historicis nostris petita sunt, sed confirmatione egent. In pluribus locis Montanæ partis *Scotiæ* reperiuntur quidem Boves feri, albi quoque; sed non ita truculenti, neque formâ à domesticis differunt. An jubati Bisontes nunc extent, nescio.

Monstrosi Vaccarum Partus.

Vitulus biceps in *Teviotiâ* anno 1653 visus. Et nuper in Præfecturâ *Perthensi* prope *Blanodunum* Urbem Vacca peperit Leporem, ut mihi à nobilissimo viro relatum est. Visus est Lepus insidere sæpius tergo Vaccæ.

Globuli pilosi in Vituli stomacho.

In stomacho Vituli reperiuntur Globuli ex pilis confecti, & crustâ quadam obducti. Unius Icon habetur in Tabulis.

Vaccæ formâ optimâ.

Vaccæ probantur, si vasto corpore, lateribus amplis, frontibus latis, oculis nigris & patulis, cornibus venustè nigricantibus, pilosis auribus, compressis malis, & copiosis sint caudis, ungulis modicis & cruribus. Eas, quarum maculosæ sunt pelles, lacte abundare vulgò persuasum est.

Usus.

Bos totum se præbet usibus humanis; agris arandis, occandis & multimodè colendis inservit. Cùm verò pinguior meliori alimento, vel pascuo factus est, carnem vel recentem, vel sale conditam, opportunum hominis cibum, præbet; & corio, sevo, lacte, fimo plurimùm prodest. Hinc (ut habet *Cicero*) tanta putabatur percipi utilitas ex Bobus, ut eorum visceribus vesci scelus haberetur.

Lac.

Lac Vaccinum quorumlibet aliorum Animalium lacte crassius ac pinguius judicatur, & maximè impinguat. Utiliter bibitur in Diarrhœâ, Dysenteriâ & Tenesmo, si præsertim in eo filices aut chalybs decocta fuerint. Recens efficax est contra rosiones ustionesque à Cantharidibus, Aconito, Laureolâ, Esula, &c. Renum et Vesicæ dolori convenit. Gargarizatu faucibus exulceratis tonsillisque prodest.

Cremor Lactis.

Cremor Lactis nutrit et moderatè penetrat.

Butyrum.

Ex Lactis pinguedine diligenter agitato et concusso in Vasis Lacte, donec pingue separetur, Butyrum paratur. Olei atque Adipis vicem obsoniis additum supplet. Oleo quocunque magis nutrit et cibos condit. Calidum est temperatè, et facultatis concoquentis, paululum etiam habens digerendi potentiæ: mollit proinde, lenit, laxat, resolvit, coquit, Phlegmonas concoquit et digerit, Bubones et Parotidas juvat, Gingivas extenuat, in dentitione puerorum utile. Tussim frigidam et siccam quoque tollit, Pleuriticis et Peripneumonicis Affectibus commodum, adversus Venena efficax est. In Aëris pestilenti constitutione prophylacticum est Butyrum, eximii etiam usûs in Calculo Renum et Vesicæ.

Lac ebutyratum.

Lac ebutyratum crassi est succi. Refrigerat, humectat, emollit, alvum lubricat, calidiori Ventriculo et febricitantibus confert.

Caseus.

Caseus, qui ex crassiore Lactis parte paratur, (admisto coagulo et expresso inde sero) salitâ et exiccatâ, frigidæ est naturæ, adstringit et incrassat. Caseus recens, mollis impositus Podagricorum dolores ex calidâ causâ mirificè lenit. Acris cum Croco Tophos dissolvit, Dysentericis et Cœliacis prodest.

Serum.

Serum crassitiem humorum attenuat, abstergit et alvum subducit.

Fel.

Fel Bovis tinnitibus et sonitui auris medetur, et dolorem mitigat. Surdis etiam prodest. Ad Lumbricos egerendos madefacta lanâ felle Taurino umbilico apponitur. In lanâ verò collectum et suppositum Ano Ventrem solvit.

Genitale. Genitale Tauri coctum & comeſtum ad conceptum promovendum & ſterilitatem depellendam *Rodericus* à *Caſtro* commendat.

Veſica. Veſica Tauri pulverata aſſumpta difficultati mingendi (referente *Hollerio*) convenit.

Medulla. Ad Nervorum contractiones Medulla Tauri in vino trita & potata valet.

Cornu. Taurini Cornu ramenta ex aquâ pota ſanguinis muliebris profluvium ſiſtunt, ſecundum *Rhaſim*.

Stercus. Dolorem Articularem Stercus Bubulum cum Aceto potenti, aut Vino, aut Ovis crudis mixtum ſanat. Stercore Bubulo Colica ſanatur, ex *Geſnero*.

Caro & Medulla Vitulina. Caro Vitulina temperati & boni alimenti eſt, & probè nutrit. Medulla obdurata & ſcirrhoſa corpora emollit.

Caro Bubula. Caro Bubula Alimentum firmum præbet.

Coria. Coriorum crematorum cinis ambuſta igni ſanat. Et, licet nihil vilius calceis detritis ſit, puer tamen *Melitenſis* toto corpore cruſtis fœdis obſitus, aſpero cinere combuſti Corii calceorum cum Oleo Roſaceo convaluit. Th. *Bartholinus* Obſervat. Cent. 6. Hiſt. 73.

Coriorum fumus naribus acceptus efficaciſſimum ad Vulvæ ſtrangulatûs Remedium. Eodem Serpentes Aëremque peſtilentem emendari compertum eſt.

Uſus Mechanicus. Ex Cornibus, præter Pocula, Cucurbitulæ, Lucernæ, Litui, Buccinæ & Arcus fiebant. Ex Corio Scuta, Loricæ, Galeæ, Tentoria, Utres, Folles, Calcei formantur. Ex extremitatibus Gluten fit, ex Nervis Flagella, ex Sevo laudatiſſimæ Candelæ, ex Setis Pictores ſuos habent Penicillos.

Ovis. Ovis mitis et manſueta eſt, hominum uſui mirè utilis. Pro modico paſtu et levi curâ, Lac, Caſeum, Lanam, Agnos, Carnem Cutemque Domino rependit.

Lana in *Roma* cærulei coloris. In Inſulâ Ronâ Ovium Lana cærulei coloris eſt.

Ovis *Hirthana*. Ovis *Hirthana* vel maximum Hircum altitudine ſuperat. Cornua habet Bubulis craſſitudine æqua, ſed longitudine aliquantò etiam ſuperantia: caudas præterea in terram uſque promiſſas habent. *Boëthius* in Deſcript. Regni. An Vervex peregrinus *Jonſtoni*?

Animal Pilos medios inter Ovis & Capræ ferens. In eâ Inſulâ, quæ *Hirthæ* adjacet, Animalia quoque Ovibus formâ haud diſſimilia, cæterùm fera, & quæ, niſi indagine, capi nequeant, pilos medio modo inter Oves & Capras ferentia, neque molles, ut Ovium Lanas, neque, ut Caprarum, duros. *Boëthius* ibid. Pili illi, ut mihi relatum eſt, cærulei ſunt. Ex eorum lacte Butyrum & Caſeum parant, qui delicati admodum ſaporis eſt.

Oves *Schetlandicæ* fœcundæ. Oves *Schetlandicæ* ferè ſemper binos fœtus, aliquando ternos ferunt, eoſque grandes. Atlas Novus Part. 5. pag. 148.

Oves flavæ in *Scotia*, &c. *Jonſtonus* ex *Boëthio* refert, quòd in quadam *Scotiæ* Regione flavæ habentur Oves, dentes aurei planè coloris, carnes habentes croceas & Lanas.

Globuli ex Pilis in Ovium Ventriculis. In Ovis Ventriculis Globuli illi ex Pilis inveniuntur.

Ovium uſus. Animal eſt Ovis utiliſſimum, Lacte nutrit & Carne, Lanâ et Corio veſtit, Scriptoribus præbet Chartas, Chordas Teſtudinibus, et Fimo agrum impinguat.

Cerebrum. Cerebrum Ovillum cum Melle dentientibus Infantibus illinitur.

Omentum. Omentum calidum Ventri adhibitum Colicæ & Ventris Torminibus medetur.

Sevum. Sevum ad ignem liquefactum linteolo impoſitum ambuſta ſanat. *Schwenckfelt* de Animalibus *Sileſiæ*.

Lac. Lac Caprillo craſſius eſt et minùs ſeroſum, dulce et præpingue, magis alit. Potum calidum adverſus omne Venenum commendatur, Dyſentericos juvat. A jejuno potum ad Peſtis præſervationem valere creditur.

Butyrum. Butyrum Bubulo deterius eſt.

Caſeus. Caſeus pinguis eſt, ſapore ſuavis. Præſtant Caſei, qui ex Lacte integro, non dempto flore, addito quoque Vaccino, fiunt. Caſeus comeſtus Dyſentericis auxilio eſt.

Lana. Lana ſuccida, quæ ſordibus et ſudore imbuta eſt, calefacit, emollit & lenit, in doloribus partium utilis.

OEſypus. Pelles. OEſypus (quæ pinguitudo ſuccidarum Lanarum) excalfacit, emollit et dolores ſedat.

Verberum vulnera et vibices pellibus Ovium adhuc calentibus applicatis obliterantur.

Caro Vervecina. Ex pellibus Membranæ fiunt.

Vervecina Caro optima eſt & ſanguinem generat bonum.

Inſeſſus ex variis ejus partibus. Inſeſſus ex capite, pedibus inteſtinis aquâ decoctis paratur, Tabidis, emaciatis & contractis conveniens.

Arietis Fel. Arietis Fel cum Sevo ſuo, ex *Plinio* Podagricos lenit dolores.

Hircus. Hircus pilo molliore eſt, cervice & collo brevi, cruribus craſſis, auribus prægrandibus & flaccidis. Aruncus, ſeu Villus ejus è mento dependet.

Caprarum Admiſſarius Hircus laſcivum animal eſt, ſalax et fervens ad Coïtum. Hinc in Emblemate Luxuriam ſignificat. Hinc etiam præmatura eis ſenectus: Juventus enim exhauſta Venere intempeſtivi Senii cauſa eſt. *Columella* Hircum ſeptem menſium generare potentem dicit. Quinquennis exoletus eſt, et ineptus ad Coitum.

Hircus Caprarum Admiſſarius.

Hœdus. Hœdus Capræ fœtus eſt, cujus Caro pinguis et grati ſaporis.

Eorum Uſus Mechanicus. Pellis Hircina ab Alutariis in Veſtimentorum uſum aptatur. Pili ad Funes à Reſtiariis colliguntur.

Lactis Caprilli Uſus Medicus. Lac Caprillum medium inter reliqua cenſetur, cum non admodum pingue et craſſum ſit. Phthiſicis et Hecticâ laborantibus utile Serum purgat et acres Humores contemperat.

Caſeus Caprillus. Caſeus Caprillus boni ſaporis eſt, Lactis copiam Mulieribus augere dicitur. Recens impoſitus dolores reprimit.

Fimus. Fimus acris, et digerentis facultatis, & in tumoribus utilis eſt.

Hirci ſanguis. Sanguis Hircinus Calculos frangit Sanguinis grumos diſſolvit.

Cervus

Cervus ex Bisulcis Ruminantibus Cornigeris sequitur, cui magnitudo Asini, corpus fulvum. Collum gerit procerum atque erectum, summasque cacuminat aures: Crura habet gracilia, dentium ordine superiore caret. Cor pro ratione magnum, felle carere dicitur. Caput ei modicum, frontem tamen habet ramosis & grandibus Cornibus asperam, quibus licet armatus sit, inermi tamen quovis Animali timidior est, & in fugam facilè vertitur. Cursus iis velocissimus & saltus facillimus. Cervorum longævitas admiranda: centenos enim excedunt annos. *Cervus.* Cervorum longævitas.

Atlas Ioan. Bleau Part. 3. Pag. 100. In Boreali parte *Scotiæ* quidam tradunt Cervos Caudâ bifurcatâ reperiri. Cervi Caudâ bifurcatâ.

Cervini quoque generis Capreolus est, qui in Montanis nostris frequens est, & corpore quidem Cervum refert, nisi quod minor sit, cornuaque ei exigua ramosa, Cervinis ferè similia. Cursus velocissimi est. *Capreolus.*

De Cervo integrum Tractatum scripsit *Joannes Andreas Glabra*, quam Ἐλαφογραφίαν inscripsit.

Caro Cervina calida est, dura & sicca, tardè concoquitur & parum alit. Caro Cervi, Capreoli.

Capreoli caro concoctu facilior est, & corpori bonum alimentum exhibet.

Pellis utriusque depilata præparatur ad Indumenta, Tibialia & Chirothecas. Usus Mechanicus.

Ex Cornibus Candelabra fiunt, & Cultrorum Manubria.

Medulla calefacit, mollit, rarefacit, curat ambusta. Usus Medicus Medullæ, Genitalis, Cornu,

Genitale Cervi remorantibus Urinis auxilio est in Furno exiccatum, & in pulverem redactum.

Rasura Cornuum Lumbricos Ventris enecat.

Spiritus ex iis extractus in Asthmaticis & Epilepticis multi usûs. Ossis è Corde, Calcanei, Lachrymæ.

Os è Corde ad Cordis affectus prædicatur.

Calcaneus Cervi Dysentericis utilis.

Lachryma Cervi adversus Venena à quibusdam commendatur.

CAPUT III.

De Bisulcis non Ruminantibus.

EX his apud nos sunt

Sus, Animal immundum, maximè pituitosum & humidum, carne humidissimâ. *Sus.*

Ejus ex Carne Pernæ, Isicia, Farcimina conficiuntur. Ejus Caro, Adeps,

Adeps, seu Axungia Porcina calefacit, humectat, digerit, ambustis igne medetur.

Lardum inter Ciborum Condimenta est. Lardum,

Vesicæ Suillæ pulvis ad Urinæ incontinentiam valet. Vesica,

Fimus recens naribus admotus sanguinem cohibere dicitur. Fimus,

Talus ustus Torminibus Ventris tritus conducit. Talus,

Quidam Bibliopegi pelle ad Librorum operimenta utuntur, ut firmiore Ovillâ aut Vitulinâ: non enim tam facile deteritur. Pellis,

Ex Setis parantur Muscaria Setacea ad vestes extergendas. Setæ.

CAPUT IV.

De Quadrupedibus Digitatis Viviparis, & primo de Digitatis Semiferis.

HIc Divina erga Patriam nostram Benignitas agnoscenda est, quòd, cùm pleraque Animalia vitæ utilia habeamus, feris tamen & sævis illis aliarum Regionum careamus. Lupi olim frequentes erant, quidam etiam de *Caledoniis* Ursis loquuntur: Sed horum genus deletum & ex Insulâ exterminatum est. Quæ ex Semiferis apud nos sunt enarrabimus, incipiendo à Vulpe. *Scotia* utilia habet Animalia, non sæva.

Vulpes astutum Animal est, quod vafritie & astu alias Bestias, quorum carnibus vescitur, decipit. Canis mediocris magnitudine est, gravis odoris. Color sæpe rutilus est, cauda ei magna & villis densa. In Montanis locis plura facit foramina, & multifores aditus procul inter se distantes, ne uno in loco facilè comprehendatur. *Vulpes.*

Pelle Togæ & Pilei suffulciuntur, quæ calefaciunt & in Morbis frigidis multi usûs sunt. Ejus Pellis,

Caro cocta in Fotu dolores Podagricos lenit. Caro,

Adeps quoque calefacit, emollit & resolvit. Adeps,

Pulmo ad Tussim inveteratam commendatur. Pulmo,

Genitale osseum Calculo Humano Remedium prædicatur. Genitale.

Taxus, qui & Meles, *the Brock* or *Badger*, medius inter Suem et Ursum, magnitudine, Vulpe minor paulò, Animal pingue, dorso latiore, mordax admodùm, Cute spissâ, pilis duris, rigidis, griseis, supernè ad nigredinem vergentibus, infernè candicantibus, Cruribus breviusculis, Capite in summo nigro, latere tenus albo. Dentes ei acuti, quibus se defendit; Cauda varia, villosa, non longa. Canis instar digitatum hoc est, de quo agimus. In Cavernis vivit sub terrâ. Apibus et Melli insidiatur, Crabronibus et Vermibus victitat, Autumno Pomis, quorum esu pingue scit. Urgente Hyeme occultatur, et somno pingue scit. Latibula cum duobus Ostiis faciunt: flante Austro, Septentrionale aperiunt; flante Boreâ, Australe. Victum pro Hyeme colligunt. *Taxus.*

Carnes, Axungia, & ejus usus Medicus.

Carnes in quibusdam Regionibus pro deliciis habentur.

Axungiâ quoque quidam loco Lardi in cibo utuntur. Ea calefacit, emollit, digerit, in Affectibus Renum Calculosis utilis. Articulorum quoque dolores lenit, & Nervos contractos emollit.

Pellium usus.

Ex Pellibus olim quoddam Vestis genus parabatur, quæ ab humeris usque ad lumbos pendebat. Ex iisdem Canum Collaria conficiuntur.

Boëthius dicit Fibrum seu Castorem in *Scotiâ* reperiri; an nunc reperiatur, nescio.

Lutra.

Lutra Animal Amphibium est, astutum & malignum, è Fibrorum genere, longius latiusque Cato, minus Fibro, colore fusco ad Castaneum deflectente, cum nitore. Caput ei oblongum, instar Putorii, dentibus acutis instar Canis Venatici, morsus acerrimi. Collum crassius, crura breviora, pedibus posterioribus planis & membranâ communitis, caudâ oblongâ teretc in fastigium desinente, pelle minùs quàm Castoris spissâ, frequenti & brevi pilo conspersâ. Circa Fluenta & Lacus degit. Vivit ex captu Piscium, quos mirâ agilitate & astutia venatur. Diu sub aqua se continet.

Lutræ ingenium.

In Antro (referente *Jonstono*) velut Tabulatum ex Ramis & Virgis construunt, super quo, ne madefiant, noctu cubare solent, & per aliquot milliaria ex Aquæ Rivulo Piscinæ odorem excipiunt. Cicurantur, & in quibusdam Regionibus, ad certum signum, in Aquas se ad Pisces capiendos conjicere edocentur, unde, ad Coqui nutum, Pisces in Culinam deferunt.

Lutræ Carnes, Axungia,

Carnes à Rusticis alibi comeduntur: sed crassæ sunt, lentæ & pituitosæ.

Axungia, instar Axungiæ Piscium, fluida partibus convulsis illita utilis est, & Unguentis ad Arthritidem miscetur.

Jecur, Pelles. Earum usus Mechanicus.

Jecur in Accto maceratum diu, & dein in Fumo exiccatum, mirum in modum Dysentericis succurrit.

Pelles Paralysi, Vertigini & Capitis dolori conducunt. Calceamenta ex iis dolores Pedum mitigare dicuntur. Ex iisdem quoque Chirothecæ villosæ adversus Aëris injuriam consuuntur. Nec non ex Pelle integrâ, cum capite, pedibus & caudâ, Semimanicæ Hyemales fiunt. Pelliones quoque Pelle incisâ Fimbrias Vestimentorum exornant.

Vitulus Marinus.

Phoca, sive Vitulus Marinus, cùm Animal Amphibium quoque sit, hic de eo agimus. *Aristoteles* Quadrupedem vocavit. Corio tegitur duro, solido, pilis nigricantibus & cinereis. Quædam maculas parvas albicantes in Ventre habent. Caput ei breve, &, pro corporis magnitudine, parvum; Collum longius, quod, pro arbitrio, extendit & contrahit; Dentes serrati & Lupinorum similes; lato est Pectore. Genitale maribus oblongum, fœminis ad terrestria accedens.

In *Angusiæ* littore capiuntur magnitudine Bovibus pares.

Vescuntur Piscium Carnibus, & in Vivaria immissi furibundi in eos sæviunt. Pariunt in terrâ; Pecudum more. Prolem circa duodecimum à partu diem in Mare deducunt. Extra aquam in Arenâ Littoris, vel super Saxa dormiunt, ut liberiùs respirent. Inter dormiendum tam altè stertunt, ut mugitum edere videantur. Mitescunt aliquando & accipiunt Disciplinam. Referunt quidam tantam esse illis cum Mari Sympathiam, ut pili excoriati, si mare turbatum in fluctus surrexit, similiter erigantur; si desedit, in planum sternantur. *Jonston. Hist. Nat.*

Ejus usus Medicus.

Pellis à Podagrâ præservat, si ex eâ Calcei gestentur. Adeps in Muliebribus Morbis laudatur.

Walrus.

Ex Phocarum genere est Walrus, seu Mors, Animal quoque Ampibium, quod in Mari Septentrionali versatur, ferum & validum Animal, ad tactum calens, & valide per nares spirans. Ut ejus Descriptionem attexam, facit mentio Animalis apud *Boëthium* in Regni Descriptione. Est in eis ingens quiddam mole suâ vel maximum Equum excedens, portentosâ quadam somniculositate. Is in cotem aliquam aquâ extantem exiliens, dentibus (quos maximos robustissimosque habet) partem aliquam Cotis extantem atque asperam comprehendit, ac mox in gravissimum solvitur soporem. Ex pingui ejus Nautæ Oleum conficiunt, et Cute fortissimâ ad retinacula utuntur. Facit quoque, quod habet *Strabo* de Mercibus, quas mittit *Britannia*, ubi Eburnea Fræna numerat inter alia. Et *Solinus* dicit, *Britannos* Capulos Ensium insignire dentibus Mari nantium Belluarum: candicant enim ad Eburneam claritatem; quæ de hocce Animali intelligi videntur. Cùm enim Elephantes nunquam aluerit Insula, nescio, de quâ aliâ Belluâ possit Ebur desumi, et illa Armorum Ornamenta. *Cap. 38*

Ejus Descriptio per *Vorstium* apud de *Laet.*

Animal in Mari nans ita designatur: Animali caput rotundum, oculi bovilli, nares depressi ac patuli, aurium loco utrinque foramina, rictus oris rotundus. Superiore labro mystaca gestat setis cartilagineis crassis ac rigidis constantem. Pedes anteriores et posteriores lati. Extremâ corporis parte Phocam planè refert. Pedes anteriores antrorsum, posteriores retrorsum spectant, cùm ingreditur. Digiti quinque membranâ interseptente distincti, eaque crassâ: posticâ parte repit magis, quàm incedit. Cutis crassa, coriacea, pilis obsita, coloris cinerei. Grunnitum, Apri instar, edit, seu crocitat voce gravi et validâ. Majorum capita dentibus duobus exertis, Elephantorum instar, longis ac crassis et albicantibus munita, qui deorsum versus pectus spectant. Hisce dentibus Rupes ascendunt et se sustinent, et prodeunt in terram, ut ibi somnum capiant, gregatim. Vescitur hoc Animal foliis oblongis ac magnis Herbæ cujusdam è fundo Maris nascentis. Penis Animalis osseus, rotundus, Cubitum et amplius longus, crassus, ponderosus ac solidus, in fine, prope glandem, crassior & rotundior. Hujus pulvere, ad Calcululum pellendum, *Moscovitæ* utuntur. Ex dentibus quoque Annuli parantur, qui gestati adversus Spasmum dicuntur prodesse.

Walri usus Medicus.

Animal quoddam Monstrosum.

De Monstroso Animali refert *Hector Boëthius* in Descriptione Regni, quod ex Lacu *Garloil* dicto in *Argathelià* prodiit anno 1510, Animal Venatici Canis magnitudine, pedibus (ut ille habet) Anserinis, Robora ingentia nullo negotio caudæ ictu prosternens, ac statim pernici cursu Venatores impetens tres tribus ictibus dejecit, reliquis in Arbores evadentibus, nec diu cunctatum protinus sese in Lacum recepit: aliàs quoque visum. An Cordylus vel Caudiverbera fuerit (quod Animal Caudam, in modum

Cla-

Clavæ, tuberculis eminentioribus aſperam gerit) Lectoris eſto judicium.

Erinaceus Animal terreſtre eſt, Cuniculi magnitudine, aculeis undique vallatum, præterquam in imâ parte, ubi lanugo mollis & rara. Duûm generum cenſetur; alter capite Canino, alter Suillo. In ſylvis & ſepibus dumoſis verſatur. Veſcitur muribus, nucibus, malis, pyris, quæ aculeis ſuis infigit, & in domicilium ſuum reponit. Undique ſpinis ſuis ſe claudit, propter inſidias Cubilia ad Aquilonis & Auſtri viciſſitudinem commutat. *Erinaceus.*

Ægrè concoquitur ejus Caro, & minimum præbet alimenti. Ejus Caro.

Integer uſtus in pulvere potus ſingulari proprietate Lectum mingentibus medetur. Uſus Medicus.

Felle contactæ Verrucæ ſanantur. Fel.

Corium cum ſpinis olim ad extergenda veſtimenta adhibebatur. Corium.

Muſtelæ genus varium eſt: ſub hoc enim Vulgaris, Sylveſtris, Viverra, Putorius & Martes comprehenduntur. *Muſtelæ* varium genus.

Muſtela vulgaris ea eſt, quæ *Whitred* noſtratibus dicitur. Sylveſtris (ea quæ *Waeſel*) alterâ major & ſævior. *Muſtela* vulgaris & ſylveſtris.

Vulgaris Animal oblongum, corpore exiguo, in dorſo & lateribus rutilum aut ſubfulvum, & gutture ac ventre candidum. Animo magno eſt, miræ aſtutiei & agilitatis.

Sylveſtris major Gallinis & Columbis infeſta eſt. Stercus Muſtelæ Moſchum nonnihil redolere dicitur.

Caro adverſus Serpentum Venena commendatur. Podagram & Articulares dolores lenit. *Muſtelæ* Caro

Viverra (noſtratibus a *Ferret*) pilo ſubluteo, Sciuri magnitudine eſt, audax Animal, Cuniculos ex Antris expellit: ideoque iis a Venatoribus immittitur. *Viverra.*

Putorius ab odore dictus, quòd putidum ab ore halitum emittat, Corpori Marti ſimilis, ſed craſſior, circa collum anguſtior et circa imum ventrem latior, in caudâ et cruribus nigrior, & ad latera flavior: Pellis duplice pilorum ordine conſtat, quorum alii ſunt breviores & flavi, alii longiores & nigri, & ſic eminent, ut maculis diſtincti videantur. Victitat hoc Animal Muribus, Gallinis, Avibus, Piſcibus, Ranis. Acerrimi morſûs eſt *Putorius.*

Genitale ex Vino in Urinæ ſtillicidio commendatur. Genitale.

Pelles ad Pileos & alia Veſtimenta à Pellionibus apparantur. Pelles.

Martes figurâ Muſtelæ eſt, magnitudine Cati, longior tamen, & brevioribus cruribus, ſupernè fulva cum quadam fuſcedine, infernè alba aut flava. *Foina* eſt *Boëthii* noſtratis. *Martes.*

Noſtra Arborea eſt, corpore longiore, gutture flavente, & pilo contegitur magis fuſco, tactuque eſt molliore. Sylvas incolit Abiegnas, Nidumque ſuper Abietes, Sciurorum inſtar, ſtruit.

Pretioſior eſt, quæ plures pilos candidos cum fuſcis permiſtos habet. Hyeme melior, quàm Æſtate.

Pelles pretioſæ habentur, et à Magnatibus ad Veſtes Hyemales ſuſſulciendas expetuntur.

Lepus Animal timidiſſimum vulgò notum. Patulis oculis dormire dicitur. Curſu acclivi velocior cenſetur *Lepus.*

Coëunt Lepores et pariunt quoque tempore, dumque utero ferunt, ſuperfœtant. Singulis Menſibus, præter Hyemem, generant; binos, aliquando ternos: unde tantâ copiâ abundant. Eorum fœcunditas.

Caro Nobilibus in deliciis eſt, olim etiam *Martiali* celebris,

Inter Quadrupedes gloria prima Lepus.

Lib. 13. Epig. 92. Atlas Part. 5. p. 139.

In *Orcadibus* reperitur, crinibus candorem nivalem referentibus. Lepus Orcadibus nive[illegible]

Cerebrum gingivis affrictum facilem Infantibus dentitionem præſtat.

Pili ſanguinem ſiſtentibus Linimentis miſcentur. Lepus

Pedes Scoparum uſus præbent, ad pulverem detergendum. Caro

Pellis Leporina ad Indumenta apratur. Manicæ et Caligæ ex eâ parantur, utiles Articulariis Morbis. Pilus

Quidam ex Pilis pannum quoque egregium parant pro Lectis et Veſtibus. Pedes.

Cuniculus Leporini generis Animalculum, ſed minus. Horum magna ubique apud nos copia, in Littore præſertim. Pellis & Pili. *Cuniculus.*

Domeſtici quoque albi et nigri aluntur in domibus. Cuniculi albi & nigri, domeſtici,

Sylveſtris quoque in Boreali parte *Scotiæ* niger reperitur. Sylveſtres nigri.

Ob crebros partus mirè multiplicantur. Eorum fœcunditas,

Caro Leporinâ melior. Caro,

Axungia Articulis et Nervis induratis utilis. Axungia.

Sciurus ita dicitur à Caudâ, quâ ſuper Dorſum reflexâ ſe tegit et inumbrat. Muſtelâ vulgari altior eſt, pilo rutilo, ventre albicante. Curſu et ſaltu plurimùm valet, de Arbore in Arborem tranſilit. Nidum in Arboribus extruit. Æſtate cibum congerit, quo per Hyemem alitur. In Meridionalis Plagæ *Scotiæ* Sylvis reperitur. *Sciurus.*

Caro, ut ſuavis et ori grata, commendatur à quibuſdam. Ejus Caro,

Adeps ad Aurium dolores utilis. Adeps,

Pelles præparatæ ad Pallia Nocturna conſarcinantur, multumque corpus calefaciunt. Pellis,

Ex Caudis Pictores Penicillos fingunt. Cauda.

Lavellan, Animal in *Cathaneſiâ* frequens, in Aquis degit, capite Muſtelæ ſylveſtri ſimile, ejuſdemque coloris Beſtia eſt. Halitu Beſtiis nocet. Remedium autem eſt, ſi de aquâ bibant, in quâ ejus caput coctum ſit. *Lavellan.*

An Taxus Suillus apud nos reperiatur, necne, neſcio. Taxus Suillus.

Talpa Animal parvum eſt, colore nigro, magis cæruleo, magnitudine et formâ ad Murem accedens, pilis multis, brevibus et denſis, ſplendido nigrore in dorſo inſigne. Crura ei breviſſima, Ungues acuti et robuſti. Vola anteriorum pedum lata manum refert. Caput longiuſculum Roſtrum habet Suillum. Membra habet ita diſpoſita, ut terram facilè penetret ac perfodiat: ſub terrâ enim domicilia ſibi parat, terram Roſtro ſuffodit ac ſubruit, egeſtis veluti colliculis. Veſcitur Lumbricis, Ranis, Radicibus, Frugibus, Terrâ quoque. Julio Menſe Latibulo ſuo egreditur, et faciliùs capitur. *Talpa.*

Usus Medicus & Mechanicus.

Cinis cum Melle illitus Strumas & Fistulas curat. Sanguis capillos crescere facit.
Vinum, in quo Talpa decocta fuerit, à *Platero* in Scrophulis commendatur.
Ex Pellibus fiunt Pileoli, Cubicularia Stragula & Crumenæ. *Schwenckfelt.*
Mures in Domesticos & Agrestes, Majores & Minores dividuntur.

Mus Domesticus Major, seu *Sorex.*

Major Domesticus Ratus et Sorex dicitur. Corporis magnitudine Mustelam assequitur et exæquat, pilis subnigris, caudâ procerâ, nec admodùm gracili, Frugum et Leguminum Pestis. Venenum in Caudâ gestare dicitur. Urina, præsertim cùm libidine accenditur, si partem corporis nudam tetigerit, carnem putrescere facit, et difficilè vulnus Cicatricem admittit, ut aliqui referunt.

Mus Aquaticus.

Mus Aquaticus priori magnitudine par, caudâ breviore, Amphibium Animal est. In Herbosis Amnium ripis frequens radicibus vivit, et pisciculos vorat. Morsu ferox est.

Mus Araneus.

Mus Araneus (nostratibus *Erd-Shrew*) Domestico similis est, sed minor, colore magis ad fuscedinem tendente, caudâ brevi et rostello admodùm porrecto et acuto. Ocelli ei minutuli, dentes tenues duplici ordine nati in utraque maxillâ in bifidos mucrones desinunt. Morsus ejus venenatus creditur. Dissectus & impositus sui Morsûs veneficia luit. *Schwenckfelt.*

Mus Sylvaticus.

Varii Mures Sylvatici sunt apud nos; quidam dorso nigro, qui Talpas occidit.

Mus Domesticus minor.

Domesticus minor corpore parvo est, colore nigricante, caudâ longiusculâ: omnia ferè rodit.

Mures ex salacitate vitæ brevioris.

Salacissimi Mures et vitæ brevissimæ sunt. Mirabile est, quod de iis traditur, Mures sc. periclitante „ domo, et in proximo ut ruinam faciat, demigrare. Hinc *Cicero* ad *Atticum*, Tabernæ (inquit) mihi „ duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt: itaque non solùm inquilini, sed et Mures migraverunt.

Ædes Ruinæ propinquas linquunt.

Mures secti læsæ parti impositi adversus Serpentium ictus efficaces habentur. Podagricos quoque dolores lenire ferunt.

Murium usus Medicus.

Gravi et difficili Oculorum Chymosi præsentissimè medentur Murium carnes accuratiùs detritæ cum crudo Ovi Luteo, ad ceræ consistentiam, et cum panno lineo impositæ. *Galenus.* Lib. de Medicam. facilè parabil.

Cinis Muris cum Melle instillatus aurium dolorem sedat.

Atque hæc de Animalibus Viviparis Digitatis Feris dicta sufficiunt. Nunc de iis, quæ Domestica sunt, agendum nobis est, initio à Canibus facto, quorum multæ species apud nos sunt.

CAPUT V.

De Viviparis Digitatis Domesticis.

Canis.

INter Vivipara Digitata Domestica agmen ducit Canis, Animal ingenio & sensu acutissimo valens, sagax, solers, & homini promptè obsequens & fidele, ut meritò de eo dixerit *Columella*, Quis Famulus amantior Domini? quis fidelior comes? quis Custos incorruptior? quis Excubitor inveniri potest vigilantior? Quis denique ultor aut vindex constantior? Mira certè ei docilitas est, utpote, qui ipsos Domini nutus novit. Ob calidiorem & sicciorem Cerebri constitutionem, maximâ odorandi sagacitate præditi sunt Canes, ut etiam vestigia Ferarum & Dominorum, longo post intervallo, persentiant. Lib. 7. Cap. 12.

Variæ Canum species.

Apud nos variæ species Canum sunt.
Canis Villaticus, a *Cur-Dog.*
Canis Pastoris fidelis, a *Shepherds-Dog.*
Canis Leporarius *Scoticus*, a *Grey-Hound.*
Canis Venaticus, a *Hound.*
Canis Venaticus minor, a *Beagle.*
Canis Sagax *Scoticus*, a *Bloud-Hound*, Venaticus cum celerrimus, tum audacissimus; nec modò in Feras, sed in Hostes etiam Latronesque insilit, modò Dominum Ductoremve injuriâ affici cernat, aut in eos concitetur.
Canis *Scoticus* Furum deprehensor, haud major Odorisequo, sed ut plurimùm ruffus, nigris inspersus maculis, aut niger Ruffis: tantæ sagacitatis, ut Fures Furtoque ablata persequatur, & deprehensos continuò invadat. Quòd si Fur, quo fallat, Fluvium trajecerit, quo loco Fluvium ingressus est, & ipse se præcipitat, & in adversam deveniens ripam, in gyrum circumquaque percurrere non cessat, donec odoratu vestigia assecutus sit.
Molossus Canis Bellicosus *Anglicus*, olim celebris. Hinc illud Poetæ,

Magnaque Taurorum fracturi colla Britanni.

Canis Perdicum Venaticus, a *Setting-Dog.*
Canis Sagax ad Aquas, a *Water-Spaniel.*
Canis Terrarius, a *Terrier.*
Canis *Melitensis*, a *Messin*, or *Lap-Dog.*

Canis boni & generosi Signa.

Signa boni & generosi Canis sunt, si torosus, magnus, venosâ fronte ac latâ, oculis nigris flammeisque, auribus tenuibus ac prælongis, collo quoque prælongo, pectore carnoso, spatulis ab humeris paulò recedentibus, cruribus altis, lateribus extantibus, coxis teretibus inter se distantibus, spinâ neque eminulâ, neque curvâ, villo tenui ac denso, colore non omnino uno, sed parùm mixto, caudâ corporis proportioni aptâ, latratu gravi, rictu, seu hiatu patente. Fœminæ probantur mammosæ & æqualibus papillis.

Canum ætas dentium indicio deprehenditur.

Canum ætas dentium indicio deprehenditur: juvenibus enim albicant præacuti dentes, senes & nigricantes & obtusos habent. *Guilielmus van den Bosche.* Lib. 2. de Animalibus.

Canum usus Medicus.

Hepar rabidi Canis tostum in cibo sumptum à metu Aquæ præservat, inquit *Dioscorides.*

Ossa

Oſſa rodentis Stercus efficax in Anginâ Remedium.

Lingua Canis lambendo Vulneribus medetur.

Pellis Gallâ et Alumine præparata ad præcautionem Podagræ commendatur. Chirothecæ ex hac paratæ manuum leniunt pruritum.

Felis Animal familiare ac domeſticum, Leoni non diſſimile, facie ſc. dentibus & unguibus. In tenebris illi fulgent radiantque Oculi. *Felis.*

Felis Sylveſtris major eſt Domeſticâ, denſiore & longiore pilo, colore fuſco, variato, caudâ craſſiore. Aviculis veſcitur, Lepuſculis, &c.

Felis *Syriaca* multis punctis interſtincta, ore torvo & toroſo, pectore & pedibus amplis.

Feles Infantibus exitiales quandoque ſunt: ipſorum enim ori toto corpore incumbentes fuliginis exitum & Thoracis motum intercipiunt, peſtiferâque, quam exhalant, aurâ tenellorum Infantium ſpiritus inſiciunt, eoſque præfocant. Morſu quoque maligno lædunt contrectantes, ut videre eſt ex celebri hoc Epitaphio, quod ex Marmoreâ Tabulâ in Æde D. *Mariæ* de populo deſumptum eſt, Feles tum Infantibus, tum Adultis exitiales.

Hoſpes diſce novum mortis genus: improba Felis,
Dum trahitur, digitum mordet, & intereo.

Cati Sylveſtris Axungia calefacit, emollit, diſcutit. Ad contracturas & Articulorum affectus reponitur. Felium Uſus Medicus.

Pellis mollis et pinguiuſcula paratur à Pellionibus, ad calefaciendum Ventriculum frigidum appetitumque excitandum, inſtar Scuti Stomachici. Arthritici Articulis imponunt.

CAPUT VI.

De Quadrupedibus Digitatis Oviparis.

OVipara vel Cute teguntur, vel Teſtâ. Quæ Cute teguntur, apud nos ſunt

Rànâ.

Hiſt. Nat. Lib. 9. Cap. 51. „Rana Amphibium Animal, tam vorax, ut à ſuo genere non abſtineat. De his *Plinius*: Pa„riunt Ranæ minimas carnes & nigras, quas Gyrinos vocant, oculis tantùm & caudâ inſignes: mox „figurantur pedes, caudâ ſe findente in poſteriora.

Quæ in aquâ purâ, Fluviis ſc. Fontibus ac Rivulis degunt, ſunt edules, atque adeo in cibum aſſumuntur, ut & in deliciis ſint quibuſdam. Poſteriora autem in cibum amputantur, reliquo corpore abjecto. Virides autem eliguntur nigris reſperſæ maculis. *Van den Boſche* Lib. 3. de Animalibus.

Ranæ à *Dioſcoride* contra Serpentium venena commendantur. Carnes comeſtæ in Hecticis & Elephantiacis probantur. Unguentis & Emplaſtris adhibitæ ſiccandi vim habent in Articulorum doloribus. Sperma Ranarum in Eryſipelate & aliis Inflammationibus utile Hæmorrhagiam reprimit, ad quam Aqua deſtillata multi uſûs eſt. Ranarum Uſus Medicus.

Bufo.

Buſo ita dicitur, quòd in appropinquantes maximo impetu ſpiritum efflat. Sub Salviâ ſæpe ſtabulatur; Rutæ, & Naſturtii, & ſimilium odore pellitur. In frigidioribus Regionibus mitius Venenum eſt, à quo tamen ſummoperè cavendum. Bufonum Uſus Medicus.

Diſſectus et Renum Regioni applicatus lotium provocare dicitur. Cinis Hæmorrhagias retinere dicitur.

Lacertæ.

Lacertæ apud nos ſunt

Lacerta Vulgaris,

Lacerta flavi coloris, cum maculis nigris. In Ericetis.

Lacerta Aquatica, quæ noſtratibus an *Aſk* dicitur. Hæ duæ venenatæ eſſe cenſentur.

Inter Ovipara Teſtâ ſeu Cruſtâ tecta Teſtudo eſt. Ea eſt vel Terreſtris, quæ in Hortis noſtris quandoque alitur, vel Marina, quæ (ut à fide digno Viro ibi degente habeo) in *Orcadibus* viva quandoque capitur. Teſtudo Terreſtris & Marina.

SECTIO TERTIA.

De Avibus.

CAPUT I.

De Avibus in Genere.

ANimalia Aërea generatim' Aves vocantur ab *Hebræo Aph*, id eſt, *Volans*, quia in Aëre liquido volant. Avis nomen.

Eſt autem Avis Animal Bipes, alatum & plumigerum. Pro pilis plumas, pro labiis et dentibus roſtrum, pro pedibus anterioribus alas, et pro cornibus nonnullæ criſtam habent. Lotium et ſtercus unico meatu excernunt, et pro Rumine Ingluvie donatæ ſunt, vulgò *the Crop*, in Carnivoris *the Gorge*. Locus hujus pennigeri Exercitûs Aër, Aqua, Terra. Illum ſulcant, unde *Aves Cœli* dicuntur, in hac gradiuntur, & in iſtâ quædam natant. Migrant quædam; aliæ non procul à locis, in quibus morabantur ſecedunt, et ſeipſas abdunt. Omnibus Animalibus reliquis certus et uniuſmodi in ſuo cuique genere motus et inceſſus eſt: Aves ſolæ vario motu feruntur et in Terrâ et in Aëre. Aliquæ ambulant, aliæ ſaliunt, quædam currunt, Anates in ſublime protinus ſe tollunt, atque è veſtigio cœlum petunt, etiam ex Aquâ; Graviores autem, niſi ex procurſu, aut altiore tumulo emiſſæ, non evolant. Vocem quod attinet, loquaciores quæ minores, et circa Coitus maximè. Corporis truncus brevior, latiorque Avium Deſcriptio. Locus. Motus. Vox.

Corpus. tiorque & crassior est Avibus. Caput proportione minus: cùm enim Volucres Aërem eodem ferè modo tranent, quo Naves Aquas, Corpus earum Carinæ, Caput Proræ, Cauda Gubernaculo, seu Clavo, Alæ Remis Velisve respondent. Cauda certè iis ad iter flectendum & dirigendum inservit, Temonis instar, quod præcipuè in Milvis cernitur, de quibus *Plinius*. „Videntur (inquit) hoc genus Aves ar-„tem gubernandi Navem Homines docuisse Caudæ flexibus, in cælo monstrante Naturâ, quid opus esset. Musculi Pectorales quare robusti in Avibus. In profundo, ad corpus quoque sustentandum & in Aere librandum conducit Cauda. Musculi in Avibus omnium crassissimi Pectorales qui Alis movendis inserviunt: cùm Volatus valido enim Alarum motu & vehementi agitatione exerceatur, ad quam vires requiruntur, robustissima oportet esse Organa, quæ ei obeundo sufficiunt. Ut in Homine Musculi, qui Cruribus movendis inserviunt, majores sunt & robustiores iis, qui Brachiis destinantur: quoniam eorum actio, (nimirum totum corpus sustinere ac de loco in locum transferre) magnam vim ac potentiam requirit. Nunc differentias Avium expendamus.

Avium differentiæ. Aves in Terrestres & Aquaticas dividuntur.

Terrestres, quæ in siccioribus plerumque degunt.

Aquaticæ, quæ vel in Aquis, vel circa Aquas plurimùm versantur, & in Aquosis plerumque victum quærunt.

Terrestres sunt vel Rostro & Unguibus aduncis, vel Rostro & Unguibus rectioribus et minùs hamatis.

Uncungues carnivoræ et rapaces sunt, aliorum Animalium lanienâ plerumque victitantes. Eæque vel diurnæ, quæ interdiu, vel nocturnæ, quæ noctu prædantur. Eæ vel majores, vel minores.

Rostro quoque et Unguibus minùs hamatis, vel majores, vel minores.

Avium usus. Aves Homini usum præbent in Cibo, Medicinâ, Venatione, re Vestiariâ et Plumariâ. Oblectationi quoque inserviunt. Caro earum levior et sanior, purgatissimaque est in suo genere.

CAPUT II.

De Avibus Terrestribus Carnivoris.

Aquila. AQuila Avium Regina, naturæ præstantiâ & generosâ nobilitate, excellentior omnibus judicatur. Omnes Aves volatu superat, & Soli propinquior immotâ oculorum acie constans intuetur. Vivacissima Avis, nec senio consumitur, nec morbo extinguitur, sed violentâ tandem esurie perit; Nimirum, cum adunca Rostri extremitas tantum accrevit, ut captando cibo Rostrum fiat ineptum; itaque destituta necessario vitæ alimento emoritur. Cùm Senii molestiâ gravatur, deficit ei Pennarum vigor, & oculi caligine obnubilantur. Quibus malis Naturæ instinctu quæsitura remedium Cœlestem regionem volatu petit, ibique, beneficio Solis, detergitur oculorum caligo, & concepto calore tota æstuans, ex alto, quanto potest impetu, delapsa, frigidissimis aquis tertiò seipsam immergit: mox inde Nidum repetit, ubi, inter robustos Pullos & venari potentes, Febre quadam corripitur, cujus calore toto corpore excitatur sudor. Ita ei cum Sudore veteres pennæ defluunt. Interea pio Pullorum obsequio fovetur et pascitur, donec, reparatis viribus & renatis plumis renovetur. Hinc Regius Psaltes ait, *Renovabitur, ut Aquila, Iuventus tua.* Ps. 103. v. 5.

Ubi nidulatur; & quales prædas venatur. Aquila in locis abruptis et inaccessis Nidum ponit, ut in altissimis Petris vel Arboribus, ne à Venatoribus aut Inimicis Bestiis turbetur, & ut Pullos ab omni injuriâ certiùs vindicet. Cùm prædam venatur, despectis minoribus, majora aggreditur Animalia, ut Capreas hinnulosque Cervorum.

Aquila Infantem pannis involutum ad Nidum suum deferens. Retulit mihi D. *Matthæus Mackaile* Pharmacopœus *Abredonienſis*, Plurimas esse Aquilas in Occidentali parte Terræ firmæ *Orcadum*, quæ Pomonâ dicitur, ut & in Insulâ *Hoiâ*, unamque ex iis Infantulum unius anni Pannis involutum arripuisse, quem Mater Tessellas ustibiles pro igne allatura momento temporis deposuerat in loco *Houton-head* dicto, eumque deportâsse per quatuor milliaria passuum ad *Hoiam;* quâ re ex Matris ejulatibus cognitâ, quatuor viri illuc in Naviculâ profecti sunt, & scientes ubi Nidus esset, Infantulum illæsum & intactum deprehenderunt.

Aquilæ autem (ut mihi relatum) apud nos sunt

Chrysaetos. Chrysaëtos, quæ à fulvo pennarum colore nomen habet.

Haliætus. Haliætus, *The Sea-Eagle*, or *Ospray.*

Pygargus Hinnularius, Melanætos. In unâ *Orcadum* Insularum.

Pygargus Hinnularius (quia Cervorum Hinnulos adoritur Turnero) an *Erne.*

Aquilarum usus Medicus. Fel Aquilinum oculorum suffusionem depurgat, et eorum caliginem serenat, et visum claritati pristinæ restituit.

Adipe Aquilinâ utiliter inunguntur Scrophulæ. Duritiès & nodos à frigore contractos illita dissipat; & Articulis resolutis et convulsis prodest.

Pellis cum plumis abdomini applicata Colicos juvat, et Concoctiones promovet.

Aves Rapaces diurnæ minores. Rapaces diurnæ minores Accipitres dicuntur. Hæ vel Generosiores, quæ cicurari et ad Aucupium institui solent, vel Ignaviores, seu imbelles, quæ, quia vel indociles, vel ad Aucupium minùs utiles, ab hominibus negliguntur.

Priores *Hawks* nostratibus dicuntur, et ab Aucupibus dividi solent in Macropteras et Brachypteras. Macropteræ sunt, quibus Alæ complicatæ ad extremam ferè Caudam pertingunt.

Macropteræ Generosiores ad Aucupium institui solitæ apud nos sunt

Falco gentilis, *Tercell-gentle.* In *Rossiâ & Orcadibus.*

Falco. Falco sacer, the *Saere*

Gyrfalco, the *Gerfalcon.*

Falco gibboſus. An qui noſtratibus *Hobby-female*?
Accipiter Æſalon, *Merlin* the female, *Jack* the male. *Accipiter.*
Tinnunculus mas & fœmina, *Stanchel.*
Brachypteræ ſeu Alis Caudâ brevioribus apud nos ſunt
Accipiter Palumbarius, the *Goſhawk.* Mas dicitur the *Tercell.*
Accipiter Fringillarius, ſeu Niſus, the *Sparrow-hawk.*
Ignaviores, ſeu indociles Macropteræ ſunt
Balbuſardus, the *Bald-Buzzard.* *Balbuſardus.*
Buteo vulgaris, the *Buzzard.* *Buteo.*
Subbuteo, quibuſdam Buteo albus, The *Ring-tail.*
Milvus, the *forked-tail Kite*, or *Gled.* Pinguedo Articulorum dolores lenit. *Milvus.*
Milvus paluſtris, the *Bog-gled.* An Milvus Æruginoſus *Aldrovandi*?
Milvus albicans. An Lanius albicans?
Milvus niger, a *black* Gled. An Lanius?
Cinerei coloris Milvus Accipitri ſimilis. An Lanius Cinereus?
Cuculus, the *Cuckow.*
Præter uſus quos exhibet in Venatione Accipiter, aſſus ut efficax Remedium Morbo caduco laborantibus commendatur. Uſus Medicus.

Fringillarii fimus ad partum promovendum & Secundinas pellendas commendatur.
Fel Falconis viſui multùm prodeſſe putatur. Ad maculas oculorum abſtergendas Fimus quoque prædicatur. Fimus quantitate unius drachmæ cum Vino ſumptus ſecretâ proprietate promovet partum. *Rodericus à Caſtro.*
Cuculi Fimus in Vino decoctus morſum Canis rabidi curat. Exuſtus Cuculus Epilepticis medetur. *Schwenckfelt.*
Quæ vulgo dicitur *Cuculi Saliva* Herbas inficiens Exhalatio eſt, quæ facillimè putreſcit, & Vermiculos gignit, Herbaſque adurit, niſi abſtergatur. *Cuculi Saliva* quid.
Rapaces Nocturnæ apud nos ex Auritis Rapaces nocturni.
Bubo maximus, nigri & fuſci coloris. In *Orcadibus.* *Bubo*
Caro & ſanguis Bubonis Aſthmaticis & difficulter ſpirantibus conferre creditur. Fel albugines, ſuffuſiones & caligines diſcutit. uſus Medicus.
Otus ſive Noctua aurita, the *Owl with feathers ſtanding above his ears.* *Otus. Noctua.*
Noctua, the *Common Gray Owl.*
Strix, the *Scritch-Owl.* *Strix.*
Aluco minor *Aldrovandi*, the *White Owl*, or *Church-Owl.* *Aluco minor.*
Nycticorax, the *Night-Raven*, & idem videtur qui aliis Caprimulgus. *Nycticorax.*
Veſpertilio, a *Bat*, or *Flittermouſe.* *Veſpertilio.*
Cinis Veſpertilionis viſum acuit, & cum Melle ſuffuſioni medetur. Uſus Medicus.
Aves Roſtris craſſis longiuſculis rectis donatæ apud nos
Corvus, the *Raven*, noſtratibus the *Corbei.* *Corvus.*
Corvus cinereus. An Vulturis ſpecies?
Corvus minor, the *Carrion-Crow.*
Corvus ſemicinereus. An qui noſtratibus the *Hooded Crow?*
Corvi combuſti cinis ad Podagram & Lepras commendatur. Combuſti quoque pulvis Epilepticis utiliter propinatur, ad quod Cerebrum ejus quoque valet. Corvi uſus Medicus & Mechanicus.
Pennæ, ſeu Calami Pictoribus ad Icones ſubtiliùs delineandas, & Organiſtis ad Muſica Inſtrumenta eliguntur. *Cornix.*
Cornix, the *Chough.*
Spermologus frugivorus, the *Rook.*
Cornix Aquatica.
Coracias, the *Cornwall Kae.*
Cornicum Crocitatio frequens Pluvias præſagit. Cornices Pluvias præſagiunt.
Cornicis frugivoræ Caro quibuſdam in Cibum venit. Cerebrum comeſtum Capitis doloribus auxiliari dicitur. Cornicum uſus Medicus.
Graculus, ſeu Monedula, a *Jack-Daw*, a *Kae.* *Graculus.*
Ex genere Picarum. *Picæ.*
Pica varia Caudata.
Pica Glandaria, the *Jay.*
Picæ Caudatæ Caro Convulſionibus, Reſolutionibus & Contracturis Remedium. Picarum uſus Medicus.
Pica Glandaria edulis eſt, nec pravi ſucci. Calculoſis in Cibo commendatur.
Ex Picis Martiis apud nos ſunt hi.
Pici Martii Roſtrum habent rectum, durum, anguloſum, acutum, ad Arbores perforandas accommodatum; digitos in pedibus binos ante, & totidem retrò. Inſectis ſolis veſcuntur. *Pici Martii.*
Picus viridis.
Picus varius minor.
Picus Cinereus.

Ad hos reducitur

Upupa. Upupa, in *Merciâ* et *Orcadibus*, Cristâ Capitis duos digitos altâ. Ejus egregia Descriptio apud D. *Willoughby* habetur, Ornithologiæ lib. 2. pag. 100. & Icon in Tabulâ 24.

Ispida & ejus usus Medicus. Aves Terrestres Piscivoræ apud nos

Ispida, the *Kings-fisher*.

Cor Ispidæ siccatum, & collo Infantium suspensum Comitialem Morbum arcere dicitur.

CAPUT III.

De Granivoris.

Ex his Rostris brevioribus aut minoribus donatæ carne albâ, quæ genus Gallinaceum constituunt, apud nos sunt.

Gallus & Gallina Domestica. GAllus Gallinaceus & Gallina Domestica.

Plures species, aut potius varietates sunt, ut quæ pedibus hirsutis &c.

Capo, qui Gallus castratus est.

Eorum Caro & usus Medici. Caro primum dignitatis locum sibi vendicat, vel Perdicis carni præferenda, optimum succum gignit, et facilè concoquitur.

Jus Pulli Gallinacei acres Humores temperat, in cholerâ et Stomachi rosionibus eximii usûs.

Tunica seu pellicula interior Ventriculi Vomitum compescit, et ad digestionem promovendam commendatur.

Adeps calefacit, emollit, lenit.

Viva Gallina (aut Gallus) deplumata circa annum, imposita Venenum è Bubonibus extrahit.

Gallina dissecta applicata morsibus Venenatorum Animalium medetur.

Testiculi Vires deperditas restituunt.

Ova maximè nutriunt.

Albumen vim habet refrigerandi et adstringendi.

Vitellum vim habet Anodynam, et maturat et digerit.

Pavo. Pavo, the *Peacock*.

Ejus usus. Caro Pavonis dura est et concoctu difficilis.

Stercus ad Epilepsiam commendatur.

Gallopavo & ejus caro. Gallopavo, Meleagris, a *Turkey*.

Juniorum caro tenerior præferenda.

Phasianus, & ejus caro. Phasianus, the *Pheasant*. In Nobilium quorundam domibus alitur.

Caro boni succi et saporis delicati.

Perdix, & ejus usus Medicus. Perdix cinerea, the *Common Partridge*.

Caro optima et valdè nutriens.

Fel incipientes suffusiones discutit.

Ova in cibo iis qui impotentes sunt conferunt.

Pennæ crematæ ad olfaciendum porrectæ fœminas utero strangulatas excitant.

Coturnix & ejus caro. Coturnix, the *Quail*.

Caro, ob saporis præstantiam & succi bonitatem, Perdicinæ æquiparatur.

Ortygometra & ejus usus. Ortygometra. An Rallus terrestris? Crex, the *Daker-hen*, nostratibus the *Corn-crek*. Passim inter sata.

Ortygometra (quæ Crex est) cibum, Coturnicis sapore, satis lautum præbet. Contra Regium Morbum prædicatur.

Gallinaceum genus sylvestre Phytivorum & Baccivorum

Superciliis rubris aut coccineis.

Urogallus major. Urogallus, Tetrao major *Aldrov. Cock of the Wood*. An nostratibus *Capercalze*? Fœmina Grygallus major *Gesn.* & *Alerovando* dicitur.

Icon tum Maris tum Fœminæ in Tabulis habetur.

A nostratibus recensentur Abietina & Betulea, quòd ex ejusmodi Arborum extremis flagellis victitare dicantur.

Urogalli majoris usus. Caro saporis gratissimi est. Alvum sistit.

Urogallus minor, & ejus usus. Terrao, seu Urogallus minor *Aldrov.* Gallus *Scoticus*, & Gallus paluster *Scoticus Gesn.* Nostratibus the *Black Cock*. In Ericetis & palustribus nostris frequens. Fœmina Grygallus minor *Gesn.* & *Aldrov.* dicitur.

In cibum lautissimum cedit.

Lagopus, & ejus Caro. Lagopus Avis *Aldrov.* Perdix alba *Sabaudis*, Francolinus *Italis*, nostratibus the *Ptarmigan*.

Caro egregii saporis est & boni nutrimenti.

Lagopus altera, & ejus Caro. Lagopus altera *Plinii*, Attageni *Aldrovandi*, seu Francolino *Italorum* similis, si non eadem. The *Moor-Cock*, nostratibus the *Moor-fowl*.

Caro admodum tenera est, in junioribus præsertim, & optimi nutrimenti.

Genus Gallinaceum postico carens.

Otis. Otis tarda Avis *Aldrov.* Eadem videtur, quæ ab Historicis nostris Gustarda dicitur. Gallopavoni magnitudine nequaquam cedit. Dicitur *Merciam* frequentasse, & nuper mihi relatum est, unam non

ita

ita pridem in *Lothianâ* Orientali visam fuisse. *Hector Boëthius* dicit Gustardam (uti vocat) colore plumæ & carnibus perdicibus non dissimilem, sed quæ Olores mole corporis exuperet.

Pulveratrices simul et lavatrices.

Columba Domestica, seu Vulgaris, the *common Pigeon* or *Dove*. — Columba.

Quæ vel Columba est pedibus nudis, major et minor :

vel pedibus hirsutis major,

minor Cristata:

Vel Columbæ tremulæ.

Columbæ sylvestres apud nos reperiuntur

Turtur,

Palumbus torquatus, the *Ring-dove*. — *Palumbi torquati* Usus Medicus.

Caro Dysentericis auxiliatur. Fimus Urinam provocat, et Calculosis utilis est.

OEnas sive Vinago, the *Stock-dove*, or *Wood-pigeon*.

Columba Rupicola.

Caro Columbarum juniorum præfertur. Ad Paralysin & tremorem commendatur. Boni saporis est & Analeptica, à Morbo convalescentibus ad vires reparandas utilis. — *Columbarum* Usus Medicus.

Columba viva per spinam dissecta in malignis Febribus soleis pedum cum fructu applicatur.

Tunicæ Ventriculi exiccata & pulverizata commendatur in Dysenteriâ.

Fimus, ob nitrosam qualitatem, cum semine Nasturtii tritus & impositus in Arthritide prodest.

Fimus cum semine per agrum sparsus ad proventum lætiorem multum facit — Usus Mechanicus.

Turdinum genus.

Sub hoc nomine etiam Merulæ & Sturni comprehenduntur. Notæ communes sunt, quòd magnitudo inter Columbas & Alaudas sit media, Rostrum longitudinis & crassitiei mediocris, deorsum modicè inflexum, Os intus flavum, Cauda longa, Victus ex Baccis et Insectis promiscuis, et Canoræ Aves. Sunt autem apud nos

Turdus Viscivorus, the *Shreitch*. — *Turdus.*

Turdus simpliciter dictus, sive Viscivorus minor.

Carnis sapore delicato commendatur.

Turdus pilaris, the *Fieldfare*. Sub finem Autumni ad nos advolat. Agrifolii et Juniperi baccis vescitur. Ejus caro in cibis laudatur.

Turdus Iliacus, sive Illas, aut Tylas, the *Red-wing*, or Wind-Thrush. Ejus Icon in Tabulis nostris habetur manu Nobilissimæ Heroinæ Dominæ Comitissæ de *Errol* delineata.

Turdi caro suavis, et laudabilis succi, in Arthriticis et Paralyticis commendatur. In Calculosis quoque et Dysentericis commendatur. — *Turdi* caro

Merula vulgaris, the *Blackbird*. — *Merula.*

Caro in cibis laudatur.

Merula torquata.

Sturnus, a *Starling*. Apud *Italos* Mensis adhibetur. — *Sturnus*, & ejus usus.

Perfectè loqui discit, voces quoque quorumvis Animalium et concentus imitatur.

Fimus ad Alphos, Impetiginem et Morpheam à Veteribus commendatur.

Nunc de Aviculis agendum est, quæ vel Tenuirostræ, quæ maximam partem Insectivoræ sunt, vel crassis Rostris præditæ. Et primò quidem de Tenuirostris, ac inter has de Alaudis agemus.

CAPUT IV.

De Aviculis.

AViculæ tenui Rostro donatæ apud nos sunt hæ.

Alauda ab aliis Avibus Calcanei seu postici digiti Ungue prælongo distinguitur, ut & Cantu, quem inter volandum in sublimi exercet. — *Alauda.*

Alauda vulgaris, the *Common Lark*. Carne admodùm suavi et delicata est.

Alauda Arborea, the *Wood-Lark*.

Alauda Pratorum, the *Tit-Lark*.

Alauda Cristata.

Hirundo caput habet pro corporis modo grande, Rostrum breve, pedes breves & exiguos, Alas longissimas, Caudam longam & forcipatam. Volatus & pernix & ferè continuus est. Avis hæc Veris Nuncia est. Ejus species apud nos — *Hirundo.* Ejus variæ species.

Hirundo Domestica, the *Common House-Swallow*.

Hirundo Riparia, the *Sand-Martin*, or *Shore-bird*.

Hirundo Apus, the *Black Martin*.

Quibusdam Hirundines in cibum veniunt. Epilepsiæ, Oculorum hebetudini, Anginæ ac Uvulæ inflammatæ medentur. Nidus Anginæ auxilio est. — Usus Medicus.

Tenuirostræ, quibus Cauda unicolor.

Curruca Alaudæ Pratorum aut Rubeculæ ferè magnitudine est; Rostrum ei tenue, longiusculum, nigrum. — *Curruca.*

Avis Stoporellæ similis. — *Stoporellæ similis.*

Ruticilla. Ruticilla, the *Redstart.*

Rubecula. Rubecula, the *Robin red-breast*

Luscinia. Luscinia, sive Philomela. Vide *Jonstoni* Hist. Naturalem, ubi nostram minùs suaviter canere dicit.

Passer Troglodytes, & ejus usus. Passer Troglodytes *Aldrov.* perperam Regulus, the *Wren.* Valdè commendatur in Calculo Renum & Vesicæ.

Tenuirostræ Caudâ bicolore.

OEnanthe tertia. OEnanthe tertia, Muscicapa tertia *Aldrov.* Rubetra *Bellonii*, the *Stonechatter.*

Motacilla. Motacilla alba, the *White Water Wag-tail.*

Motacilla flava.

Usus Medicus. Motacillæ mira vis in Calculo atterendo prædicatur.

Aviculæ Rostris brevibus majoribus.

Parus. Parus major, the *Oxeye.*

Parus cæruleus.

Parus sylvaticus *Gesneri* perquam exiguus, maculâ per medium verticem rubente conspicuus; partibus utrinque nigris.

Usus Medicus Parus in cibis utilis Icterum curat, & ad Renum Calculos & Colicos cruciatus prædicatur.

Aviculæ magnis, crassis & validis Rostris.

Chloris. Chloris, the *Green-Finch.*

Rubicilla. Rubicilla, sive Pyrrhula *Aldrov.* a *Bullfinch*, *Alp*, or *Nobe.* Variæ ejus species apud nos sunt.

Loxia, & ejus usus Medicus. Loxia, seu Curvirostra, Rostro ab utraque parte recurvo, the *Cross-bill.* Ejus usus in Calculosis commendatur & Arthriticis.

Passer. Passer Domesticus;

— Campestris.

Usus Medicus. Assus Passer Venerem conciliat, Epilepticis quoque præscribitur.

Fringilla. Fringilla, nostratibus *Snowfleck* & *Shoulfall.*

Carduelis. Carduelis, the *Gold-finch.*

Linaria. Linaria vulgaris, the *Common Linnet.*

Serinus. Serinus *Gesneri.* An qui nostratibus *Thrissel-cock* dicitur?

Nostra autem Linariæ magnitudine varia est, plumis variis & viridibus.

Embriza. Embriza alba *Gesn.* Alaudæ congener *Aldrov.* The *Bunting.*

Citrinella. Citrinella, the *Yellow Youlring.*

Luteola. Luteola, *a Bird of a bright yellowish colour, Back and belly.*

Atque hæc de Avibus Terrestribus sufficiant. Nunc de Aquaticis agendum, quarum magnus hic numerus est, propter ambiens Mare Insulis refertum & innumeros Lacus.

CAPUT V.

De Avibus Aquaticis Fissipedibus.

AVes Aquaticæ sunt vel Fissipedes, quæ circa Aquas versantur, & in Aquosis plerumque victum quærunt, Aquis tamen non innatant (Hæ ferè omnes longicruræ sunt, Cruribus quoque supra Genùa aliquousque nudis, ut Aquas commodiùs ingrediantur) vel Palmipedes, quæ Aquis innatant, & Crura breviuscula maximam partem obtinent.

Inter Aves Fissipedes maximæ singulares.

Grus. Grus, the *Crane.* Ad *Orcadas* quandoque accedit.

Ex Piscivoris

Ardea, & ejus usus. Ardea Cinerea major, the *Common Heron.*

Ardea Stellaris, the *Bittern*, nostratibus the *Buttour.*

Ardea quibusdam in cibum recipitur. Axungia illita Podagricos lenit dolores.

Platea. Platea, sive Pelecanus *Aldrov. Lepelaer Belgarum.* Huc advolat quandoque.

Aquaticæ Limosugæ, Rostris tenuibus, longissimis, rectis.

Scolopax. Scolopax the *Woodcock.* Ejus caro optimi saporis.

Gallinago minor. Gallinago minor, the *Snite* or *Snipe.* Delicati saporis est.

Rostris tenuibus, longissimis, curvis.

Numenius. Numenius, sive Arquata. Caro saporis delicati est. Ejus Icon habetur in Tabulis nostris.

Elorius *Rondel.*

Aves Aquaticæ non Piscivoræ, Rostris tenuibus, mediæ longitudinis.

Himantopus. Himantopus *Plinii*, quæ cùm à nemine eorum, qui scriptis suis de Historiâ Naturali nobis innotuerunt, visa fuerit, ejus Historiam fusiùs tradere operæ pretium erit.

Avis hæc (cujus binæ Icones de ipsâ Ave desumptæ in Tabulis nostris habentur, una major, altera minor) mihi transmissa fuit à *Gulielmo Dalmahoy* uno ex Prætectis Cohortis Regiæ, Historiæ Avium peritissimo, apud Lacum prope *Dumfrisium* Oppidum Sclopeto transfixa, ubi & altera quoque postea confossa fuit, quæ Militis incuriâ perdita. Est ea communi doctorum suffragio Avis, cujus, sub nomine „ Himantopodis meminit *Plinius* his verbis: 2. Hæc quidem Himantopodi, multo minori, quanquam „ eadem Crurum altitudine. Nascitur in *Ægypto*, insistit ternis digitis, præcipue ei pabulum Muscæ. Nat. Hist. Lib. 10. ca. 47 & 46.

Vita

„ Vita in *Italiâ* paucis diebus. Bibunt Aves ſuctu, ex his quibus longa colla, intermittentes, & capite re-
„ ſupinato velut infundentes ſibi. Porphyrio ſolus morſu bibit Idem eſt proprio genere, omnem cibum aquâ
„ ſubinde tingens, deinde pede ad Roſtrum veluti Manu afferens. Quæ & Himantopodi convenire innuit.

Nomen habere quidam volunt à ſanguineo crurum colore. Alii ex argumento pedum, quaſi Loripedes: crura enim iis prælta & exilia ſunt. Unde populi quidam *Æthiopiæ*, qui ſerpendo (ut *Solinus* interpretatur) flexis crurum nixibus ingrediuntur, *Himantopodes Pomponio Plinioque* vocantur. *Oppianus* certè Ἱμαντόποδες Aves à crurum tenuitate nomen ſcribit obtinere. *Aldrovandus* hanc Avem, de quâ *Plinium* loqui conjicit, inter Gallinulas Aquaticas ex Ornithologo deſcribit & depingit, qui eam Erythropodem nominat. Sic autem eam deſcribit accuratiſſimus Scriptor D. *Willoughbeus*. Hæc autem Himantopus toto ventre, pectore colloque inferiori candicat, ſicuti capite etiam infra oculos: nam ſupra oculos nigricat, quemadmodum etiam in dorſo & alis nigri & obſcuri coloris eſt. Roſtrum etiam nigrum, palmam & amplius longum, gracile, & niſi Oniſcis & aliis Inſectis lancinandis aptum. Cauda ex albo cinerea eſt, infrà candicat. In collo ſuperno maculæ ſunt nigræ deorſum vergentes. Alæ autem, crura, femoraque mirâ longitudine admodùm gracilia, debilia, eoque debiliora ad inſiſtendum, quòd digito poſtico careat, & anteriores, pro tibiarum longitudine, breves, adeò ut Himantopus ſive Loripes meritò dicta fuerit. Digiti ferè æquè longi, ſanguinei coloris, medius tamen paulò longior eſt. Ungues exigui, nigri, parùm recurvi.

Lib. 2. de Aucupio. Lib. 20. Cap. 30.

Nominis ratio.

Ejus deſcriptio Auctore D. *Willoughbeo* in Ornithologia.

Quantùm ego perſpicere poſſum, nullus Scriptorum hanc Avem vidit. *Aldrovandus* quidem adducit ex Ornithologo picturam ad Sceleton Avis a *Dalechampio* tranſmiſſum adornatam, in quâ error eſt, quòd crura multò breviora tibiis faciat, Avemque flexis cruribus depingat, quòd in Sceleto, arefactis forte cruribus, is ſitus crurum fuerit. Quos errores recentiores Avium Scriptores in ſuis Figuris ſequuti ſunt. Ego Icones has ad ipſam Avem depingendas curavi. & Deſcriptionem quàm poſſum accuratiſſimam ex objectâ oculis meis Ave tradam.

Deſcriptio noſtra.

Magnitudine Vanellum parùm ſuperat. Longitudo totius Avis à capitis vertice ad medii digiti extremum habet 20 Uncias; Roſtrum rectum duas Uncias cum dimidiâ longum. Superior pars Roſtri inferiore longior nonâ parte Unciæ. Collum tres Uncias longum. A collo ad Caudæ extremum ſeptem Unciæ; & octava pars Unciæ. Alarum longitudo à ſummitate ad extremum octo Unciæ & ſeptem partes Unciæ Crurum, tibiarum, & pedum & digitorum longitudo à trunco Avis, ubi oriuntur, ad unguem medii digiti, ſupra duodecim Unciarum: Pars ſuperior Cruris Pilis & Muſculis tecta Unciam unam cum dimidiâ longa. Quâ deſinunt Pili, ad Articulum Tibiam cum Crure connectentem, tres Uncias cum dimidiâ longa. Tibia à Cruris Articulo ad Articulum Pedis, quatuor Uncias cum ſex Unciæ partibus longa, Pes ab Articulo Tibiæ ad medii digiti extremum Unciam unam cum Unciæ quinque partibus longa. Medius Digitus exteriore ſecundo duas partes Unciæ longior, exterior interiore et breviſſimo unam partem longior. Roſtrum totum nigricat, ex utraque parte interiore ſulcatum. Lingua candicans, brevis, ex latiore baſi in acutum mucronem faſtigiata, extremo ſuo tertiam tantùm Roſtri partem attingit. Alæ ex utraque parte ultra Caudæ extremum Unciam unam cum dimidiâ propendent. Cauda tres Uncias cum unâ parte Unciæ longa. Corpus quidem leve et gracile eſt, inſtar Avium Paluſtrium ferè, quas Gallinulas Aquaticas vocamus. Color in Capite et Collo prono albus, in Dorſo et Alis niger, pauco ſubviridi admixto. Caudæ pars ſuperior et Collum ſuperius colore ex albo et cinereo. Partes pronæ omnes albæ, et capitis ſuperior quoque pars alba. Crura ſanguinei coloris. Digiti terni ſanguinei quoque, quorum medius longiſſimus, breviſſimus interior: jungitur autem medius cum exteriore breviſſimâ membranâ. Addit Ornithologus: Poplitum cavitas inſignis eſt, Articulo tam flexili, ut in Sceleto etiam Tibia ad Femur tota reflectatur. Videtur ſanè hæc Avis, ex Structurâ ſuâ, magis ad Volatum quàm ad Curſum comparata. Inceſſus certè, niſi æquali Alarum expanſione librata eſſet, difficilior mihi videretur, in tantâ Crurum & Pedum longitudine & exilitate. *Oppianus* de iis agens dicit, hoc novum in iis eſſe, quòd, Maxillâ inferiore fixâ, ſuperior ſolùm in ipſis moveatur. Sed in Ave hic propoſitâ Maxillarum motus nihil ab aliarum Avium naturâ variat, ut ex Articulis in Sceleto apparet.

Malè *Bellonius Pie de Mer*, Picam Marinam, pro Himantopode Plinianâ obtrudit, ut Iconem & Deſcriptionem apud eum conſideranti patebit. Atque, quòd fuſiùs quidem hujus Avis Deſcriptionem proſecutus ſum, Veniam mihi dabunt æqui Lectores, quòd explodendus eſſet de hac Ave receptus error, & ad naturæ ipſius mentem effigies ejus delineanda.

Hæmatopus. Hæmatopus, *Bellonii* Pica Marina.

Gallinula Erythropus. Gallinula Erythropus major *Geſn.* The *Red-Shank*, or *Pool-Snipe*.

Avis the *Stint* dicta. An Cinclus prior *Aldrovandi*?

Aves Aquaticæ Roſtris brevibus, Inſectivoræ,

Vanellus. Capella, ſive Vanellus, the *Lap-wing*, or *Baſtard Plover*.

In cibum venit. Saporis boni eſt, nec ſucci improbi.

Pluvialis. Pluvialis viridis, the *Green-Plover*.

Pluvialis cinerea flaveſcens, Squaturola *Venetis* dicta.

In cibum veniunt. Delicati ſaporis ſunt, & facilis concoctionis.

Morinellus. Morinellus in *Mercia* frequens. In cibum expetitur, ob ſaporis præſtantiam.

Charadrius. Charadrius, the *Sea-Lark*.

Aves Aquis innatantes Fiſſipedes,

Quibus Digiti nullis ad Latera Membranis augentur.

Gallinula. Gallinula Chloropus major *Aldrovandi*, the *Common Water-Hen*.

Rallus Aquaticus noſter. Rallus Aquaticus noſter. Ejus hæc Deſcriptio ad me tranſmiſſa eſt à M. *J. Bruno* Viro admodum docto. Vanelli magnitudine eſt, plumis à vertice ad extremam uſque caudam obſcurè nigricantibus, in ventre cineritiis, nivei in averſâ caudâ candoris. Roſtrum habet Columbini ferè longitudine, latius verò et craſſius. Ro-

Ejus Deſcriptio.

ſtrum ſuperius coloris eſt bipartiti, cujus ſumma pars ab oculis ad medium pertingens rubra eſt et ſupereminens, ita ut crederes appoſitam aliquam Ceræ partem eſſe, cujuſmodi Literas obſignare ſolemus: pars autem inde deſcendens viridis eſt. Crurum & Femorum Cutis ſubviridis, niſi quòd partem illam, unde Crus incipit, Periſcelidis inſtar, Circulus ambit Coccineus. Caudâ in dorſum reflexâ, inſtar Cuniculi currentis, in Aquarum ſummitate graditur.

Aves Natatrices
Digitis ad Latera Membranis auctis.

Fulica. Fulica, the *Coot*.

CAPUT VI.

De Avibus Palmipedibus.

Aves Palmipedes Tridactylæ, ſeu Digito poſtico carentes.

Alka. ALka *Hoieri*, the *Auk*, noſtratibus the *Scout*. In Inſulâ *Baſſa*. Ova ejus Gallinaceis majora, nigris punctis interſtincta. In cibum venit.

Lomwia. Lomwia Inſulæ *Faræ Hoieri*. Ibid.

Anas Arctica. Anas Arctica *Cluſii*, cujus Icon habetur in Tabulis.

Columba Groenlandica. Columba *Groenlandica* dicta, the *Sea-Turtle Dove*. In Inſulâ *Baſſâ*, ubi Turtur dicitur.

Aves Palmipedes Tetradactylæ,
Quibus Digiti omnes Membranis intercurrentibus connexi ſunt.

Anſer Baſſanus. Anſer *Baſſanus*. Junioris integri Icon, & Caput & Pes ſenioris in Tabulis noſtris habetur. *Boëthio* noſtro Aquilæ ſpecies dicitur.

Ejus Deſcriptio. Aliquantò minor vulgaribus Anſeribus eſt, pinguior multò. Ex Halecibus vivit, quarum ſaporem carnes comeſtæ retinent. Coloris ſubcineritii ſunt juniores, adulti albi. Roſtrum acutiſſimum, longum, rectum, in extremo nonnihil incurvum. Latera utriuſque Roſtri Mandibulæ leviter ſerrata Pedes nigri, & Membranæ intercurrentes latæ, & admodùm rugoſæ, ut uno etiam pede firmiter inſiſtere Rupi etiam acutiſſimæ poſſit. Os, quod vulgò *Bril* appellatur, adeò in hac Ave cum pectore connexum eſt, ut nullâ vi avelli queat; quod impedit, ne in Pontum ſummâ violentiâ deſiliens in Haleces collum rumpat. De hoc obſervatum tradunt, quòd, ſi in quovis loco extra conſpectum Maris collocetur, corpus ſuum è terrâ levare & volare non poſſit: quod aliqui Alarum longitudini imputant. Ego etiam ſtupiditati Avis tribuerem: in domibus enim nutrita ſtupidiſſima Avis videtur eſſe. Singulæ fœminæ ſingula tantùm ova unâ vice pariunt. Qui vel maximè palato lenocinantur, nequeunt tam delicatum ſaporem ex carne & piſce mixtum (qualis hujus Avis aſſæ eſt) Arte ſuâ conciliare. Hinc meritò noſtratibus Pulli adulti in deliciis habentur, & magni væneunt: Vere adveniunt, nec ante Autumnum diſcedunt. Non ſolùm autem in Inſulâ *Baſſâ*, ſed & in *Aliſâ* & aliis ex *Æbudibus* nidulantur.

Corvus Aquaticus. Corvus Aquaticus, the *Cormorant*. In Rupibus Æſtuarii *Forthæ* frequens.

Corvus Aquaticus minor, ſive Graculus Palmipes, the *Shag*.

Palmipedes Tetradactylæ Poſtico digito ſoluto,
Roſtro anguſto, in extremo non ſerrato.

Puffinus. Puffinus *Anglorum*. In *Gallovidiæ* noſtræ littore frequens.

Roſtro anguſto, in extremo adunco, ſerrato.

Merganſer. Merganſer, Harle *Bellonii*, the *Gooſander*.

Mergi. Varii apud nos Mergi ſunt, majores & minores in *Buchaniæ* littore, quorum unus in Tabulâ Argenteâ manu Illuſtriſſimæ *Erroliæ* Comitiſſæ inciſus eſt.

Roſtro anguſto in extremo non adunco, Brachypteræ
& Urinatrices, Colymbi dictæ.

Colymbus Colymbus Roſtra anguſta, recta, acuta; Capita parva & Alæ parvæ; Pedes retrorſum ſiti juxta Caudam, ad velociùs natandum & expeditiùs urinandum; Crura lata & plana, ſeu compreſſa; Ungues lati Humanis ſimiles. Ex his quidam

Fiſſipedes Caudâ carentes.

Colymbus, ſive Podiceps minor, a *Small Loon*, or *Arſe-foot*.

Quidam Palmipedes & Caudati

maximus. Colymbus maximus Stellatus noſtras, Mergus maximus *Farenſis*, ſive Arcticus *Cluſii*, the *Greateſt Diver*, or *Loon*. Globo tranſfixus prope Inſulam *Ketham*. Ejus Icon habetur in Tabulis.

Arcticus. Colymbus Arcticus *Lumme* dictus *Wormio*.

Aves Palmipedes Tetradactylæ Digito Poſtico ſoluto,
Roſtro anguſto in extremo non adunco, Macropteræ.

Lari majores.

Larus. Larus maximus ex albo & nigro ſeu cæruleo nigricante varius, the *Great black and white Gull*.

Avis *Kittiwake*, ex Larorum genere, egregii ſaporis.

Larus cinereus maximus, the *Herring-Gull*.

Larus cinereus minor, the Common *Sea-mew*.

Ad Laros reducuntur Cataractes.

Noſter Anſeri ſylveſtri magnitudine par, unguibus aduncis nigris. Ejus Icon in Tabulis noſtris habetur. Rapax Avis Querquedulas ſimileſque Aves minores devorat.

Larus major albus; the *Sea-mew*.

Lari

Lari minores.

Hirundo Marina, Sterna *Turneri*, nostratibus *Pictarne*. In Insulâ *Kethâ* à D. *Andreâ Balforio* Equite aurato, dum unà illic essemus, Globo transfixa. *Pictarne.*

Aves Palmipedes Latirostræ.

Cygnus mansuetus. *Cygnus.*

Cygnus ferus. *Very many of them in the North.*

Adeps Hæmorrhoïdes lenit. Usus Medicus, & Mechanicus.

Pellibus durioribus & rigidioribus Pennis ablatis, relictâ plumâ molliore, seu lanugine, præparatis utuntur ad frigus depellendum. Imprimis operimenta pectoris & ventriculi ex iis confici solent. Ex mollissimis plumis Culcitræ quoque conficiuntur.

Anser domesticus. *Anser Domesticus*, & ejus Usus Medicus, &c

Caro ad cibum expetitur.

Adeps humectat, emollit, digerit.

Stercus ad Icterum multùm commendatur. Mechanicus.

Plumæ molliores pro Culcitris & Cervicalibus inserviunt. E pennis Calami Scriptorii parantur.

Anser ferus, the *Common Wild Goose*. *Anser ferus.*

Anser nostratibus the *Embergoose* dictus, qui nidulari sub aquâ, & sub aquâ etiam Ovis incubare traditur. In *Orcadibus* frequens. *Embergoose.*

Duntergoose in *Orcadibus* quoque reperitur. Ejus Ova paria Anserinis in Insulâ *Kethâ* reperiuntur. *Duntergoose.*

Skeeling-Goose, de quo fama est, in ejus Ventriculo Grana Piperis reperiri, de quo tamen non constat. *Skeeling-Goose.*

Bernicla sive Bernacla, or *Clakis*. *Bernicla*, sive *Clakis.*

De hac Ave multa fabulosa traduntur. Operæpretium igitur erit veram ejus Historiam tradere.

De hac integrum Tractatum scripsit *Michael Megerus*, qui de *Volucre Arboreâ* inscribitur, ubi æquivocam ejus generationem defendere conatur. *A D. Willoughbeo* sic describitur.

Anseri domestico minor est. Rostrum nigrum, Anserino multò minus & brevius, ab apice ad angulos oris vix sesquinciale. Quod rostro contiguum est, albet, exceptâ saltem areolâ inter oculos & rostrum nigricante. Collum ad Sternum usque suprà subtusque nigrum. Prona pars corporis alba, cum aliquâ cinerei mixturâ. Infimæ tamen femorum plumæ paulò supra genua nigræ. Ultimæ tegetes caudæ albæ: supra illas plumæ nigricant. Aliàs dorsum ex nigro & cinereo varium. Cauda nigra. Remiges nigro-cinerea Minores alas vestientium ordines extremis fimbriis albent, deinde aliquousque nigri sunt. Quod reliquum est cinerascit. Posticus digitus valdè exiguus est. Ejus Descriptio Auctore D. *Willoughbeo.*

Galli has Aves *Macquerolles* & *Macreuses* appellant, & tempore Quadragesimali ex *Normaniâ* Parisios deferunt. Sed reverâ deprehensum est à *Batavis*, Anseres hosce Ova parere, iisque, aliarum Avium more, incubare & Pullos excludere. Et refert *Senguerdius*, quod in Anatome harum Avium innumera Ova invenerit, &c. Mares ex his duos Testes habent, imo & Penem: & Femellæ Oviarium habent. Neque aliquid ejusmodi est, quod Animal creet, nisi priùs generet Ovum. Nec concipi potest, quomodo Animatum ab Inanimato, & Vivum à non Vivente produci possit: ultra enim suas vires ageret, generando quid seipsis nobilius. Quin potiùs ingenuè fateamur cum clarissimo Domino *Redi*, Quòd omnia illa, quæ ex putri materiâ vulgo oriri dicuntur, ex semine Plantarum reali & vero, nec non ipsorum etiam Animalium nascuntur, ut quæ mediante Semine proprio suas species conservent. Quodnam autem Animal in Conchis istis contineatur, sequente Sectione de Piscibus enarrabimus.

Anatinum genus.

Anas domestica vulgaris. In cibum venit, licet nutrimentum non ita bonum præbeat. *Anas domestica*, & ejus Usus.

Adeps dolores lenit. Fimus morsui Animalium venenatorum imponitur. Viva Anas, Ventre deplumato, Abdomini impositâ, Colicæ medetur.

Boschas major, the *Common Wild Duck*. *Boschas major.*

Querquedula major, the *Teal*. *Querquedula major.*

Anas Circia, the *Summer-Teal*. An quæ nostratibus the *Ateal*? *Anas Circia.*

Eider Anas plumis mollissimis *Wormii*, quæ sic apud eum in Musæo describitur. Mas à Fœminâ in multis discrepat, licet lineamenta ferè sint eadem. Mas Anatem figurâ planè refert, rostro plano nigro, magis ad Anseris quàm Anatis figuram accedente, in medio duobus foraminibus oblongis resp[illegible]rationi dicatis prædito, longitudine trium Unciarum, ad latera pectinato. A foraminibus [illegible]stri, per verticem, duæ nigerrimæ et mollissimis plumis constantes maculæ supra oculos ad occiput tendunt, quas dividit linea albicans stricta, quæ in colli partem superiorem ex viridi albescentem desinit. Totum verò collum, capitis pars inferior, pectus, dorsi & alarum pars superior candicant. Remiges vero pennæ nigricant, ut et pectus totum et Uropygium. Cauda trium Unciarum, etiam nigra. Pedes tribus digitis constantes nigri, membranâ nigrâ ad extremum junctis. Crura brevia & nigra. Digiti Unguibus acutis et incurvis armati, Calcar habent ex adverso ad initium Cruris situm, simili membranâ et ungue dotatum. Fœmina ejusdem est magnitudinis et figuræ, sed non nisi unius coloris, fusca maculis quibusdam nigris hinc inde conspersa, reliquis partium lineamentis Mari respondens. *Eider Anas.*

Nidos in Cautibus sibi struunt, ac Ova copiosa sapida pariunt. Plumæ mollissimæ et Culcitris fulciendis aptissimæ sunt. In exiguâ copiâ se valdè dilatant, et præ reliquis, corpus calefaciunt. Solent hæ Aves statis temporibus se deplumare: hinc hac merce expetitâ se ditant Mercatores. Eadem mihi videtur Avis hæc cum Colcâ nostrate, cujus meminit *Buchananus* agens de Insulâ *Suilskeraiâ*. In hac Insulâ rarum, et aliis Regionibus ignotum genus Avis conspicitur: Colcam vocant, magnitudine paulò

Rerum Scot. L. 1.

Colca Avis.

„paulò infra Anſerem. Ea Vere ſingulis annis eò adventat, Pulloſque excluſos eò uſque educat, „dum ipſi ſibi proſpicere poſſint. Ad id ferè tempus Plumæ ſponte defluentes è toto corpore nu- „dam deſtituunt: ac tum demum ad mare ſe recipit, nec ante proximum Ver uſquam conſpicitur. „Illud quoque eis eſt ſingulare, quòd earum pennæ caulem non habent, ſed levi, & cui nihil prorſus „duri adeſt, plumâ totum corpus velut languine veſtiunt.

Thomæ Bartholino Anas fera Eider roſtrum acutius habet nonnihil quàm vulgaris, Caro Mare ſapit. Differt. 3. de Medicinâ Danorum.

Albanoca. Albanoca Avis Palmipes maculis cinereis rubris & albis conſperſa in Inſulâ *Aliſâ* nidulatur.

CAPUT VII.

De Avibus quibuſdam apud nos, Quæ incertæ Claſſis ſunt, Quarum proinde Deſcriptiones accuratas deſidero.

AVis *Gare* dicta, Corvo Marino ſimilis, Ovo maximo.

Junco, Avis capite nigro, *Cole-hooding* dicta. Inter Juncos nidulatur.

Titlinga, *Titling*, or *Moſs-cheeper*. An Currucæ ſpecies?

Avis criſtata Paſſeri ſimilis.

Avis capite flavo, cum maculâ rubrâ. Circa Aquas verſatur.

Avis nigra, cum maculâ albâ in pectore, Sturni magnitudine, canora, natans. An Merula Aquatica?

Avis Coturnice major, ejuſdem coloris, Roſtro tres pollices longo, adunco.

Avis cinerei coloris Alaudâ major, Roſtro rubro. Aquas frequentat. *Pickerel* dicta.

Attagena albis maculis interſtincta, ſaporis delicatiſſimi.

Avis Marina *Sea-Coulter* dicta.

Avis Marina *Taſter* dicta.

Avis Marina *Sea-Cock* dicta.

Avis Palmipes Roſtro lato coccinei coloris, cinerei coloris, Coturnice minor.

Avis *Orcadenſis Lyra* dicta Anate minor, & Pluviali major, pinguiſſima, ſaporis piſculenti.

Avis parva præpinguis in *Orcadibus Tyſt* dicta.

Harle Avis Palmipes Anate major. An Merganſer?

Avis Anate domeſticâ minor piſcibus victitans *Smlefanger* dicta eſt dorſo nigricante.

Palmipes quædam Roſtro Ardeæ ſimili. In *Orcadibus*.

Cockandy Avis Palmipes Anſeri magnitudine par, cinerei coloris.

Badoch Avis Marina magna nigricans.

SECTIO QUARTA.

De Piſcibus.

CAPUT I.

De Piſcibus in genere.

Piſcium natura. PIſcis, voce generaliùs ſumptâ, Animal eſt Aquatile, ſeu in Aquâ vitam agens.

Sedes propria eſt aqua, extra quam ſi diutiùs retineantur, celerrimè moriuntur, tanquam naturali Elemento ſeu pabulo caloris deſtituti. Ut enim Animalibus terreſtribus & aëreis aër ad vitam abſolutè neceſſarius, ſic & aqua piſcibus pro caloris ſui ventilatione neceſſaria eſt.

Differentiæ à Loco, à Tegumento. Omnia autem Animalia Aquatica ad has duas Claſſes reducuntur: vel ſcilicet ſanguinea, vel exſanguia ſunt.

Sanguinea *Latinè* Piſces ſtrictim dicta, &, pro locis in quibus vivunt, vel ſunt Marini, Fluviatiles, Lacuſtres, vel Marini ſimul & Fluviatiles. Tegumentorum quoque ratione, quidam ſquamoſi ſunt, quidam Cute tecti, eaque vel aſperâ vel lævi.

Exſanguia generaliùs dividuntur in Mollia, Cruſtacea & Teſtacea.

Piſcium Motus, Uſus. Quidam ex Piſcibus natant, qui Motus Pinnis perficitur, quidam gradiuntur, ut Cancri, &c. In Cibum plurimi veniunt; quidam etiam partes habent ad uſus Mechanicos inſervientes.

CAPUT II.

INter Sanguinea agmen ducunt Ceti mole ſuâ obſervabiles. Et quidem ſub nomine Cetorum veniunt Piſces ingentis molis: ſed propriè tales ſunt, qui Pulmones, Arteriam, Collum & alia Membra cum Quadrupedibus communia habent. Ex his apud nos ſunt

Balænæ olim claræ apud Scriptores antiquos, ut apud *Juvenalem*,

Sat. 12.

Quantò

Quantò Delphinis Balæna Britannica major.

Balæna, the *Common Whale.* Una ſeptuaginta pedum longitudine nuperrimè capta in Oris Borealibus. Balæna.

Prope *Leogum* Inſulam tanta capitur Balenarum copia, ut aliquando (uti ſeniores narrant) viginti ſeptem, partim prægrandes, partim minuſculæ, Decimarum nomine Sacerdotibus ſint exhibitæ.

Phyſeter, the *Spouting-Whale.* Ante cerebrum foramen habet, ſeu fiſtulam, per quam aquas eructat. *Phyſeter.*

Lib. 6. Exot. Cap. 17.

Cetus dentatus *Cluſii*, in cujus capite Sperma Ceti reperitur. *Cetus dentatus.*

Porcus Marinus Harengos perſequitur, & Delphinus eſſe creditur. *Delphinus.*

Phocæna, the *Porpus* or *Porpoiſe*, Delphini ſpecies. Breviore & craſſiore corpore eſt. *Phocæna.*

Sapor carnis Porci Marini Bovillæ non multùm cedere dicitur.

Ex Adipoſis horum Piſcium Carnibus Oleum (*Train-Oyl* vulgò) excoquitur, cujus uſus ad Saponem nigrum conficiendum; in Lucernis quoque; & ab Alutariis & Coriariis etiam ad inungenda Coria expetitur. Uſus Mechanicus.

CAPUT III.

De Piſcibus Pelagiis Squamoſis.

EX his apud nos ſunt

Aſellus mollis, Candidus primus, omnium nobiliſſimus. D. *Shonevelde.* Noſtratibus a *Whiting.* *Aſellus.*

Aſellus Callarias, Noſtratibus a *Haddock.*

Aſellus fuſcus, Noſtratibus a *Podly.*

Aſellus major, the *Cod-Fiſh*, or *Keeling.*

Aſellus niger, the *Coal-Fiſh.*

Aſellus noſter a *Codling* dictus, *bigger than the Haddock.*

Aſellus varius, Molva, Aſellus longus. *Shonevelde. Ling.*

In cibum venit, &

Ex hepatibus *Aſellorum* collectis pinguedo excoquitur, & Oleum *Train-Oyl* dictum inde conficitur. Uſus.

Halec, a *Herring.*

Haleces *Scotiam* immenſis exercitibus circumnatant. Ingentem quæſtum ex eorum capturâ in noſtro Mari *Batavi* quotannis faciunt. Optimè nunc apud nos condiuntur, & à Mercatoribus noſtris Exteris in Oris diſtrahuntur. *Harengus.*

Recens egregii ſaporis eſt: à quibuſdam tamen Muriatica præfertur, quòd languidum & humectum Ventriculum firmet, appetentiam excitet, famem ſedet, & adverſus Crapulam valeat. Vires.

Jus Halecum Alvum ſolvit. Inteſtina pulverata ex Vino pota Urinam retentam elicere valent. *Schwenckfelt.*

Muria incidit, attenuat, abſtergit, Alvum ſubducit. Ex Melle cum Halecum cinere ſtrumas diſſipat, & ad Anginas valet; Ulcera ſordida abſtergit, & morſui Canis rabidi medetur.

Aloſa minor a *Crue-Herring.* *Aloſa.*

CAPUT IV.

De Pelagiis lævibus.

EX his apud nos

Thunnus, noſtratibus the *Stoer-Mackrel.* In eâ Maris *Atlantici* parte, quæ Occidentalem *Scotiæ* Oram alluit. *Thunnus.*

Xiphias, ſeu Gladius, the *Sword-Fiſh.* *Xiphias.*

Serpens Marinus, the *Sea-Serpent.* *Serpens Marinus.*

Conger, quibuſdam à corporis & coloris ſimilitudine Anguilla Marina, the *Conger.* *Conger.*

CAPUT V.

De Piſcibus Cartilagineis.

HOrum duo genera: alterum longum, alterum planum.

Longi generis.

Canis Carcharias. Ex *Atlantico* Mari Minores Piſces, Haleces, &c. perſequitur in ſinus Maris Occidentalis noſtri. *The Shark.* *Canis.*

Galeus Muſtelus, the *Dog* or *Dogger-Fiſh*, Piſcatorum Retia rumpit. *Galeus.*

Galeus Acanthias, Catulus ſpinax, the *Picked Dog.*

Plani generis.

Paſtinaca Marina, the *Fire* or *Fiery Flaw.* *Paſtinaca.*

Raia, the *Thornback.* *Raia.*

Raia lævis, the *Scate.*
Raia clavata, the *Scate with large pricks like nails.*

Squatino-Raia. Squatino-Raia.

Lumpus. Lumpus *Anglorum*, noſtratibus the *Cock-Paddle.*
Gibboſus Piſcis, the *Huſh-Paddle.* Quibuſdam the *Bagaty.*

Rana Piſcatrix. Rana Piſcatrix, the *Fiſhing-Frog.*

Incertæ Claſſis.

Mola. Mola *Salviani*, Orthragoriſcus, ſive Luna Piſcis *Rondelet.* the *Molebut.*

CAPUT VI.

De Piſcibus Marinis, Saxatilibus & Littoralibus.

Perca. EX Saxatilibus Marinis apud nos ſunt, ex Squamoſis
Perca Marina, the *Sea-Pearch.*
Channe, Hiatula, quòd perpetuò hiare videatur.

Uſus Medicus. Caro Percæ duriuſcula, friabilis, ſuavis, laudabilis ſucci, languentibus ægris, febricitantibus, puerperis & vulneratis ſalubris. Hinc *Auſonius*, Eidyll. 10.

Nec te delicias Menſarum Perca *ſilebo,*
Solus puniceis facilis contendere Mullis.

Jus ex Percis alvum emollit. Coërcent Carcinomata Percarum ſalſorum capita. Lapillos binos rotundos Perca in capite fert juxta ſpinæ dorſi initium, qui contra Calculum laudantur.

Umbra. Umbræ *Rondeletii* congener noſtras maculis aureis. An Anthias quartus *Jonſtoni*? Ejus Icon in Tabulis noſtris habetur.

Gobius. Gobius Marinus viridis, a *Groundling*, or *Rock-Fiſh.*

Acus. Acus, the *Needle-Fiſh.* Hujus variæ ſpecies apud nos: ſcilicet,
Acus Oppiani Major cubitum unum longus.
Minor pedem longus.
Acus Ariſtotelis.

Acus noſtras caudâ Serpentinâ. Ejus Icon in Tabulis habetur. Duos pedes longus eſt. Roſtrum ejus Tubam æmulatur, in quo convenit cum priore Acu *Ariſtotelis*; hoc veluti per Fiſtulam ex Aquâ Alimentum haurit: foramen enim parvum in extremo Tubæ eſt. Pinnam habet in medio dorſi oblongam duas uncias longam. Cauda autem non (ut prior) in pinnam inſtar penicilli deſinit, ſed in acutum veluti ſtimulum terminatur, abſque ullo pinnæ veſtigio. Ab infimâ verò capitis parte ad caudam lineis gyratim ad parvum intervallum corpus ambientibus diſtinguitur. Gyri hi obſcuri coloris: Cutis autem, quæ Cartilaginea eſt & dura, flaveſcit. Fuit hic Piſcis in Littus Præfecturæ *Limnuchenſis* prope Prædium de *Carrin* rejectus, tempeſtate maris (ut veriſimile eſt) illic delatus, & ad me ab *Andreâ Pourie* Chirurgo *Limnuchenſi* tranſmiſſus.

Apua. Apua vera, the *Spurling.*

Ammodites. Ammodites the *Sand-Eel.*

Draco. Draco Marinus major, the *Viver Pieterman*; quibuſdam Araneus minor.

Trachurus. Trachurus. Hunc eſſe ſuſpicor, qui *Drumfriſienſibus* noſtris *Hirling* dicitur, ſimilis Scombro, ſaporis Aſelli *Merlucii.*

Encraſicholi ſpecies. Encraſicholi ſpecies. At *Drumfrieſs.*

Scomber. Scomber, the *Mackrel.*

Aculeatus Marinus. Aculeatus Marinus minor *Shonevelde.* Ejus Icon in Tabulis habetur.

Lyra. Lyra, quibuſdam the *Crowner*, aliis ex noſtratibus the *Sea-Hen*: quæ appellatio quoque (Sea-Hen) *Germanis* communis eſt, referente *Turnero.*

Scorpius. Scorpius Marinus noſtras. Ejus Icon habetur in Tabulis noſtris.

Cyprinus. Cyprinus, the *Sea-Carp.*

Ex planis Squamoſis.

Solea, & ejus Uſus. Solea, the *Sole-Fleuk.*
Inter lautos cibos habetur. Caro ejus alba, firma, dura & nonnihil glutinoſa. Suavitate & bonitate præſtat multis aliis Piſcibus.

Rhomboides. Rhomboïdes. An qui noſtratibus the *Bonnet-Fleuk*? an *Turbot-Fleuk*?

Paſſer. Paſſer lævis vulgaris, the *Common Fleuk*
—auratus, the *Spotted Fleuk.*

Rhombus lævis, the *Common Turbot.*

Rhombus, & ejus Uſus. *Paulus Jovius* Rhombo principatum largitur, quem ideo Gancones *Itali* Aquatilem Phaſianum appellant, ut Soleas Perdicibus adæquant.

CAPUT VII.

De Marinis ſimul & Fluviatilibus.

Salmo. SAlmo, the *Salmon.* Tantâ copiâ capiuntur in noſtris Fluminibus, ut inter merces ſint, quæ apud exteros à Mercatoribus noſtris diſtrahuntur.

Eorum copia & uſus

Caro

Caro rubet; pinguis eſt, ori grata & ſtomacho idonea.

Recens ſuauis eſt & ori gratus. Salitus multum de bonitate amittit. Fumo induratus ſaporis ingrati & difficilis concoctionis.

Lupus Marinus *Shonveldii*, noſtratibus the *Cat-Fiſh*. Deſcriptio ejus habetur apud D. *Schonevelde* in Ichthyologiâ. *Lupus Marinus*, & ejus uſus.

In cibum venit, egregii ſaporis. Ejus Icon habetur in Tabulis noſtris.

Sturio, Accipenſer quibuſdam, the *Sturgeon*. *Sturio*, ſive *Accipenſer*, & ejus uſus.

Accipenſer Piſcis in primis nobilis eſt, pinguedine flavâ abundat, palato optimus. Caro candidiſſima, mollis, delicata, ſuavis, boni ſucci, ſtomacho idonea, ſuccum gignit dulcem, alit facillimeque excernitur. Summi apud veteres *Romanos* pretii. Hinc Martialis,

Lib. 13. Epig. 91.

Ad Pallatinas Acipenſem mittite Menſas.

Cataphractus *Shonveldii*. Ejus Icon in Tabulis noſtris habetur. *Cataphractus.*

Egregia ejus Deſcriptio extat apud D. *Schonevelde* in Ichthyologiâ.

Ob carnis dulcedinem quibuſdam in deliciis habetur. Reſecto capite, coquunt ex Aquâ. Hinc abraſis cruſtis, cum Butyro & Aceto utuntur.

Lampetra. *Lampetra.*

Anguilla, the *Eeel*. *Anguilla*, & ejus Uſus.

Anguilla carnem habet mollem, dulcem; ſed quæ glutinoſum, & pituitoſum frigidumque ſuccum gignat & faciat.

Aqua Anguillæ deſtillata Tabidis propinatur. Pinguedo coctæ ſupernatans Alopeciam emendat. Cum Axungiâ Anſerinâ, ſucco Rutæ, Abſinthii, Hederæ terreſtris ſit Unguentum ſurdaſtris utile. Hepar Anguillæ pulveratum ad partum promovendum commendatur.

Muſtela vivipara. Muſtela Vivipara.

Muſtela Vivipara, noſtratibus the *Guffer*, quibuſdam *Eelpout*. Eam ita deſcribit D. *Schonevelde*. Piſcis eſt pedalis aut paulò major. Cutis illi glabra, color capitis & dorſi ex fuſco flaveſcens nigris lituris ſugillatus, qui verſus latera dilutior ſit. Ventre paulatim obſcurè albeſcente, podex vel umbilicus albicat. Branchias habet utrinque quaternas. Caput quàm in aliis ſpeciebus minus, figurâ, ut in Anguillis, terete. Pinnas habet ad Branchias latiores duas, ſub gutture foris crocco totidem, cirrhorum inſtar, perexiguas. A cervicis initio dorſi pinna incipit coloris ex flavo cinerei, & continuo ductu verſus caudam excurrit. Ab umbilico pinna ſubflava in caudam brevem mucronatam gracileſcentem ac paulatim rubeſcentem deſinit. Anatomen partium interiorum ibidem vide. Vivipara eſt, ut unà cum D. *Balforio* noſtro obſervavi: ex unâ enim fœtus viginti duos extraximus, qui, Anguillarum inſtar ſe contorquebant.

CAPUT VIII.

De Piſcibus Fluviatilibus.

Trutta Fluviatilis vulgaris.

Trutta Piſcis guſtu ſuaviſſimus & ori gratus, carne friabili, in quâ parùm lentoris & pinguedinis ineſt: unde alimentum ex eo ſumitur corporibus alendis ſaluberrimum, ægris quoque commodum. *Trutta* & ejus Uſus.

Alburnus. An qui noſtratibus the *Bleis*? *Alburnus*

Pungitius Piſciculus. *Aſper Piſciculus.*

Cobites barbatus, a *Loch*. Ex Muſtelarum genere eſt omnium minima. *Cobites*

Phoxinus lævis, the *Minnow*. *Phoxinus*,

Phoxinus lævis, Piſciculus varius *Rondeletii* à variis coloribus dictus, Fellis multum habet: propterea non niſi eviſceratus coquendus. Carne eſt molli & ſatis ſuavi.

Salmoneta, qui noſtratibus the *Salmon-trout*. *Salmonetæ.*

Omni tempore bona eſt, ſed Maio menſe præſtat. Caro elixa rubet, ut Salmonum, ſuavis & grata, ſucci laudabilis & facilis digeſtionis.

Cyprinus, the *Carp*. *Cyprinus.*

Perca. *Perca.*

Abramis, the *Bream*. *Abramis.*

Lucius, a *Pike*. *Lucius*,

Lucius carne præditus eſt albâ, duriuſculâ, optimi ſucci & facilis concoctionis. Ejus Uſus,

Cor Lucii adverſus Febrium Paroxyſmos devoratur. Fel in oculorum affectibus magni uſûs. Mandibulæ ſiccatæ in pulvere adverſus pleureſin, renum ſaburram & veſicæ calculum bibuntur. Cinis ad ulcera inveterata uſurpatur.

Silurus, ſive Glanis. Atlas Novus Parte 5. Pag. 148. *Glanis.*

CAPUT IX.

De Lacuſtribus.

Trutta Lacuſtris maxima. An qui *Bull-trout* dicitur? *Trutta.*

Salmerinus. An Trutta parenchymate rubro, the *Red-Trout*? *Salmerinus*

Poana. Poana, Anguillæ ſpecies in Lacu *Leimonio.*
Vandeſius & Gevandeſius. Piſcis in Lacu *Mabano*, Vandeſius.
In eodem Lacu Gevandeſius.

CAPUT X.

De Mollibus ſeu Molluſcis.

EX Mollibus apud nos ſunt
Sepia. Sepia, the *Cuttle-Fiſh.* Atramenti copiâ luxuriat.
Loligo. Loligo. Noſtratibus, (à thecâ, in quam ſe recipit) *Hoſe-Fiſh* dicitur. Præter Atramentum, alium Succum purpureum habet.
Sepiæ Os. Stella. Sepiæ Os in uſum venit Aurifabris.
Stella Marina quinque radiorum, & cum radiis tredecim.

CAPUT XI.

De Cruſtatis.

Aſtacus. ASTacus Marinus major, the *Common Lobſter.*
Aſtacus Fluviatilis, ſeu Gammarus the *Creafiſh.*
Aſtacus Fluviatilis in capite duos lapillos albos rotundoſque ſemiglobuli figurâ gerit.
Uſus. Caro Hecticis & Tabidis utilis eſt, optimè nutrit, & ſomnum conciliat. Præfertur caro in Caudis & Forcipibus. Aqua ex carnibus per Alembicum extrahitur pro Hecticis, Calculoſis quoque utilis.
Oculi Cancri, dicti Aſtacorum lapilli. Lapilli Aſtacorum (qui *Oculi Cancri* vulgò dicuntur) Cordiales ſunt, refrigerandi, ſiccandi & abſtergendi facultate præditi, Calculoſis & ab alto devolutis utiles. Uſtorum cinis plurimùm exiccat, in Cancro & morſu Canis rabidi laudatum eſt Remedium.
Aſtaci ſuccus recens expreſſus, cum Farinâ Hordeaceâ & Oleo Violaceo, ad Cataplaſmatis conſiſtentiam coctus Renum fervorem mitigat, Calculique Coagulum diſſolvit.
Squilla. Squilla gibba.
Cancer. Cancer Marinus vulgaris, the *Common Sea-Crab.*
Pagurus, the *Punger.*
Cancer Fluviatilis.
Cancer minor viridis noſtras, the *Keavy.*
Cancellus in Buccino degens, the *bigger Souldier-Crab.*
Incertæ Claſſis.
Phyſallus. Phyſallus *Rondelitii.*

CAPUT XII.

De Teſtaceis, ſive de Cochleaceo genere.

Cochleæ. COchleæ vel terreſtres ſunt, vel aquaticæ.
Cochleæ terreſtres ad Inſecta Apoda reducendæ.
Cochleæ Aquaticæ. Cochleæ Aquaticæ vel Fluviatiles, vel Marinæ.
Cochleæ Fluviatiles. Fluviatiles vel Turbinatæ; ut Buccina;
Vel Bivalves, ut Muſculi Aquæ dulcis;
Vel Univalves Patellæ, de quibus vide D. *Liſter.*
Marinæ Turbinatæ. Marinæ quoque vel Turbinatæ, quarum
Buccina. Quædam intortæ, ſive anfractuoſæ, aperturâ ſinuatâ ſive canaliculatâ; ut Buccina Roſtrata dicta.
Buccinorum uſus. Buccina è genere Turbinatorum ſunt, in cibis locum invenerunt. Caro alvum ſiſtit; ſed aqua, quæ ex iis defluit, Ventrem ſubducit. In Colicis affectibus, Cardialgiâ & Oculorum doloribus eorum uſus commendatur. Ad tetros Oris odores ex iis collutiones præparantur. Ad Alopeciam, Aurium dolores & Ambuſta Unguenta inde parant. Potum ex ejus Teſtâ pueris Tuſſi ferâ laborantibus conducere animadverſum eſt.
Hæ læves,
— ſtriatæ.
Aliæ intortæ aperturâ planâ, eæque vel
Figurâ productiore, vel
— breviore Cochleiformes.
Umbone minimè omnium extante, Neritæ.
Neritæ.
Trochi. Baſi latâ & planâ figurâ Conoide, Trochi.
Aperturâ in anguſtam rimam formatâ, ſpiris intus latentibus, Concha *Veneris* minima.
Concha Veneris. Orbes non habens, Echinus Marinus, *Orcadenſibus Ivigar.*
Echinus Marinus. Egregia Echini noſtri Marini deſcriptio apud *Olaum Wormium* habetur, quam hic apponere viſum eſt.

Echinus

Echinus Marinus quibuſdam Aurantium Marinum, quòd, ſpinis ablatis, Pomum Aurantium quodammodo referat. Forma eſt in rotunditatem conglobatâ, demptâ unâ parte parùm compreſſâ, in quâ os eſt rotundum, quinque dentibus incurvis intus cavis & in idem punctum coëuntibus munitum. Ii quinque maxillis internis connexi ſunt, quæ ab ore intus erectæ, ex acuto in latum tendentes, & ambienti calici non continuæ, mirabili artificio ſunt conſtructæ & cælatæ. Inter dentes interna caruncula quædam eſt quæ Linguæ vices gerit: mox Gulæ jungitur, quæ in Inteſtinum deſinit longum, per Teſtam ſtellatim diſpoſitum, quod in parvum foramen deſinit, ad excrementa egerenda deputatum, ex adverſo oris ſitum. Tota Teſta intrinſecus foraminibus parvis plena eſt, per quæ movendi facultas Aculeis communicatur: extrinſecûs in exigua Tubercula eriguntur Aculeorum cotylen excipientia: membranulâ junguntur, ut in orbem moveri poſſint. Aculeorum caput craſſius eſt & cavum, ſed in acutum terminatur. Tota exterior Teſta à ſpinis denudata purpureo & flavo, alternatim quaſi diſpoſitis coloribus, radiat, & creberrimis punctulis aſperatur. Magnitudo diverſa eſt: quandoque ſemipedem in diametro habet, quandoque minus.

Ejus Deſcriptio. Auctore *Olao Wormio* in Muſæo Pag. 261.

Echinorum Marinorum uſus.

In Echinis nihil eſt, quod cibum præbeat, præterquam Ova, quæ in iis inveniuntur quinquepartita, ſubruſſa, ad Stellæ imaginem formata, quæ quandoque eduntur, ſapore non injucundo, licet ad amaritiem accedant; quandoque coquuntur, ex intervallo manducata. Phrenericis, Epilepticis & Melancholicis conducere volunt. Teſtæ crematæ ſordida ulcera purgant, carnem luxuriantem reprimunt, ſtrumas diſcutiunt. Ad Dyſuriam & Calculum terùntur cum Aculeis, & ex Mulſâ frequenter exhibentur. *Hippocrates* Echinos Marinos in Vino odorato exhibet ad expellendas Secundinas. Recentes in cibo morſis à Cane rabido proſunt cum Vino aut Mulſo. Ad ſtomachum haud parùm proficere Echinum Marinum & Veſicam vacuam facere affirmat *Ælianus*.

Bivalves clauſiles.

Oſtreæ, & eorum uſus.

Bivalves vel ex omni parte clauſiles, eæque vel non ſtriatæ, vel ſtriatæ.

Non ſtriatæ aſperæ valvis diſſimilibus unico ligamento interno donatis, Oſtrea, quæ apud nos maxima ſunt.

Non ſolum in Cibis, ſed etiam in Medicinâ, magnæ ſunt Oſtreorum dotes. Stomachum unicè reficiunt, faſtidiis medentur, alvum leniter molliunt eadem cocta cum Mulſo. Oſtreorum Teſtæ crudæ tritæ ad Sedem procidentem valent. Combuſtarum cinis cum Melle impoſitus Parotidas citò diſſolvit.

Mytuli, & eorum uſus.

Quædam Conchis ſetiferis unico ligamento donatis, figura ferè Rhomboïde, Muſculi vel Mytuli, qui Saporis non ingrati ſunt. In nonnullis Uniones inveniuntur, ſed obſcurè albi. Comitiales Morbos jus Mytulorum & Concharum abigit. *Plinius*.

Sunt etiam in Aquis dulcibus Mytuli Marinis majores, quorum Teſtæ Pictoribus ad colores excipiendos inſerviunt.

Conchæ Margaritifera.

Concha Margaritifera dicta. Hæc Bivalvis eſt Concha, figurâ longiuſculâ, compreſſâ, putamine externo fuſco ſtriis multis ſcabro. Intrinſecùs verò lævis, lubrica, pellucida argenti nitore, ut Conchæ Orientales Margaritiferæ, refulget. Margaritas gignit, quæ ipſi carnis ſubſtantiæ innaſcuntur.

Caro mucilaginoſa, lubrica, mollis, odoris ingrati.

Margarita.

Quandoque minutæ quamplurimæ ſunt, magnæ verò trinæ aut plures rarò. Sæpiſſimè unica tantum ingnis inter Carnem & Teſtam libera. Quædam exactè rotundæ, Piſi inſtar, quædam oblongæ, teretes, Cylindraceæ; quædam Pyriformes. Mihi a fide digno viro relatum eſt, nuperis annis in Boreali *Scotiæ* Plagâ unam fuiſſe repertam, quæ Nucem Moſcharam magnitudine æquaret, boni quoque coloris. Plures fuſcos vidi Fabæ vulgari pares. Quædam fuſcæ in unâ parte, in aliâ argenteo candore nitent.

Margaritæ Cordiales ſunt, acres humores edulcorant, volatiles figunt, ſanguini βι αωλοιι & conſiſtentiam præbent, & calorem ejus mitigant. Siccant, abſtergunt & roborant.

Corolla ex Margaritis *Scoticis.*

Dominus *Tavernier* Corollam ex iis mille Coronatis æſtimat. Olim celebres erant: legitur enim, Cæſarem Scutum ex Britannicis ornatum *Veneri Genitrici* dicâſſe. Ipſe verò vidi Corollam ex Margaritis *Scoticis*, quæ bis mille Coronatis æſtimabatur: erant enim grandiores Piſis, exactè rotundæ, nitidiſſimi candoris.

Concha è maximis.

Concha è maximis admodum craſſa, rotunda, ex nigro rufeſcens. *D. Liſter.*

E maximis eſt, æqualiter ferè lata, ſc. ad digitos tres utrinque patens. Ei figura ſubrotunda eſt. Cava & in dorſum multùm elata eſt. Huic color cum ſummâ cuticulâ adeſt ex fuſco rubeſcens, aut caſtaneus intus albet.

Pectines.

Striatæ vel ſunt Auritæ, vel ſine auribus.

Auritæ valvis diſſimilibus, Pectines, the *Clames*. His altera è Teſtis plana, altera cava. Unicuique ligamentum eſt nullis apophyſibus ſive Tuberculis Teſtaceis: ſed in medio utriuſque Teſtæ cardine ſimilem cavitatem, ſive canaliculum habent nervo obfirmatum.

Pectunculi.

Striatæ ſine Auribus ſunt valvis æqualiter concavis, unico ligamento donatæ, Pectunculi, *Cockles*.

Solen.

Dictum eſt de Bivalvibus Clauſilibus. Sequuntur Bivalves alterâ, aut utraque parte hiantes, ut Concha fuſca, longiſſima, anguſtiſſimaque, muſculo ad cardinem nigro, Solen, the *Spout*.

Pholas.

Pholas noſtra, cujus Icon in Tabulis noſtris habetur. Videtur id eſſe quod deſcribit D. *Liſter* de Cochleis Marinis not. 21. Admodum tenuis & fragilis Teſta eſt; modicè cavæ ſunt Valvæ, extrà rugoſæ, intus læves. In lapidis duriuſculi foraminibus latitant ab ipſo earum ortu, nec ex his eximi poſſunt, niſi lapis frangatur. Foramina alterâ parte patent, alterâ clauſa ſunt. His ſingulis figura una & eadem eſt, eaque veluti Ovalis: ſc. ipſum Os anguſtius, media pars ventricoſior, rurſus anguſtior ima pars, quæque rotundatur. Pro ratione Animalis majora minorave ſunt: at omnium foraminum cava duplo aut triplo majora ſunt, quàm Conchæ requirant, ſc. ut liberè Valvas aperire poſſint.

Univalves vel ſunt

Patellæ. Loco mobiles vertice integro, Patellæ. Vel

Balani. Loco fixi vertice aperto, Balani, qui Porco Marino adhærent,

Incertæ Claſſis ſunt

Concha Anatifera. Concha Anatifera dicta.

Concha illa triquetra eſt, parva, foris ex albo cærulea, lucida, lævis, compreſſa, unciali longitudine & latitudine, ad perfectionem ubi devenit, quatuor conſtans Valvis, interdum pluribus, quarum priores duæ triplo majores poſterioribus, quæ iis tanquam appendices adhærent, Tenues valde in Membranaceum Tubulum deſinunt, quo Algæ aut Abietis fragmento adhærent, & (ut veriſimile eſt) non ſolùm eo ſe figunt, ſed & ſugunt humorem alimentitium: cum hoc enim jungitur Piſciculi corpus, quod informis quædam caro eſt, ex quâ multi pedes ſparguntur. Et hi pedes interiorè parte multos quaſi breves pilos emittunt, qui pro pennis, fallunt eos qui incautiùs intuentur. Pennæ enim nullo modo ſunt: nam penna quævis ex utroque caulis latere plumas emittit. At hi pedes exteriore latere plani ſunt, interius latus hoſce veluti pilos emittit, ut videre eſt in Iconibus, quæ in Tabulis noſtris habentur, tum prout nudis oculis apparent, tum ut Microſcopii beneficio ſpectantur.

Concha Inſulæ Barræ.

Concha *Boethii* Margaritifera torno faſtigiata & maculis aſperſa. An Nautilus?

Concha Inſulæ Barræ &c. Uſus Cochlearum Marinarum. Cochlea Marina Stomacho idonea, & facilè alvo excernitur. *Dioſcorides.*

Ex Teſtis Marinis crematis fit Calx, quæ Arenâ miſta contra Aquas Pluviamque (ut ferunt) admodum durat.

CAPUT XIII.

De Piſcibus quibuſdam incertæ Claſſis.

PIſces quidam ſunt, de quibus Relationes non ita diſtinctæ ſunt, ut ad certas Claſſes reduci poſſint.

In Boreali *Scotiæ* Plagâ the *Seath-Fiſh.*

The great black Cockle.

The Hook.

Inter Piſces, Spondylorum meminit *Boëthius*, Deſcript: *Scotiæ.*

Purpuræ quoque meminit ibid.

Piſcis in Lacu *Levino Camdui*, ſaporis delicatiſſimi.

Piſcis *Gerletroch* dictus.

A Fiſh with big-eyes prominent.

Capitonis meminit *Leſlæus.*

SECTIO QUINTA.

De Zoophytis.

Urticæ Marinæ. URtica Marina.

Quædam ex hisfrondibus purpuraſcentibus conſpicuæ. Tactæ Urticæ uredinem movere dicuntur.

Penna. Penna Marina alia *Jonſtoni.*

SECTIO SEXTA.

De Serpentibus.

Atque hic patriæ noſtræ gratulandum eſt, quòd Serpentes apud nos pauciſſimi ſint, ſc.

Coluber. Anguis ſive Coluber, the *Snake*, noſtratibus the *Adder.*

Typhlops Typhlops, Cæcilia, a *Blind-Worm.*

Hydrus. Hydrus, ſeu Natrix, the *Water-Snake.*

SECTIO SEPTIMA.

De Inſectis.

CAPUT I.

De Inſectis in genere.

Nominis ratio. INſecta Ἔντομα ſic dicta, quoniam eorum corpora inciſuris præcinguntur, quæ nunc cervicum loco, nunc pectorum atque alvi procinctu ſeparant Membra tenui Fiſtulâ cohærentia. Non tanto partium apparatu ſtipantur ac Sanguinea, nullâ tamen re ad naturam ſuam pertinente deſtituuntur. Quod ad motum attinet, repunt, ambulant & volant, quod mirum in tantillis corporibus eſt, & ſummam ſpirituum agilitatem notat. Ab horum agitatu murmur eſt, quod quædam ex iis edunt.

Inſectorum motus. Omnia coitu generantur, ut egregiè experimentis variis comprobavit *Franciſcus Redi* de Inſectis.

Generatio. Locus. Variis locis gaudent: in nive, aquis tam dulcibus quàm marinis, in terrâ, in Foſſilibus quibuſdam inveniri

inveniri etiam quidam tradunt, qui intentiore intuitu Naturam contemplati ſunt. Singulæ autem ferè Plantæ ſua Inſecta diverſa ferunt.

In hiſce Naturæ ſolertiam & potentiam mirari eſt, quæ, ut ait *Plinius*, *nunquam magis quàm in minimis tota eſt*. Quis enim non vellet ſuſpicere tot ſenſus non in Culice (ut ille habet) ſed in Acaro, qui viſûs aciem præ minutiſſimâ ſuâ tenuitate effugit, qui tamen in Microſcopio corpus cryſtallini coloris multis Organis (ut poſtea videbimus) inſtructum exhibet? Et quidem, quaſi parvitatem ejuſmodi Animalium numero compenſare voluiſſet *Deus* Opt. Max. ea non ſolùm per omnia reliqua Animalia, ſed & per omnia corpora mixta diſſeminavit, pro ſpecierum varietate diverſa. Hæc proinde *Deus* Exercitûs ſui nomine donat, quo ſuperbiam & ferociam hominis confundit & conterit: Is enim Pulices, Lendes, Pediculos, Sirones, Vermeſque varii generis Inquilinos in ſuo corpore habet. Horrenda etiam & à communi reliquorum formâ aliena producit Animalcula, quibus quandoque in prædam cedit. Et tam vilibus contemptiſque Animaleulis non ſolum ſummi aliquando Viri abſumuntur, ſed & integri Populi, (corruptis aut devoratis planè frugibus, & Inſectis iis demum putreſcentibus exortâ Peſte) per magnos Terræ Tractus funditus delentur. Quid ergo Homo eſt, ut cum Conditore ſuo contendat, aut ſpem in mareeſcentibus illis rebus ponat? Tanti Numinis Majeſtatem adorare potius decet, & eum tremore revereri: nec viribus corporis, nec ingenii felicitati, nec fortunæ indulgentiæ fidere, ſed in *Dei* ſolius benignitatem recumbere, in quo vivimus, movemur & ſubſiſtimus, cui ſoli honos, potentia & laus in æternum debentur.

Mira Numinis potentia & prudentia in hiſce Animalculis elucent.

Inſecta Exercitus Dei appellantur.

Exod. 8. & 10. Pſ. 105 v. 30. Joel. 1. v. 4.

Res certè quæque virtutis amplitudine, non molis quantitate, demetiendæ, ut vel ex Inſectis appareat, in quibus longè majora miracula collocaſſe videtur Deus ejuſque adminiſtra Natura, quàm in enormibus aliis Animalibus, ut in Artificialibus quoque videmus. Faciliùs enim multò componitur Catena, cujus Annuli ſunt magnitudine & circumferentiâ pedali, quàm Catenula, cujus Annuli vix, inſtar punctuli, mediam concavitatem habeant. Et proinde magis ex hiſce minimis Animalibus, quàm ex molo vaſtis & prægrandibus, *Dei* Gloria elucet, juxta illud,

Eminet in minimis maximus ipſe Deus.

Ex minimis Animalculis *Dei* gloria illuſtratur.

Diſtinguuntur autem Inſecta generaliùs in Terreſtria & Aquatica, & utraque in Pedata & Apoda.

E Pedatis rurſum alia ſunt Alata, alia Aptera ſive non Alata.

Inſectorum differentiæ.

Alata ſubdividuntur in Anelytra, ſive Detectipennia Membranacea, & Coleoptera ſive Vaginipennia, quæ Alas ſuas velut in Vaginâ recondunt.

Inter Anelytra alia favificant, alia non.

Nos proinde videbimus, quæ ſecundum hanc ſeriem Inſecta apud nos ſint, ſi priùs pauca de Inſectorum uſibus retulerimus, quos quidem in vitâ humanâ maximos præſtant. Apies Mel Ceramque, Bombyces Sericum conficiunt, ut alia præteream. Varias quoque Artes Homines docent: Textricem ex iis oſtendunt Seres, Erucæ & Aranei, Cælaturam exercent oris ſcalpro ligna pertundentes Coſſi; Architectonicam docent ex iis quædam, dum Cellulas ſuas Mathematicè ad Ἐξάγωνον fingunt. Quædam ex iis (ut Locuſtæ) certis gentibus cibum præbent. Pharmaca varia ex his deſumuntur, ut apud Hiſtoriæ Naturalis Scriptores videre eſt. Atque hæc de Inſectis in genere ſufficiant.

Inſectorum Uſus inſignes.

CAPUT II.

De Terreſtribus Pedatis Alatis Anelytris.

EX hiſce, quæ apud nos ſunt, quædam quatuor habent Alas Membranaceas & favicant, ut

Apis domeſtica, the *Houſe-Bee.*

—ſylveſtris, the *Wild-Bee.*

Fucus, the *Drone.*

Bombylius, the *Humming Bee.*

Apes.

Politicum hoc Animal Rempublicam habet, quam miro ordine temperat, ut fuſè explicat *Plinius.* Merito igitur dixiſſe videtur *Latinorum* Poëtarum Princeps,

Hiſt. Nat. Lib. 11. Cap. 10. Virg. Lib. Georg.

Eſſe Apibus partem Divinæ mentis, & hauſtus Ætherios.

Apis primo Eruca eſt: dein, dum pedes & alæ innaſcuntur, membranaceâ thecâ involvitur, atque ſub eâ ſpecie Nympha appellatur. Tum perfectâ deſtinatâ ſpecie (ruptâ, quâ eingebatur, theeâ) evolat: non levi argumento, nos quoque variis (quas in hac vitâ caducâ patimur) mutationibus, meliori „ præparari, ut optimè arguit *Seneca*: Per has mortalis ævi moras, illi meliori vitæ præluditur. Quem„ admodum novem menſibus nos tenet maternus uterus, & præparat non ſibi, ſed illi loco in quem vide„ mur emitti, jam idonei ſpiritum trahere, & in aperto durare: ſic per hoc ſpatium, quod ab infantiâ „ patet in ſenectutem, in alium naturæ ſumimur partum. Alia origo nos expectat, alius rerum ſtatus. „ Nondum cœlum, niſi ex intervallo pati poſſumus.

Apum mutatio noſtræ mutationis imago quædam eſt.

Epiſt. 102.

Nullum Animal æquè commodum, nullum minùs ſumptuoſum: facilè enim curantur, & omnibus ferè in locis vivunt, & ex ipſarum cultu pauperes æquè ac divites magnum vectigal colligunt, nec propterea vel ollam vel familiam augere neceſſe habent, *Mouſetus.*

Apum cultus facilis & quæſtuoſus.

Inſect. Theat.

Ceram, Propolin, Mel conficiunt, unde magni homini proventus fiunt.

Domos ſive Capſulas è Ligno Vitro artificioſè diſpoſito, ut operis progreſſus videatur, & Colonia commodiſſimè transferantur, excogitavit D. *Geddeus* noſtras, qui etiam Schedas aliquot de hoc ſuo Invento edidit.

D. *Geddes* Inventum.

Mel præstantissimum ubi gignitur.

Mel præstantissimum gignitur, ubi copia est Thymi, Serpylli, Satureiæ, Cytisi, Meliloti, Boraginis, aliarumque tum herbarum, tum fructuum, quæ naturâ siccâ calidaque constant.

Mel optimæ notæ.

Mel optimum, purum, pellucidum, boni odoris, subflavum, cui ex aureolo color, dulcissimum gustanti, subacre, jucundissimum; consistentiâ nec plane crassâ, nec liquidâ, sed tam sibi cohærens, ut continuitatem suam quasi lineâ longissimâ non intercisam servet, si digito attollatur, & coquendo paucam spumam remittat. Bimum præfertur.

Mellis Vires.

Mel ad condimenta optimum est: putredinem enim vix admittit, quod Melle perungitur. Nutrit multùm mediocriter sumptum. Lapsas vires restaurat, ac reficit, & bonum colorem efficit. Frigido Ventriculo præditis optimum nutrimentum est. Calefacit & siccat, & insignem vim abstergendi habet, Ora Venarum aperit, Urinas movet, Intemperies frigidas tutò sanat. In pectoris & faucium morbis utilissimum. Usus quoque eximii in sordidis Ulceribus & Herpete. Capitis lendes necat, & id, in quo mortuæ Apes sunt, Oculis & Auribus multùm conferre dicitur.

Cera optima quæ.

Cera simplex optima est, recens, subflava, subpinguis, pura, odorata, odoris mellei. Secunda bonitas candidæ, et quæ suâ naturâ pinguis est.

Ejus Vires, &

Cera calefacit, emollit, digerit, modicè explicat corpora, et vim quoque abstergendi obtinet. In sorbitione Dysentericis datur. Lactis quoque coagulationem in Nutricibus impedit. Oleum Ceræ Chymicum dolores Podagricos sedat.

Usus Mechanicus.

Ex Cerâ Candeliæ parantur et Tedæ, Variis coloribus tingitur, et pro Epistolis obsignandis paratur.

Propolis, & ejus Vires.

Propolis (the *Hive-dross*) substantia est inter Mel & Ceram media. Optima est sincera, odoratissima, Ceræ expers. Calefacit, discutit, maturat, extergit & attrahit. Veteri Tussi suffitu prodest, Ozænas emendat, Spinas extrahit.

Apum Corpora quos usus in Medicinâ habent.

Nec solùm memorata hæc Apum Opera, sed ipsa etiam Corpora suos habent in Medicinâ usus. Apes enim siccæ pulverizatæ ex Cerâ & Oleo illitæ in Alopeciis capillum restituunt. Apum corpora ab Alveis accepta & contusa, & cum Vino Diuretico epota Hydropem potenter curant, Calculos comminuunt, Urinæ fontes omnes aperiunt, Ischuriam sanant. *Mouffetus.* Morbum ex aculeo illatum Apes Melle demortuæ applicatæ citò curant. Insect. Theat.

Vespæ.

Vespa, the *Wasp.*

Earum Politia.

Vespæ à Philosopho rectè in Civilis generis Insectorum Tribum accensentur: Civitatem enim sibi ædificant Ædibus conspicuam, in quâ statis Legibus obtemperant, tamque in opere quàm animo modum adhibent. Notantur in iis singularis animositas & fortitudo.

& Usus Medicus.

Vespæ suis ipsæ plagis medentur.

Crabro.

Crabro viridis, the *Hornet.*

Crabronum natura ferox & iracunda.

Crabrones feroces & iracundi sunt, unde in Scriptura sævissimis & crudelissimis assimilantur. Eorum Nidi observantur esse examussim sexangulares. Exod. 23. v. 28.

Crabronum ictibus quid medetur.

Terræ lutosæ & limosæ plagæ medentur ab iis inflictæ.

Perla.

Ex non savicantibus apud nos

Perla, the *Adders-boult*, or *Dragon-Fly.*

Papilio.

Ex Quadripennibus Alis Farinaceis

Papiliones variarum specierum.

Ejus variæ species.

Papilio alius quidem diurnus, alius nocturnus; & utriusque multæ species apud nos. Alii enim magni, alii parvi, alii mediocres: alii uno præditi colore, alii duobus, alii pluribus: alii maculati, alii sine maculis. Antennas habent Papiliones, & Alas Farinaceas fragilesque. Quidam amant loca florida, quidam in Parietibus & locis tenebricosis versantur.

Usus.

Urinas movere dicuntur.

CAPUT III.

De Anelytris Bipennibus.

Musca.

MUscæ variarum specierum, *Flies*, quas enumerare hujus Operis non est.

Muscæ Pluviam præsagiunt.

Muscæ atrociùs quàm solebant mordentes, osque & oculos hominum & aliorum Animalium petentes Pluvias significant. Unde *Politianus*,

—Sitiensque cruoris.
Musca redit, summaque Proboscide mordicat Artus.

Usus Medicus.

Earum autem usus in Alopeciâ est.

Culex.

Culex, the *Midge.*

Hujus quoque variæ species sunt.

Pulcherrima *Plinii* verba de Culice.

„ De Culice pulchram contemplationem habet *Plinius*: In his tam parvis atque tam nullis quæ ratio, „ quanta vis, quàm inextricabilis perfectio? Ubi tot sensus collocavit in Culice? Ubi truculentam illam „ & portione maximam vocem ingeneravit? Quâ subtilitate pennas adnexuit? prælongavit pedum crura? „ Disposuit jejunam Caveam uti Alvum, avidam sanguinis, & potissimum humani sitim accendit? Telum verò perfodiendo tergori quo spiculavit ingenio? Hist. Nat. Lib. 11. Cap. 2.

Populi Civitatibus pulsi à Culicibus.

Integros populos, Dei judicio, Civitatibus à Culicibus pulsos fuisse narrant Historici.

CAPUT

CAPUT IV.

De Coleopteris, seu Vaginipennibus.

Gryllus. GRyllus, the *Grashopper.*
Usus Medicus. Gryllus manibus contritus sacro Igni medetur. Ad Parotidas quoque commendatur.
Gryllotalpa. Gryllotalpa, the *Mole*, or *Fen-Cricket.*
Scarabæus. Scarabæus, the *Bugg* or *Beetle.* Variæ hujus species apud nos.

Ex Cornutis.

Capricornus. Capricornus, the *Goat-Chaffer.* Ejus Icon habetur in Tabulis.

Ex non Cornutis.

Lady-Cow. Minor maculatus, *Lady-Cow.*
Cicindela. Noctiluca seu Cicindela, the *Glow-worm.*
Blatta. Blatta, the *Moth-Fly.*
Usus Medicus. Blattæ in Aurium doloribus commendantur.

CAPUT V.

De Insectis non Alatis Sepedis, seu sex Pedes habentibus.

Formica. FOrmica, the *Pismire*, *Ant*, or *Emmet.*
Animal, ob industriam, diligentiam & experientiam à sapientissimo Salomone prædicatum, qui pigrum ad Formicam ablegat, ut ex consideratione viarum, *i. e.* factorum ejus, sapientior evadat: etsi enim populus infirmus sit, æstate tamen prudenter comparat cibum suum. Cui consonat illud Poëtæ,

Prov. 6. v. 6. Prov. 30. v. 25. Juvenal. Sat. 6.

—— Frigusque famemque
Formicâ tandem quidam expavere Magistrâ.

Plutarchi & Plinii de Formicis Testimonia. „ Plutarchus attentus observator hæc de iis habet: In Formicis omnis Virtutis signa relucent. Celebres „ illi Formicarum conventus Amicitiæ speciem præferunt, Alacritas in adeundis laboribus Fortitudinis & „ Magnanimitatis imaginem gerit. Mutuæ Charitatis suæ argumenta in eo ostendunt, quòd, si occurrant „ in Colle angusto, exoneratæ oneratis de viâ decedunt, quò liberiùs iter persequantur. Aiunt primum „ ingressum Speluncæ ipsarum sinuosum & intortum esse, non rectum: tandem in tres diversas cavernu- „ las abit, in quarum unâ Conventicula habent, in alterâ reponunt Annonam, in tertiâ Morticinorum „ Cadavera inhumant. Jure igitur dixit *Plinius*, Reipublicæ benè constitutæ & benè moratæ formam inter ipsas relucere.

Horum Animalculorum Mutationes. De horum Animalculorum Mutationibus pulcherrima habet *Goedartius* sedulus eorum per multos annos observator. In Mutationibus, quæ Insectis accidunt, quædam Resurrectionis ad Vitam beatam adumbratio est. Quum enim primò non sint nisi viles Erucæ, aut Vermiculi humi repentes, postea Alas acquirunt, atque in libero Aëre maximâ cum voluptate volitant, & circa Flores, & loca atque alimenta dulcissima versantur, cœlestem quodammodo vitam adepta. Sed priusquam ad hanc novam & feliciorem vitam perveniunt, priora corpora mutari necesse est, & ad tempus aliquod, mortuorum instar, quiescunt sine ullo motu, aut alimento, donec tandem novam corporis formam vivendique rationem sibi acquirant: prius tamen ab omnibus excrementis atque omni impuritate expurgantur. Postquam autem exactè purgata sunt, sibi tegumenta quædam elegantissimè fabricata, parant, quibus, tanquam tumulo aut sepulchro quodam conduntur: sed ut tempore suo rursus egrediantur, exiguum foramen apertum relinquunt. In hisce tegumentis ab inimicis tuta sunt; mortuorum instar; quiescunt, & non moventur, nisi manu, aut alio modo tangantur, inque iis paulatim mutantur, atque aliam formam induunt.

Quid per hanc Mutationem intelligendum est. Per mutationem autem illam, quæ Insectis accidit, non Transformatio intelligenda; sed gradualis quædam evolutio & expansio partium, augmentumque naturale. In Verme enim aut Erucâ reconditæ & involutæ sunt hæ partes, quæ postea explicatæ quasi novum Animal constituere videntur. Adeo ut Eruca, verbi gratiâ, sit ipsa Papilio velo obtecta, quod impedit, ne partes à nobis conspicuæ sint, quemadmodum fusè demonstrat *D. Suamerdame* in Historiâ Generali Insectorum.

Formicarum usus Medici. Ova Formicarum (Auctore *Marcello*) trita & Auribus imposita quemvis obtusum Auditum citò sanant. Formicæ in Vino potæ Hydropem ab Urinâ retenta sanant.

Frequenter videre est, etiam apud nos, lapides exesos et perforatos, in quibus *Pennius* Vermes parvulos sepedes invenit; adeo ut nulla Naturæ pars hujusmodi Insectis vacua sit.

Tineæ. Tinea Vestivora, the *Moth.*

Ut vanitatem Mortalium confundat, præsto est in sumptuosissimis Vestibus Tinea Vestivora, quæ sensim eas depascitur. Sunt etiam quædam Librariæ, quæ Libros pretiosissimam Doctorum supellectilem deprædantur: quo argumento ducti Thesaurum deponere debemus, ubi neque Tineæ Vestes arrodant, neque Rubigo Argentum consumere possit. O si homo se cogitaret tanquam Vestem esse, quam Tinea exedit quotidie, ut positâ superbiâ, meliorem & incorruptibilem Vitam sapiat!

Pediculi. Huc referri possunt Pediculi in Homine, non solùm certissimum miseriæ & fragilitatis symbolum, sed & inevitabile quandoque *Dei* Flagellum: cum non solum Tyrannos quosdam, sed & præclaros quosdam Philosophos ab iis sublatos tradant Historici.

Pediculi manſueti & feri.

Hi vel manſueti, vel feri ſunt, ex Cancri formâ, quam referunt, denominati.

Aliorum Animalium Pediculi.

Suos quoque Pediculos habent alia Animalia, quorum effigies varias videre eſt apud *Franciſcum Redi* Peculiaris autem Balænis & Delphinis Balani ſpecies eſt, cujus Icon apud Bocconi habetur Libro Gallicè edito de Singularitatibus quibuſdam naturalibus.

Quidam ex Vulgo in Ictero Pediculos exhibent.

Pulex.

Non minùs moleſtiæ hominibus præbet Pulex quàm Pediculus.

Pulex avidiſſimum Animal rigidâ & cavâ Proboſcide donatum eſt, quâ cutem penetrat, & ſanguinem exugit. Duabus minutiſſimis Antennis è fronte natis tum viam explorat, tum de objectorum naturâ atque duritie judicat, & teneriora ut plurimùm loca petit.

Ex non Alatis Octopedis.

Araneus.

Araneus, the *Spider*, qui Domeſticus & Subdialis, Telarius & Retiarius.

De Araneis egregiè ſcripſit nuper D. *Liſter*.

Araneorum ſpecies.

Aranei autem vel Octonoculi ſunt, Aucupes *Liſtero* dicti, qui ſc. Muſcas capiendi cauſâ tendunt Reticula ſcutulata, ſc. univerſis Maculis in eodem plano diſpoſitis in modum Scuti ſive Orbitæ; vel conglobata, ſc. Maculis crebris in omnes in circuitu dimenſiones procedentibus; vel Telas Linteiformes, ſc. Reticulorum filis denſè inter ſe contextis, in modum Veli ſive Pelliculi. Vel Venatorii, qui aperto Marte Muſcas inſectantur, cùm tamen aliàs texere poſſunt, n. Telas ad Nidificationem & ad Hyberna. Qui Lupi propriè ſic dicti, Cancriformes; & Phalangia, ſive Aranei Pulices, aſſultim ingredientes. Vel Binoculi ſunt, ferè longipedes, telis digitatis, ſive forcipatis, Cancrorum Marinorum more armati.

Uſus Medici.

Ceratum ex Araneis Umbilico admotum ad Uteri ſuffocationem commendatur. Ad Podagram quoque ex Emplaſtro valent.

Araneæ, referente *Plinio*, ſtrictè Vulneri alligatæ ſanguinem ſiſtunt. Ulcera quoque ſanare & Inflammationem arcere dicuntur.

CAPUT VI.

De Inſectis 12 & 14 Pedum.

Erucæ.

ERucæ, the *Caterpillers*, quæ
Glabræ,
Variæ in Alnis degentes.
Hirſutæ ſive piloſæ.
Ambulones.
Braſſicariæ.

Magnam tribum conſtituunt Erucæ, ex quibus quoque plura alia Inſecta fiunt. Eæ ergo accuratiùs expendendæ ſunt.

Erucæ *Dei* Copiæ dicuntur.

Erucam quidam dici volunt ab erodendo, quaſi *Erodam*, quòd frondes, maximè olerum, erodat. Tanta nonnunquam earum copia, ut non ſolùm Sylvarum frondes, ſed etiam fruges abſumant: & proinde hinc Prophetæ *Joeli* Erucæ Copiæ Dei maximæ dicuntur.

Ioel 2. v. 25.

Earum differentiæ.

Ab *Ariſtotele* inter Vermes recenſentur, quod minùs rectè factum eſt, cùm pedes habeant. Cùm rodunt, ſonum quendam edunt. Quædam ex iis glabro ſunt corpore, quædam hirſuto; aliæ parvæ, aliæ magnæ, aliæ mediocres. Quædam ex iis tot pedum paria habent, quot in illis ſunt flexus ſeu annuli corporis. Quædam anteriore plures, et poſteriore parte pauciores habent pedes. Hirſutiores magis noxiæ eſſe putantur quàm glabræ. Quædam ex iis caudatæ ſunt, quædam non caudatæ. Motus iis undoſus & inflexus: dum enim incedunt, curvantur & arcuantur partes maximè ſupernæ. Quædam ex iis folliculos texunt: & hæ, cùm ſe in iis incluſerint, figuras mutant. Nam, cùm priùs molles eſſent pedibuſque inſtructæ, ac moverentur, tunc indureſcunt, nec apparent ampliùs pedes, nec moventur niſi ad tactum. Cum in Aureliam tranſierit Eruca, formam æmulatur Infantis Faſciis involuti vultuque præditi prope humano cum Mitrâ & Cornibus. Quædam aureo, quædam argenteo, aliove tunc colore. Ex Ovis oriuntur primò Vermiculi, dein paucarum dierum ſpatio Erucæ fiunt. Singulas Plantas ſingulas & proprias habere Erucas quidam autumant. Variarum diverſas Figuras videre eſt apud *Franciſcum Redi* Libro de Inſectis.

Motus.

Mutationes.

Eruca reperta apud *Loch-coat.*

Obſervabilis fuit illa Eruca ſuper Alno ad Lacum *Loch-coat* à nobis reperta, quæ Limaci terreſtri nigro magnitudine par erat, ſed paulò brevior & craſſior, ore maculis nigris & rubris variegato; dorſo cinerei coloris thecâ quadam Membranaceâ tecto, Ventre ſaturæ viriditatis. Pedibus multis inſtructa erat, et ei Cauda minima bifurcata fuit. Sonum quendam graviorem edebat. Eadem eſſe videtur, cujus Figura apud *Goedartium* extat Experimento 65, ad Pag. 147.

Erucarum. Uſus Medicus.

Eruca Marina *Rondeletii* pilis in dorſo inſtar Colli Collumbini variegatis, prope *Letham* inventa. Erucarum Tela uſta & naribus indita Hæmorrhagiam cohibet.

CAPUT VII.

De Inſectis Multipedis.

Acarus. Ejus ſpecies in Microſcopio.

ACarus, a Mite.

Acarus Animal in Caſeo putri natum miram in Microſcopio mihi corporis ſpeciem videndam exhibuit.

hibuit. Quidam enim ex iis Asellis, sive Millepedibus magnitudine pares, tecti cute, an mavis testâ: politissimum enim & unitissimum Crystallini coloris tegumentum Testam, quali Astaci induuntur, potius repræsentat, nisi quòd substantiæ tenuissimæ sit, præsuperficiei lævore nitens & pellucidum. Primo quidem aspectu Scarabæum aliquo modo repræsentat, nisi quòd dorsum elatius sit, collum caputque angustius. Caput ex basi latiore in acumen desinens duo cornua habet ex supernâ ejus parte prodeuntia. Ex inferiore parte prope os prodeunt tenuia & oblonga quædam corpora, pilorum instar, quibus tanquam forcipibus, ut verisimile est, cibum apprehendit & ori indit. Venter horret, & ex utroque latere tres pedes in medio articulati, instar Chelorum Astaci, tegumento quoque Testaceo nitente tecti, quibus innumeri pili admiscentur. Caudam habet bifurcatam, cujus divaricatio ampla est. Rami obscuri coloris pilos tenuitate æquant. Agile est Animal & velox. Ejus Icon in Tabulis nostris habetur.

Millepes Asellus, nostratibus the *Sclater*. *Millepes Asellus.*

Eximii usûs in Ictero, Morbis Pectoris & Obstructione Renum à Calculis. Usus Medicus.

Aselli ex vino contriti & poti Urinæ difficultati medentur. Ad Calculum quoque commendantur. Asthmaticis etiam & Scrophulosis prosunt.

CAPUT VIII.

De Vermibus Hexapodis.

Arborei ligniperdes varii.
Fruticarii.
Leguminarii.
Frumentarii, Curculiones & Farinarei.
Herbarii, &
Qui in Animalibus nascuntur, quorum haud minor varietas quàm Animalium ipsorum.

CAPUT IX.

De Insectis Apodis.

Lumbrici terrestres, *Earth-Worms*, quorum usus in Arthritide vagâ Scorbuticâ & similibus doloribus insignes sunt. Lumbrici terrestres & eorum usus.

Lumbrici in hominum Ventriculo & Intestinis, Aliæ Lumbricorum species.

Lumbrici lati, Broad *Maw-Worms.*

Lumbrici teretes; *Round Gut-Worms.*

Ascarides; *Bots.*

Sirones in Cute, *Wheal-Worms.*

Siro sub Cute Cuniculos agit, & pruritum maximum in loco ingenerat. Non in ipsis pustulis, sed prope habitant, & fero in pustulis putrefacto sustenrantur. Hinc discant elati cordis Homunculi, non se Vermes duntaxat esse, sed & Vermiculorum Pabulum; atque illius Imperatoris potentiam timeamus, qui tam contemptibili exercitu superbiam & formæ dignitatem omnem facile confundere possit. Mouffetus Cap. 23. *Siro.*

Sirones quandoque putridis dentibus innascuntur, & suis morsibus nervosas partes lancinant, atque acres dolores excitant.

In Vermibus vita tam altis radicibus fixa hæret, ut, dissecto per medium corpore, aliquantisper utraque parte vivere queant. Motus in iis variis gyris et versionibus absolvitur: progrediuntur autem in arctum, corpusculi sui partes colligentes, et posteriora attrahentes. Magnitudine inter se differunt. Nascuntur autem in Animalibus tum vivis tum mortuis; in Fossilibus quoque et Meteoris, et iis ex quibus nati sunt aluntur. Quanta hominibus pestis sunt, nôrunt Medici, quibus vix obstinatiores et magis rebelles Morbi occurrunt, quam qui à Vermibus oriundi sunt. Ab iis Vomitiones, Cordis morsus, dolores Spasmodicos, Febres et Animi deliquia patiuntur Ægri. Nec una harum species, sed variæ quasi Tribus hominem infestant. Alii lati, alii teretes; alii valdè parvi. Nec ab hisce Prædonibus ipsa Viscera immunia sunt, ut meritò Vermis et Vermium latibulum et esca dicatur homo. Vermium vita, Motus, Magnitudo. Ubi nascuntur. Vermes magna Hominibus Pestis.

Ad Insecta Apoda reducuntur Cochleæ terrestres, quarum Nota Characteristica est habere extrema Cornicula Capitulis quibusdam sive Nodis insignita.

Ex Cochleis terrestribus quædam nudæ, quædam Testâ Contectæ, *Cochleæ terrestres*, & earum Nota Character.

Nudæ Limaces dicuntur.

Nudarum Nota Characteristica est nuditas, et, ubi Testa in aliis, ibi Cucullus, aut Palliolum Cuticulare crassum et validum, cujusmodi apud nos Nudarum Nota Characteristica.

Limax cinereus maximus striatus et maculatus Domini *Lister*. *Limax cinereus*, & ejus Lapis.

Hic in Capite Lapillum habet candidum Ovalis figuræ, tenuem, planum, aliquantulùm convexum, cujusmodi aliquot habeo ex *Orcadibus* ad me à Reverendo D *Wallisio Cracoviacæ* Pastore transmissa.

D. *Lister* in eâ opinione est, hos Lapillos cum bono effectu eidem usui in Medicinâ adhiberi posse, cui Uniones aut Oculi Cancri. Lib. de Cochleis terrestribus.

Androgyni sunt, neque ullam differentiam in Maris et Fœminæ Genitalibus discernere est. D. *Lister*. Limaces Cinerei Androgyni.

Cochleas Cinereas Terreſtres, quæ in Hortis frequentes ſunt, Androgynas eſſe mihi primus demonſtravit D. *Sians* M. D. qui poſtea id obſervatum à D. *Raio* invenit.

Limax ater. Limax ater maximus eſt in ſuperiore corporis parte totus aterrimus. Venter ei albeſcit, aliquantulùm ad cæruleum vergens. Cervix & Cauda Rugis profundis & inæqualibus velut exaſperatur, at Palliolum ſive Scutum lævius.

Teſta contectarum Nota Characteriſtica. Cochlearum Teſtâ contectarum Nota Characterica eſt, intra quinque anfractus finiri, magis compactili & breviore figurâ eſſe, ut ipſius Teſtæ apex parùm aut nihil emineat; Aperturæ extremas oras eſſe leviter reflexas & faſcias inſigniri.

Teſtâ contectæ apud nos variæ, cujuſmodi

Cochlea vulgaris. Cochlea vulgaris major, pulla maculata & faſciata Hortenſis. Teſtæ Aperturam adverſus Hyemem obturat ipſum Animal, ſc Operculum album, craſſum, fragile, velut Gypſeum è propriâ ſalivâ confectum, ex omni parte firmiter agglutinando.

Quomodo Humor ipſave Animalia in Cerâ dealbandâ & in re ſtatuariâ Artificibus uſui ſunt, videre eſt apud Dominum *Liſter*.

Buccina terreſtria. Quæ ex Cochleis terreſtribus longiore figurâ ſunt, Buccina dicuntur. Horum autem nota, quòd Teſta longa ſive productior ſit, tenuis admodùm: Minimùm quinque, at plerumque pluribus anfractibus circumvolvitur, Anfractuum lateribus planioribus & minùs in modum Circuli eminentibus. Teſtæ autem Apertura oblonga, compreſſa & anguſtior eſt.

Quorundam ex his Orbes in ſiniſtram partem convolvuntur.

Teſtâ tectæ figura compreſſâ. Not. Char. Ex Cochleis Terreſtribus Teſtâ tectis quædam figurâ compreſſâ, quarum nota eſt, habere in Teſtæ Centro ex alterâ parte ſinum cavum, velut Umbilicum, & intra quinque ſpiras finiri.

Cochlea terreſtris minor Conchâ lineis nigris fuſcis & albis tenuibus diſtincta.

Minor alba lineis nigris latioribus diſtincta.

Minima argentei coloris.

Cochleæ Aquaticæ. Cochlea Aquatica Fluviatilis minima fuſci & obſcuri coloris in Aquis naſcens. Limaces inter nobiliora fercula in cœnis olim habiti fuere.

Uſus Medicus, & in Cibo. Terreſtres autem Cochleæ Stomacho utiles ſunt, & non facilè corrumpuntur, referente *Dioſcoride*.

Cremataæ omnium Cochlearum Teſtæ calefaciendi & urendi naturam ſortiuntur. Idem.

Cochleæ crudæ tritæ cum aquâ tepidâ Tuſſim ſedant; adverſus Phthiſin commendantur. Ad Calculum Renum valent.

Cochleæ in cibo ſumptæ accelerant partum. Cochleæ crudæ contritæ cum Teſtis ſuis & ex Paſſo per dies 7. aut 9. potui datæ efficaciter Dyſuriæ proſunt. Aqua ex Limacibus deſtillata hepar imbecillum mirè roborat, & Phthiſicis Remedium eſt & Hecticis.

Terreſtres mirâ vi pollent vires reſtaurandi. Hinc inter alia in *Petronio Arbitro* Limacum collis paſtus ad Venerem diſponitur.

Cochleæ Veteribus *Romanis* olim in cibum ceſſere, & *Itali* etiamnum multùm iis delectantur. Crebro ablui, purgari & bene coqui neceſſe eſt.

Teſtæ contuſæ minurim & dentibus affricaræ dolores tollunt. Pinguedo quæ innatat, dum coquuntur, Capillos auget. Salis beneficio in liquorem ſi reſolvantur, flavam reddunt cæſariem.

CAPUT X.

De Inſectis Aquaticis Pedatis.

Squilla. SQuilla, noſtratibus the *Scrow*.

Lacerta Aquatica. Lacerta Aquatica, the *Aſk*.

Aſellus Marinus. Aſellus Marinus Squillam molliorem referens, niſi quòd quatuor tantùm pedes habeat. An qui *Dumfriſienſibus* the *Chuk* dicitur?

Tipulæ. Tipulæ, *Water-Spinners*.

Ex Multipedis

Pulex Marinus. Pulex Marinus, the Sea-*Flea*.

CAPUT XI.

De Aquaticis Apodis.

HIrudines venenatæ, *Horſe-leeches*.

— Innoxiæ vulgares.

Stellæ Marinæ.

Lumbrici Aquatici.

Vermis ex Arenâ effoſſus *Lug* dictus, quo pro Piſcibus capiendis utuntur.

Incertæ Claſſis.

Minutiſſimum Animalculum. Quod omnium fidem præ tenuitate ſuperat, minutiſſimum Animalculum eſt ex Piperis maceratione

in

in Aquâ Fontanâ per horas 30 natum. In guttis aliquot ejuſmodi Aquæ minori Microſcopio impoſitis videre eſt innumera Animalcula motu perniciſſimo per Aquam currentia, quantitate Inſectis nigris, qui in Roſarum floribus naſcuntur, paria, figurâ quoque corporis non abſimili: oblonga enim & convexo dorſo ſunt. Hæc autem albiſſima ſunt Diſtinctiorem obſervationem corporis tenuitas, et velociſſimus perpetuuſque Animalculorum motus negabant. mal ex Pipere in Aqua macerato natum.

Atque hæc quidem de Animalibus allata in præſente hocce Prodromo Opere ſufficiant. Reſtat tantùm, ut aliquem pro animi confirmatione & perfectione uſum ex iis derivemus, quod quidem *Boëthii* verbis perficiemus.

Lib. 5. de Conſolat. Philoſoph. Metr. 5.

Quam variis terras Animalia permeant figuris?
Namque alia extento ſunt corpore, pulveremque verrunt,
Continuumque trahunt vi pectoris incitata ſulcum.
Sunt quibus Alarum levitas vaga, verberetque Ventos,
Et liquido longi ſpatia Ætheris enatet volatu.
Hæc preſſiſſe ſolo veſtigia greſſibuſque gaudent,
Vel virides campos tranſmittere, vel ſubire ſylvas,
Quæ variis videas licet omnia diſcrepare formis,
Prona tamen facies hebetes valet ingravare ſenſus.
Unica gens Hominum celſum levat altius cacumen,
Atque levis recto ſtat corpore, deſpicitque terras.
Hæc, niſi terrenus malè deſipis, admonet figura,
Qui recto cœlum vultu petis, exeriſque frontem,
In ſublime feras animum quoque, ne gravata peſſum
Inferior ſidat mens, corpore celſius levato.

Partis Secundæ Libri Tertii Finis.

APPENDIX

ADDENDORUM Libro Tertio Partis Secundæ.

DIATRIBE

DE

ANSERIBUS SCOTICIS.

INter alia Opinionum portenta, receptiſſima eſt illa de Anſeribus *Scoticis* Fabula, quos ex putridis cujuſdam Arboris fructibus aut Lignis corruptis gigni tradunt communiter Scriptores. Ea autem alteri Opinioni apud pleroſque receptæ innititur, quæ præter Generationem Univocam, quâ Simile manifeſtè ſimile generat, aliam admittit Æquivocam ideò dictam, quòd cauſa Viventium, quæ per eam producuntur, non ejuſdem Speciei cum Generato ſit. Et ita generari pleraque ex Inſectis volunt, cùm tamen, ordine Creationis, Inſecta, non minùs quàm reliqua Animalia Semen latura ſint quod ſimilia corporibus, ex quibus oriatur, producat; &, obſervante *Plinio*, *Natura nunquam magis quàm in illis tota ſit*, & ſpectatius nuſquam Naturæ rerum artificium ſit, quàm in his tam immenſæ ſubtilitatis Animalculis. In magnis ſiquidem corporibus facilis officina ſequaci materiâ fuit; in his tam parvis atque tam nullis quæ ratio, quanta vis, quàm inextricabilis perfectio? Cùm enim nullum Agens alteri communicare id poſſit, quod in ſe non habet, quî, quæſo, fieri poteſt, ut materia putris, quâ talis, tantam partium varietatem, & harum tam artificioſam conformationem, & inter ſemet coaptationem & ſymmetriam, ac ad certos fines deſtinationem producere „poſſit? Ut in Culice inſtat *Plinius*, Quomodo tot ſenſus in eo collocavit? Unde viſum in eo præ„tendit, guſtatum applicavit, odoratum inſeruit, truculentam illam et portione maximam vocem „ingeneravit? Quâ ſubtilitate pennas adnexuit, prælongavit pedum crura, diſpoſuit jejunam caveam „uti alvum, avidam ſanguinis et potiſſimum humani ſitim accendit? Telum verò perfodiendo tergori „quo ſpiculavit ingenio? Atque ut in capaci cùm cerni non poſſit exilitas, ita reciprocâ geminavit „arte, ut fodiendo acuminatum pariter ſorbendoque fiſtuloſum eſſet? Tam determinati effectus certè non niſi determinata cauſa eſt: non cœli influxus, calor ambiens, aut Anima (ut dicunt) Mundi; ſed ſemen, vel illi ſaltem quid analogum, quod à toto parentis corpore deciduum ſit, in quo tota ejus ratio ſit, quodque vim ſimile propagandi in ſe habeat. Architectus autem in ſemine Anima eſt, ſive ea Flammula quædam ſit, ſive purior quædam ſubſtantia, quæ præ tenuitate et ſubtilitate noſtros ſenſus effugiat. Et ſane ſummus Artifex Deus Opt. Max. Animæ eam vim indidit, quâ tantâ ſolertiâ atque induſtriâ Organorum ſuorum elaborationem aggreditur, promovet et perficit. Cauſa autem erroris inde orta eſt, quòd in quibuſdam Animalibus, ut in Viviparis vulgò dictis, ſemen congeri, apparari, confici conſervarique, niſi intra conſimilis Animalis corpus, nequeat; quorum ſemen quòd intra Animal ſimile manifeſtum ſit, hæc idcirco ex ſemine ortum habere dicuntur. Sed quoniam in Oviparis dictis Animalibus depoſita extra ſe Ova, aut quæ in Ova faceſſit Materia Seminalis, Solis aut alterius corporis calore foveri poſſunt, donec Fœtus maturi erumpant; et quandoque eadem Ova in aliena corpora, etiam putrentia, deponuntur: hæc, quòd ſemen eorum in alienâ et inexpectatâ materiâ occultum ſit, ex putri materiâ propterea oriri cenſentur, cùm tamen cauſam univocam, internam et eſſentialem habeant ad unum determinatam, nimirum ſemen ab Animali in alienam materiam delapſum, ad Parentis imaginem ſimile quoque Animal producens. Et hinc certè conſtat, quòd Vermes in Carnibus ſunt ex Ovis, quæ Muſcæ in eas depoſuerint, ut variis Experimentis comprobavit *Franciſcus Redi*. Vermes quoque, qui intra fructuum pulpas gignuntur, ex Ovis relictis ſunt, quæ fructibus concluſa accedente maturationis calore excluduntur. Quòd autem Inſecta quædam Spiculum perforatum habeant, quo ejuſmodi Ova in Fructibus deponant, videre eſt apud Celeberrimum *Malpighium*. Adeoque proinde æquum eſt, ut non minùs in Inſectis, quàm in aliis Animalibus, divinam Potentiam quâ decet humilitate adoremus, qui hæc quoque creaverit, & ſemen iis indiderit, in quo ſuos conſtituit Architectos & Fabros, qui ſummâ ſolertiâ, induſtriâ & providentiâ Opus ſuum elaborarent. Tract. de Inſectis.

Ad noſtram autem quod attinet de Anſeribus *Scoticis* Fabulam, eam refutare poſſunt vel diverſæ, quæ à variis Scriptoribus ejus habentur Relationes. Apparet enim rem, quæ tam diverſimodè referatur ab illis, nunquam ab ullo viſam, nec accuratæ Rationis trutinâ fuiſſe perpenſam.

Aldrovandus enim ex quibuſdam Hiſtoricis tradit, in noſtri Maris orâ Arbores eſſe (quarum Icones quoque appingit) quæ fructus producant, qui in Mare decidui in Aves ejuſmodi convertantur. Alii eas ex Lignis putreſcentibus naſci volunt. Quidam id ſpecificæ cuidam Maris noſtri proprietati tribuunt, cum non ſolum Lignis adnata reperiantur illa prima Avium ſecundum illos rudimenta, ſed & Algæ Marinæ non rarò appenſa inveniantur. Nos, rejectis Vulgi præjudiciis hac in re, rem ipſam, ut eſt revera, explicabimus; & quidnam *Concha Anatifera* ſit, et quid *Anſer Scoticus*, ex ipſâ rerum Naturâ trademus.

Conchæ Anatiferæ accuratior Deſcriptio.

Concha hæc Anatifera triquetra eſt parva, exteriùs ex albo cærulea, lævis, compreſſa, ſtriiſque quibuſdam diſtincta: Quædam Unciæ longitudinem ſuperant, latitudine quoque unciali; quædam multo

multo minores. Quatuor conſtat valvis, quarum priores duæ poſterioribus triplo majores. Quæ iis tanquam appendices adhærent, tenuiſſimæ. Utraſque in acutâ parte connectit quinta appendix incurva & concava. Conchæ fundo, quâ latior eſt, adhæret tubulus quidam carnoſus, fuſci coloris, totus rugoſus, ubi hæret Ligno aut Algæ, tenuior & ad Conchæ fundi latitudinem ſe dilatans. Ab hoc quaſi Umbilicali Tubo alimoniam fugere videtur Animal in Conchâ contentum, quod à quibuſdam etiam viſum eſt per Tubum aſcendere ac deſcendere.

Animalis Deſcriptio.

Animal autem, quod in Conchâ continetur, informi maſſâ carnoſâ conſtat, quæ rotundâ quidem eſt ſine oris apparentiâ, quo tamen carere non eſt putandum. A maſſâ carneâ procedunt multa ſive Brachia, ſive Pedes, ſive Cirri (ut *Fabius Columna* eos vocat) ex fuſco flaveſcentes, quorum ſuperiores aliis longiores conſpiciuntur. Curvi communiter ſunt, internâ parte hirſuti, externâ plani & ſine plumis caudam avis contractam quodammodo æmulantur. Sed in hoc Animali nec firma adeſt caro, nec ſanguis, nec os, nec cartilago, neque ulla pars, quæ Avis parti conſimilis ſit. Contrahuntur & extenduntur hi Cirri pro Animalis libitu, Animali ad vitam conſervandam apti, quod propterea Concham aperit, eoſque protrudit illi uſui (ut videtur) deſtinatos, ut iis eſcam venari & intus reponere poſſit. Nec illa Cirris & Brachiis Polypi diſſimilia. Sui quidem generis Animal eſt, quod tamen ad Polypos accedere videtur. In hiſce certè Teſtaceis (ut obſervat *Plinius*) magna ludentis Naturæ varietas eſt. Quod autem pulchrè obſervat *Columna*, nunquam Conchæ ſine Animali conſpiciuntur : habuit enim ille (ut refert) eaſdem Conchulas vix Milii ſemen æquantes, omneſque formatum, completum, exiguum Animal habebant. Semperque idem Animal eſt, licet tum Animalia, tum Conchæ magnitudine valde differant. Refert quoque *Thomas Bartholinus*, ſe in Muſæo habuiſſe Conchas minores Algæ connexas, inter quas una prægnans aliam ex ſe profert, & valvis apertis excludit. Quod ſanè argumentum eſt, ſui generis Animalia perfecta eſſe (licet ſemper Ligno aut Algæ appenſa ſint) quæ alia ejuſdem ſpeciei producant. Avem, quod ſe nobilius Animal eſt, generare nullo modo poteſt : nam certum cunctis rerum generibus ordinem Deus innexuit, ut quæque per ſemina ſimilia ſibi gignerent,

Nec, quas ipſe coërcuit,
Miſceri patitur vires.

Boeth. Conſol. Phil. Lib. 1. Met. 6.

Salinario autem lentore generant, ut de aliis Teſtaceis obſervavit *Plinius*, ubi dicit, Compertum in Oſtreariis humorem iis fœtificum lactis modo effluere. Et cùm hic humor præ lentore ſuo facilè adhæreat Lignis & Algæ, hinc eſt, quòd Navium carinis & Tabulis ſemiputridis Algæque plerumque affixæ ſint.

Cauſa autem erroris vulgi fuit, quòd Anſeres *Scotici* magnis gregibus huc advolent, & per Autumnum Hyememque tantum hic maneant, ignorentur autem eorum natalia. Hinc vulgus horum protoplaſma ſive rudimentum Animal in hac Conchâ credidit, quod Aviculæ formam æmulari videatur. Vivam tamen & omnibus modis abſolutam Avem ex Maſſâ iſtâ Teſtaceâ prodiiſſe, nemo eſt inventus, qui ſe vidiſſe aſſerere fuerit auſus.

Anſeris autem *Scotici* deſcriptio Libri hujus tertii Paginâ 21 allata eſt, & *Albertus Magnus*, *Belloniu*s, & in Boreali Navigatione ad Gradum octogeſimum *Batavi*, Eos Ova fovere & Pullos alere viderunt. Graviter igitur hallucinati ſunt, quotquot prodigioſum horum ortum hactenus crediderunt. Apparet etiam quàm inanis ſit quorundam conatus & ſtudium inquirentium cauſas exoticorum effectuum, antequam de rei veritate conſtet.

Addendum ad Tractatum de Piſcibus.

Præter Piſces ſupra allatos, miſit ad me Vir Celebris D. *Archibald* M. D. Catalogum Piſcium tam Marinorum quàm Fluviatilium & Lacuſtrium rariorum, qui in Regionibus *Scotiæ* Auſtro & Occidenti obverſis reperiuntur, quos hic cum vernaculis appellationibus appono.

Piſcis	*Etterpyle.*	*Nembling Sceal.*
	Skedan.	*Conger-Eel.*
	Sea-Adder.	*Brandling.*
	Thornback.	*Cuddin.*
	Lamprey.	*Greenback.*
	Horn-Eel.	*Breim.*
	Hirling.	*Retche.*
	See-needle.	*Bayin.*
	Ruſh-Fiſh.	*Lyth.*
Blewiſh and white Flouk with golden Spots.		*Blockan.*
	Skatebread.	*Pillock.*
	Lymps or Lumps.	
	Chuck.	

In eâ Plagâ quoque, inter alia aliis Regionibus communia, reperiuntur,
Ex Quadrupedibus, *Sciurus, the Squirrel;*
Ex Serpentibus, *the Slow Worm*:
Ex Inſectis, *Grillus Focarius.*

Addendus quoque Titulus Cap. 2. Sect. de Piſcibus
De Piſcibus Cetaceis.

F I N I S.

INDEX

Alphabeticus rerum præcipuarum, quæ in Libro Tertio Partis Secundæ Prodromi Naturalis Historiæ Scotiæ *continentur, ubi agitur de Animalibus* Scotiæ *tam Feris quàm Domesticis.*

A.

Pag.

Abramis Piscis, 25
Abstemii. Vide Homines.
Acarus Insectum, 32
Acari species in Mitroscopio, 32,33
Accipenser Piscis, & ejus usus, 25
Accipiter, & ejus usus Medicus, 15
Aculeatus Marinus, 24
Acus Piscis, *ibid.*
Alauda, 17
Albanoca, 22
Alburnus Piscis, 25
Alkà, 20
Alosa, 23
Aluco minor, 15
Ammodites Piscis, 24
Anas Arctica, 20
Anas Circia, 21
Anas Domestica, & ejus Vires, *ibid.*
Anas Eider. Vide Eider.
Anguilla & ejus usus, 25
Animal Pilos medios inter Ovis & Capræ ferens, 8
Animal quid, 1
Animal rationale & irrationale, *ibid.*
Animal quoddam monstrosum prodiens ex Lacu *Garloil* dicto, 10
Animal minutissimum ex Pipere in aquâ natum, 34, 35
Animalculorum mutationes, 31
Animalium divisio ex Scripturâ S. & Philosophis, 1
Animalium motus & nutritio unde perficitur, *ibid.*
Animalium ortus, *ibid.*
Animalium vita, *ibid.*
Animalium usus, *ibid.*
Anser Bassanus, & ejus Descriptio, 20
Anser Domesticus, & ejus Usus Medicus & Mechanicus, 21
Anser *Duntergoose* dictus, *ibid.*
Anser *Embergoose* dictus, 21
Anser Ferus, *ibid.*
Anser *Skeeling-Goose* dictus, *ibid.*
Anthias. Vide Umbræ.
Apis, 29
Apum cultus facilis & quæstuosus, *ibid.*
Apum mutatio nostræ mutationis imago, *ibid.*
Apum corpora quos usus in Medicinâ habent, 30
Apua Piscis, 24
Aquila, ubi nidulatur; & quales prædas venatur, 14
Aquila Infantem pannis involutum ad Nidum suum deferens, *ibid.*
Aquilarum usus Meditus, *ibid.*
Araneus, 32
Araneorum species & usus Medicus, *ibid.*
Ardea & ejus usus, 18
Arietis Fel, 8
Asellus Piscis, & ejus usus, 23
Asellus Marinus, 34
Asinus, 6

Pag.

Asinorum usus Domesticus & Medicus, *ibid.*
Asper Piscículus, 25
Astacus, & ejus usus, 26
Astacorum Lapilli. Vide Oculi Cancri.
Avis nomen, 13
Aves Rapaces diurnæ minores, 14
Aves Rapaces nocturnæ, 15
Aves incertæ Classis, 22
Avium Descriptio, Locus, Motus, Vox, 13
Avium corpus, 14
Avium differentiæ, *ibid.*
Avium Musculi pectorales quare robusti, *ibid.*
Avium usus, *ibid.*
Aurium humanarum sordes quibus Morbis medentur, 6

B.

Balani, 28
Balbusardus, 15
Balæna, 23
Bernicla, sive Clakis, 21
Ejus Descriptio Auctore D. *Willoughbeo*, *ibid.*
Bison *Scoticus*, 7
Bisulca non ruminantia, 9
Bisulcorum ruminantium divisio, 7
Blatta, & ejus usus Medicus, 31
M. A. *Bodii* Vita, 2
Bos Domesticus & Sylvestris, 7
Boves *Caricæ*, *ibid.*
Boves Sylvestres in *Scotiâ* mirè ab hominibus abhorrentes, *ibid.*
Boum usus, *ibid.*
Boschas major, 21
Bubo & ejus usus Medicus, 15
Bubula Caro, 8
Buccina & eorum usus, 26
Buccina terrestria, 34
Bufo, 13
Bufonum usus Medicus, *ibid.*

C.

Cæcilia. Vide Typhlopa.
Cancer Piscis, 26
Canis, 12
Canis boni & generosi signa, *ibid.*
Canum ætas dentium indicio deprehenditur, *ibid.*
Canum species variæ, *ibid.*
Canum usus Medicus, 12, 13
Canis Piscis, 23
Caprarum Admissarius Hircus, 8
Caprilli Casei utilitas, *ibid.*
Caprilli Lactis usus Medicus, *ibid.*
Capreolus, 9
Capreoli Caro qualis, *ibid.*
Capreoli usus Medicus & Mechanicus, *ibid.*
Capricornus Insecti genus, 31
Carduelis, 18
Caseus ex Lacte Vaccino, 7

Cataphractus Piſcis genus, 25
Cera optima quæ, 30
Ceræ Vires & Uſus Mechanicus, *ibid.*
Cerumen. Vide Aurium.
Cervus, 9
Cervi caro qualis, *ibid.*
Cervi caudâ bifurcatâ, *ibid.*
Cervorum longævitas, *ibid.*
Cervorum uſus, *ibid.*
Cetus dentatus, 23
Cetaceorum Piſcium uſus Mechanicus, *ibid.*
Charadrius, 19
Chloris, 18
Chryſaetos, 14
Cicindela, 31
Citrinella, 18
Cobites Piſcis, 25
Cochlea aquatica & terreſtris vulgaris, 34
Cochleæ aquaticæ, fluviatiles, marinæ turbinatæ, 26
Cochlearum Marinarum uſus, 28
Cochlearum terreſtrium Nota Characteriſtica, 33
Cochlearum terreſtrium nudarum Nota Char. *ibid.*
Cochlearum terreſtrium Teſtâ contectarum Nota Characteriſtica, 34
Cochlearum teſtâ tectarum figurâ compreſſâ Nota Characteriſtica, *ibid.*
Cochlearum terreſtrium uſus Medicus & in cibo, *ibid.*
Colca Avis, 21
Coluber, 28
Columba, 17
Columba *Groenlandica*, 20
Columbarum uſus Medicus & Mechanicus, 17
Colymbus Arcticus, & maximus, 20
Concha Anatifera, 28, 36, 37.
Concha Inſulæ *Barræ*, 28
Concha *Boethii* Margaritifera, *ibid.*
Concha Margaritifera dicta, 27
Concha è maximis, *ibid.*
Concha Veneris, 26
Conger Piſcis, 23
Cornix, 15
Cornices Pluvias præſagiunt, *ibid.*
Cornicum uſus Medicus, *ibid.*
Corolla ex Margaritis *Scoticis*, 27
Corvus, 15
Corvus Aquaticus, 20
Corvi uſus Medicus & Mechanicus, 15
Coturnix, & ejus Caro, 16
Crabro, 30
Crabronum natura ferox & iracunda, *ibid.*
Crabronum ictibus quid medetur, *ibid.*
Cranium humanum in quibus Morbis adhibetur, 5
Cremor Lactis Vaccini, 7
Cuculi ſaliva quid, 15
Culex, 30
De Culice pulcherrima *Plinii* verba, *ibid.*
A Culicibus populi integri Civitatibus pulſi, *ibid.*
Cuniculus, 11
Cuniculi domeſtici albi & nigri, *ibid.*
Cuniculi ſylveſtres nigri, *ibid.*
Cuniculorum fœcunditas, *ibid.*
Cuniculorum Caro qualis, *ibid.*
Cuniculorum Axungia quem uſum in Medicinâ habet, *ibid.*
Curruca, 17
Cygnus, ejus uſus Medicus & Mechanicus, 21
Cyprinus, 24, 25.

D.

Dei gloria ex minimis Animalculis illuſtratur, 29
Delphinus, 23
Dentium in Ruminantibus defectus Ventrium multitudine penſatur, 7
Draco Piſcis, 24

E.

Echini *Marini* Deſcriptio, 27
Echinorum Marinorum uſus, ibid.
Eider Anas, 21
Embriza, 18
Encraſicholi ſpecies, 24
Equus, 6
Equus *Gallovidienſis*, ibid.
Equulei *Orcadenſes* & *Schetlandici*, ibid.
Equi forma præſtantior, ibid.
Equorum genera varia, ibid.
Equorum uſus, ibid.
Erinaceus, ejus Caro & uſus Medicus, 11
Erucæ, 32
Eruca reperta apud *Loch-coat*, ibid.
Erucæ *Dei* Copiæ dicuntur, ibid.
Erucarum differentiæ, motus mutationes, ibid.
Erucarum uſus Medicus, ibid.

F.

Falco, 14
Fel Bovis, quibus Morbis medetur, 7
Felis, 13
Feles tum Infantibus tum Adultis exitiales, ibid
Felium uſus Medicus, ibid.
Fimi Caprilli uſus, 8
Fœcunditatis Mulierum *Scotiæ* exempla, 4
Fœtus in Tubâ Uteri, ibid.
Formica, 31
De Formicis *Plutarchi* & *Plinii* Teſtimonia, ibid.
Fringilla, 18
Fulica, 20

G.

Galeus, 23
Gallinago minor, 18
Gallinula Erythropus, 19
Gallinula Chloropus, ibid.
Gallopavo, & ejus Caro, 16
Gallus & Gallina Domeſtica, eorum Caro & uſus Medicus, ibid.
D. *Geddes* Inventum, 29
Gemellorum in *Scotiâ* partus frequentes, 4
Gevandeſius, 26
Glanis, 25
Globuli ex Pilis in ovium *Ventriculis*, 8
Globuli piloſi in Vituli Stomacho, 7
Gobius, 24
Graculus, 15
Grus, 18
Gryllotalpa, 31
Gryllus et ejus uſus Medicus, ibid.

H.

Hæmatopus, 19
Harengus et ejus Vires, 23

Himan-

Himantopus & ejus nominis ratio, 18. 19
Himantopodos Deſcriptio Auctore D. *Willoughbeo*, 19
Himantopodos alia Deſcriptio addita ab Auctore hujus Prodromi, ibid.
Hircus. Vide Caprarum Admiſſarius.
Hirudines, 34
Hirundo, ejus variæ ſpecies & uſus Medicus, 17
Hœdus, 8
Homo univerſi Orbis Compendium, 2
Homo Morinelli qualitate præditus, 4
Homines abſtemii & longævi, ibid.
Homines juſtam ſtaturam excedentes, & alii infra iuſtam ſtaturam depreſſi, 5
Hydrus, 28

I.

Inſecti nominis ratio, 28
Inſecta Exercitus Dei appellantur, 29
Inſectorum differentiæ & uſus inſignes, ibid.
In Inſectis elucet mira Numinis potentia & prudentia, ibid.
Iſpida & ejus uſus Medicus, 16

L.

Lacerta, 13
Lacerta Aquatica, 13, 34
Lactis Humani uſus, 5
Lady-Cow, 31
Lagopus & ejus Caro, 16
Lagopus altera & ejus Caro, ibid.
Lampetra, 25
Lana in *Ronâ* cærulei coloris, 8
Larus, 20
Lavellan, 11
Lepus & ejus fœcunditas, ibid.
Lepus in *Orcadibus* nivei coloris, ibid.
Leporis uſus, ibid.
Limax ater, 34
Limax cinereus & ejus Lapis, 33
Limaces cinerei Androgyni, ibid.
Linaria, 18
Loligo, 26
Lomwia, 20
Loxia & ejus uſus Medicus, 18
Lucius, & ejus uſus, 25
Lumbrici Aquatici, 34
Lumbrici terreſtres & eorum uſus, 33
Lumbricorum aliæ ſpecies, ibid.
Lumpus, 24
Lupus Marinus & ejus uſus, 25
Luſcinia, 18
Luteola, ibid.
Lutra, ejus ingenium, uſus Medicus & Mechanicus, 10
Lyra. 24

M.

Margarita, 27
Martes, 11
Mel optimæ notæ, 30
Mel præſtantiſſimum ubi gignitur, ibid.
Mellis Vires, 30
Merganſer & *Mergi*, 20
Merula, 17
Millepes Aſellus & ejus uſus *Medicus*, 33
Milvus, 15
Mola, 24
Monſtra, 5
Morinellus, 19
Motacilla & ejus uſus Medicus, 18
Mulieres *Scotæ* quædam tres, quædam quatuor uno partu enixæ ſunt, 4
Mumiæ uſus Medicus, 5
Mus Aquaticus, 12
Mus Araneus, ibid.
Mus Domeſticus major, ſeu Sorex, ibid.
Mus Domeſticus minor, ibid.
Mus Sylvaticus, ibid.
Mures ex ſalacitate vitæ brevioris, 12
Mures ædes ruinæ propinquas linquunt, ibid.
Murium uſus Medicus, ibid.
Muſca, 30
Muſcæ Pluviam præſagiunt, ibid.
Muſcarum uſus *Medicus*, ibid.
Muſtelæ varium genus, 11
Muſtelæ Caro, *ibid.*
Muſtela Vivipara, 25
Mytuli & eorum uſus, 27

N.

Nani & Pumiliones, 5
Neritæ, 26
Noctua, 15
Numenius, 18
Nycticorax, 15

O.

Oculi Cancri, 26
OEnanthe tertia, 18
Oſtrea & eorum uſus, 27
Otis, 16
Otus, 15
Ovis, 8
Ovis *Hirthana*, ibid.
Oves *Schetlandicæ* fœcundæ, ibid.
Oves flavæ in *Scotiâ*, ibid.
Ovium uſus, ibid.

P.

Palumbus torquatus, & ejus uſus Medicus, 17
Papilio, & ejus variæ ſpecies, 30
Parus, & ejus uſus Medicus, 18
Paſſer, & ejus uſus Medicus, *ibid.*
Paſſer Piſcis, 24
Paſtinaca Marina Piſcis, 23
Patellæ, 28
Pectines, 27
Pectunculi, *ibid.*
Pediculi, 31
Pediculi manſuëti & feri, 32
Pediculi in aliis Animalibus, *ibid.*
Pelecanus. Vide Platea.
Pellium Hircinarum uſus Mechanicus, 8
Penna Marina, 28
Perca fluviatilis, 25
Perca marina, & ejus uſus Medicus, 24
Perdix, & ejus uſus Medicus, 16
Perla Inſectum, 30
Phaſianus, & ejus Caro, 16
Phocæna, & ejus uſus Mechanicus, 23
Pholas, 27

Phoxinus, 25
Physallus, 26
Physeter, 23
Pica, 15
Picæ Glandariæ usus Medicus, ibid.
Pici Martii, 15
Pictarne, 21
Pilorum Hircinorum usus Mechanicus, 8
Pinguedinis Humanæ usus Medicus, 5
Pisces incertæ Classis, 28
Pisces Humana facie, ibid.
Piscium natura, & differentiæ à loco & à tegumento, 22
Piscium motus & usus, ibid.
Plantarum vita, 1
Platea, 18
Pluvialis, 19
Poana, 26
Propolis & ejus Vires, 30
Puffinus, 20
Pulex, 32
Pulex Marinus, 34
Putorius, & ejus usus, 11
Pygargus Himularius, 14
Pygmæorum Insula, 5

Q.

Quadrupedum divisio, 6
Querquedula major, 21

R.

Raia, 23
Rallus Aquaticus noster & ejus descriptio, 19
Rana, & ejus usus *Medicus*, 13
Rana Piscatrix, 24
Rhomboïdes, ibid.
Rhombus, ibid.
Rubecula, 18
Rubicilla, ibid.
Ruticilla, ibid.

S.

Salmo, 24
Salmonum copia & usus, ibid.
Salmerinus, 25
Salmoneta, ibid.
Sanguinis Circulatio, 2
Sanguinis Hircini usus, 8
Sanguinis Humani usus, 5
Sciurus & ejus usus, 11
Scolopax, 18
Scorpius Marinus, 24
Scotia utilia habet Animalia, non sæva, 9
Sepia, & ejus Os, 26
Serinus, 18
Serpens *Marinus*, 25
Siro, 33
Solea, & ejus usus, 24
Solen, 27
Solidipeda, 6
Squatino-Raia, 24
Squilla Piscis, 26
Squilla Insectum Aquaticum Pedatum, 34
Stella *Marina*, Piscis, 26
Stellæ *Marinæ* Insecta Aquatica, 34
Stercoris Humani usus, 6
Stoporellæ similis, 17
Strix, 15
Sturio. Vide Accipenser,
Sturnus, & ejus usus, 17
Sus, & ejus usus, 9

T.

Talpa, 11
Talpæ usus *Medicus* & *Mechanicus*, 12
Tauri Cornu, Genitale, Medulla, Vesica quos usus in *Medicinâ* habent, 8
Taxus, & ejus usus, 9. 10
Taxus Suillus, 11
Testudo *Marina* & Terrestris, 13
Thunnus, 23
Tinea, 31
Tipulæ, 34
Trachurus, 24
Trochi, 26
Trutta, & ejus usus, 25
Turdus, & ejus Caro, 17
Typhlops, 28

V.

Vaccæ forma optima, 7
Vaccarum Partus monstrosi, ibid.
Walrus, 10
Walri Descriptio, ibid.
Walri usus Medicus, ibid.
Vandesius, 26
Vanellus, 19
Vena *Cava*, 2
Vermis *Lag* dictus, 34
Vermes magna Hominibus Pestis, 33
Vermes ubi nascuntur, ibid.
Vermes Hexapodi, ibid.
Vermium magnitudo motus, vita, ibid.
Vespæ, earum Politia & usus Medicus, 30
Vitulina Caro & Medulla quos usus habent, 8
Vitulus Marinus, & ejus usus Medicus, 10
Viverra, 11
Umbræ congener, 24
Upupa, 16
Urinæ Humanæ usus, 6
Urogallus major, & ejus usus, 16
Urogallus minor, & ejus usus, ibid.
Urtica Marina, 28
Vulpes, & ejus usus, 9

X.

Xiphias, 23

PRODROMI

NATURALIS HISTORIÆ

SCOTIÆ

PARTIS SECUNDÆ LIBER QUARTUS

DE

MINERALIBUS METALLIS ET MARINIS

SCOTIÆ.

INDEX *Capitum Libri Quarti & ultimi Partis Secundæ Prodromi Naturalis Historiæ* Scotiæ, *qui agit de Fossilibus & Marinis.*

Præfatio
De Fossilibus & Marinis in Genere,

SECTIO PRIMA.
De Mediis Mineralibus.

CAPUT I.
De Terris,

CAPUT II.
De Succis concretis & Salibus,

CAPUT III.
De Sulphure,

CAPUT IV.
De Bitumine,

SECTIO SECUNDA.
De Lapidibus.

CAPUT I.
De Lapidibus in Genere,

CAPUT II.
De Lapidibus minùs pretiosis majoribus & duris,

CAPUT III.
De Marmoribus,

CAPUT IV.
De Lapidibus mollioribus,

CAPUT V.
De minoribus Lapidibus,

CAPUT VI.
De Lapidibus ex Animalibus desumptis,

CAPUT VII.
De Lapidibus minùs pretiosis variarum figurarum Naturalia & Artificialia referentibus,

CAPUT VIII.
De Lapidibus pretiosis seu Gemmis,

APPENDIX
Ad præcedentem Sectionem de Lapidibus,

SECTIO TERTIA.
De Metallis.

CAPUT I.
De Metallis in Genere,

CAPUT II.
De Metallis in specie,

SECTIO QUARTA.
De Marinis.

CAPUT I.
De Marinis in Genere,

CAPUT II.
De Plantis Marinis, Bituminibus, aut his congeneribus, quæ in Mari proveniunt,

PRO-



PRODROMI

NATURALIS HISTORIÆ SCOTIÆ

PARTIS SECUNDÆ LIBER QUARTUS.

DE

Fossilibus & Marinis.

PRÆFATIO

De Fossilibus & Marinis in Genere.

INfimum Substantiæ gradum Inanimata obtinent, in infimam quoque Naturæ partem relegata, quæ *Plutonis* Regnum Poëtis constituebat, quòd maximæ divitiæ è Terræ visceribus eruerentur. In quibus quoque Dei Providentiam adorare licet, quòd neque otiosa & inutilis sit illa Mundi pars caligini & tenebris damnata, sed multa de eâ effodiantur in vitæ usus proficua. Et quidem multâ observatione compertum est, quòd Regiones, quæ in superficie nudiores & asperiores sunt, Fossilibus magis abundent: quasi externam nuditatem internis divitiis compensare velit Natura, hoc est, *Deus* Opt Max. è quo natâ sunt omnia. Cujus quidem sortis *Scotia* nostra particeps est, quæ plurima in gremio suo continet Fossilia, eaque præstantissima, licet ejus superficies in plurimis locis aspectui tristior sit. Mare quoque non solum innumera in sinu suo fovet Animalia, de quibus jam actum est: sed, quâ fœcunditate donatum est, suas quasi substantiarum diversarum Mineras in fundo suo tenet, de quibus Marina dicta corpora nunc in Littora & Rupes Marinas projicit, nunc in superficie natantia exponit. De hisce igitur Fossilibus & Marinis, quæ in Scotiâ nostrâ reperiuntur, quarto hoc & ultimo Prodromi hujus Operis Libro agendum est, sumpto à Fossilibus initio, quòd ea & dignitate præcedant, & faciliùs frequentiusque se in conspectum offerant. Fossilia Marina.

Fossilia ita dicta sunt, quòd major eorum pars fodiendo è terrâ eruatur. Ab aliis Mineralia vocantur, qui Fodinas Minas volunt appellaras, ut Fossilium & Metallorum Venas Minetas; Metallica etiam à quibusdam à potiore specie, Metallis nempe. Fossilium nomen.

Est verò Fossile Corpus perfectè mixtum, inanimatum, vitæ expers, peculiari formâ & virtute seminariâ à Deo in primâ creatione donatum, ut sibi simile procreare & suam speciem propagare possit. Fossile quid

Fossilia autem in Media Mineralia, Lapides & Metalla dividuntur. Fossilium divisio,

Innumeros illa usus vitæ nostræ præstant. Ex iis enim Moneta conficitur, varia Vascula & Ornamenta pretiosa parantur, Machinæ Bellicæ; & ea etiam Instrumenta, quæ plerisque Artibus inserviunt, efformantur, Ædes extruuntur. Pharmaca quoque quædam ex iis desumuntur. Et nulla ferè Vitæ pars iis caret. In hoc nobis noxia, quòd incitamenta pravarum cupiditatum sint, per quas innumeris malis expositi sumus. Sed non illa accusanda (bona enim in se, ut reliqua Dei Opera sunt) sed nos, qui multas malas Artes excogitavimus, quibus illorum usus corrumpitur. Usus, & Abusus,

Librum hunc in quatuor Sectiones dividemus. Prima aget de Mediis Mineralibus, quæ ita dicta sunt, quòd mediam quasi naturam habeant inter Lapides & Metalla; & Terræ, Sales, Sulphura & Bitumina sunt. Secunda Sectio aget de Lapidibus. Tertia de Metallis. Quarta de Marinis. Libri hujus divisio.

Sectio Prima.

De Medijs Mineralibus.

CAPUT I.

De Terris.

Terra. PEr Terram autem hic intelligitur Corpus Fossile naturæ Mineralis particeps, quod injectâ Aquâ solvitur & Lutum fit. Hujusmodi apud nos sunt.

Argilla. Argilla, quæ Terra tenax est, quæ in partem quamcunque ducta non abrumpitur, neque exiccata dehiscit. Ejus hæc proprietas est, ut quamlibet figuram recipere possit; & in Caminis cocta in Lapideam substantiam crescat.

Usus Mechanicus. Hacce potissimùm utuntur Figuli & Plastæ, & ex hac fiunt Vasa, Statuæ & Fistulæ, sive Tubuli pro Nicotianæ fumo sugendo. Nostratibus *a White Clay* dicitur. Vilissima ad opus Lateritium sumitur. Ex communi (quæ *Clay* nostratibus dicitur) pedibus jumentorum attritâ & stramine temperatâ integras domos construunt in quibusdam locis nostrates, quæ ventos, imbres & ignes perferunt & diu durant. Ex cæruleâ Figuli Vasa conficiunt.

Cimolia. Cimolia, quæ & Smectis dicitur, nostratibus *Fullers-earth*, pinguis & lubrica est, & ad purpureum inclinat colorem. Quædam albicans est. Modicè pinguis est, rara & mollis, nihil Arenosum continens, & in candido ad purpureum nonnihil vergens. Hæc cum adstrictionem, tum acredinem quandam participat, & virtus ei siccandi & refrigerandi inest. Achores tollit. Ad Parotidas quoque discutiendas commendatur, & ad Ambusta valet. *Plinius* in Podagrâ ejus vires prædicat.

Usus Medicus & Mechanicus. Vi abstergendi prædita est. Fullonibus igitur in Pannis emundandis magni usûs, & utilis ad Sevum è Vestimentis eximendum est.

Terra viridis. Terra quædam viridis, quæ facilè in pulverem abit, tactu mollis & lubrica. An Talci species?

Terra Crocei, & Viridis coloris. Terra Crocei coloris prope *Drumfrisium* eruta. An Talci species?

Terra Argillacea Violacei coloris, pinguis. An Cimolia, an Margæ species?

Rubrica. Rubrica, the *Marking Stone*, nostratibus *Keel* dicitur. Terræ species lapidosa & rubea est, quæ in locis Metallicis Aurariis, Argentariis, Ærariis & Ferrariis, aliquando etiam in propriis Venis reperitur.

Ejus duæ species. Rubrica duplex apud nos: una superficie lævi & politâ, alia superficie asperâ, quæ saturatæ magis rubedinis.

Usus Medicus, Vi pollet adstringendi, reprimendi & fluxum sanguinis sistendi, ad Ambusta commendatur, Emplastris siccantibus & Vulnerariis additur. Mihi relatum est, Mulierem quandam Empiricam apud suos in curandis Epilepticis claram, inter alia Remedia, quibus utitur, Rubricam intus exhibere. Et eò faciliùs credidi aliquos ejus usus esse posse in hoc Morbo, quod apud *Oswaldum Grembs* legerim pulverem sequentem in ipso hujus Morbi Paroxysmo commendari, qui recipit Lapidis rubri Scriptorii (vulgò *Rotel-stain*) Drachmam unam; Radicis Ireos, Sacchari, ana Drachmam unam cum Semisse; Moschi Granum unum. Et quidem fieri potest, ut acidum volatile, quod in hoc Morbo Nervos eorumque principium Cerebrum vellicat & irritat, & ἀπαξίαν, seu spirituum motus inordinatos producit, vel terrestri Rubricæ substantiâ figatur & edulcoretur, vel aliâ proprietate specificâ, quæ ab ejus temperie & partium ejus figurâ procedit, subigatur & superetur. Arbor hominis integra & ruinosa, *Cap.* de Epilepsiâ.

& Mechanicus. Pictoribus inservit, & Fabris etiam Lignariis pro Lineis rubris ducendis.

Nigrica. Nigrica Fabrilis *Merreti* in Pinace rerum *Britannicarum*, digitos maculat & facilè rumpitur in pulverem.

Usus. Quibusdam *Black-Lead*, nostratibus *Kilevyne* dicitur. Pro Lineis ducendis & notulis scribendis inservit. In Præfecturâ *Abredonensi* reperitur.

Ochra. Ochra, *Yellow Oker*. Hæc varia est: quædam optimæ notæ, alia arenosa magis. Optima apud nos variis in locis habetur.

Usus Medicus & Mechanicus. Tumores & Panos discutit; excrescentem carnem reprimit; cum cerâ cava explet; Articulorum Tophos comminuit.

Pictoribus ejus usus familiaris est. Chirothecæ eâ pulchrè flavente colore tinguntur.

Marga vulgaris & ejus Usus. Marga Terræ Medulla & pinguior ejus pars. Quædam apud nos est pallescens, quæ instar Sevi concreti est præ pinguedine. Est etiam alba, quâ Silices frequenter obducti sunt. In commissuris saxorum reperitur. Ejus usus præcipuus in agris fœcundandis est.

Marga lapidosa flava. Hujus species quædam lapidosa flavi coloris, instar Succini flavi crudi & friabilis substantiæ, in Saxorum commissuris reperitur, quam Operarii Vulnerariam esse experiuntur.

Armenæ affinis. Est & Terra apud nos ad Armenam accedens, tum colore, tum substantiâ.

Cadmia. Terra Cadmia, quæ eadem est quæ Lapis Calaminaris dicitur. Ad affectus oculorum commendatur. Ex hac cum Ære mixtâ Orichalcum conflatur. An Lapis potius? Vide Lapides.

Terra Drumfriesiensis tinctoria. Terra quædam lutosa nigricans è *Drumfrisio* ad me transmissa à celebri Viro D. *Archibald* M. D. quam Tinctoriam voco, quòd eâ ad pannos nigro colore tingendos utantur Ferratæ et Vitriolicæ qualitatis particeps videtur: nisi enim ferri frustum ei suppositum sit, albicans evadit.

Alcionium. Ad similes Terræ partus Alcionium referri debet, quod Concretio quædam est, partim ex Exhalationibus & Vaporibus, partim ex Limo Terræ. Quoddam Fungi facie. Aliud formæ Vermicularis Testæ adnatum, simile artificio, quod *Philigram* dicitur.

CAPUT

CAPUT II.

De Succis concretis & Salibus.

Succi concreti.

TErras ſequuntur Succi concreti, qui è variis Terris originem ſuam ducunt. Apud nos Aqua fertur in *Anandiâ* eſſe ſpumam ebulliens, quæ in Salinam ſubſtantiam concreſcit, quâ pro Coriis perficiendis Coriarii utuntur. An Aluminoſa? *Aqua in Anandia.*

Huc ſpectant Tubuli quidam albiſſimi perforati friabiles in Mineris Carbonum reperti, qui Nitroſæ Concretiones eſſe videntur. *Tubuli albi perforati.*

Per Salem intelligitur Corpus Minerale inanimatum in Aquâ ſolubile, ſaporibus diverſis præditum, et ſeminariâ in primâ creatione vi dotatum, quâ certis in locis conſervatur et multiplicatur. Salia autem apud nos ſunt *Sal.*

Sal vulgaris, quo communiter in Cibis utimur. Iſque vel Naturalis vel Artificialis eſt. *Sal communis,*

Naturalis in Rupibus Marinis à Sole ex Aquâ excoctus Marinâ reperitur. *Naturalis,*

Artificialis vel ex Aquâ Maris paratur, vel ex Arenâ Maris ſalſâ, qualis ab Accolis Limitis Meridionalis *Scotiæ* conficitur. *Artificialis.*

Multi uſûs eſt in Cibis & Medicinâ. Caleſacit, exiccat, abſtergit, adſtringit, & à putredine conſervat. Cibis ſaporem gratum conciliat, & appetitum edendi excitat. A jumentis quoque expetitur, eaque à variis Morbis præſervat. Tenuis ad cibum eligitur. Inter primos autem noſter *Scoticus* etiam ab exteris cenſetur, ad quos magnâ copiâ defertur. Craſſiore Piſces majores condiuntur. Salis Vires in Cibis & Medicinâ.

Unicum certè Salis condimentum omnibus Aromatum condituris præſtat, quandoquidem in Cibis faſtidium arcet, Nauſeam prohibet, & edendi aviditatem excitat. Veneno reluctari dicitur, & vehementer ſiccat & adſtringit. Ideo non ſolum humores è corpore educendos liquat, incidit, tenuat, purgat atque ſiccat, ſed & adſtringendo poros Veneni penetrationem intercipit. Præterea Cibos condit & ſapidiores reddit. Carnes Animalium Sale diu incorruptæ ſervantur, ut & Butyrum, Caſeus & multi Fructus. Multi quoque in Medicinâ uſûs: flatus enim attenuat, ventrem mollit, & corporis ſuperfluitates educit, & facultatem expultricem ſui officii admonet. Omnia quoque Lumbricorum genera in Vino hauſtus exterminat. Sal cum farinâ melle & oleo tritus commodum & ſalutare in Podagrâ remedium eſt. Cum telâ Aranearum Vulneri impoſitus Sanguinis fluxum cohibet & putredinem arcet. Valet quoque adverſus Sterilitatem.

Habet etiam inſignes uſus in Agriculturâ: Arbores enim, Fruticés & Herbæ quædam ſalſis aquis irrigatæ lætiùs proveniunt. Cum commodo quoque Sal Pecudibus exhibetur, tum adverſus Pabuli faſtidium, tum quòd à Morbis quibuſdam præſervet & ad Venerem etiam ſtimulet. Et propter hanc Salis vim prolificam Poëtæ Venerem ex Mari ortam finxerunt. *Usus in Agricultura.*

Nitrum apud nos tantùm factititium, quod ex terrâ nitroſo ſemine imprægnatâ apud nos conficitur qualis in Cellis Vinariis, aut terrâ quæ Ovillo ſtercore imbuta: facto namque ex eâ Lixivio & percolato, et per ignis calorem excolato, Sal Nitri remanet, quod purificandum eſt. *Nitrum.*

Nitroſitas quoque quædam, inſtar Lanuginis, ex Parietibus exudat, et Libris Chartiſque accreſcit.

Nitrum ſordes abſtergit, in Lixivio reſolutum Fullonibus et Infectoribus utile. Vi pollet abſtergendi et diſcutiendi. *Usus.*

Aluminis calx obſcurè albicans ex Plagâ *Scotiæ* Boreali ad me delata. *Alumen.*

Minera quoque Aluminis nigro-cærulei coloris ex Plagâ Occidenrali delata. An Minera illa Pyritis ſpecies eſt? Ex Pyrite certè nigro Alumen elicitur.

Vehementi vi adſtringendi pollet, et magni uſûs Alumen eſt apud Aurifices, Infectores, Coriarios et Librarios. *Usus.*

Vitriolum multum apud nos reperitur in Ære et Pyritis æroſis, quorum multi odorem et ſaporem Vitriolicum de ſe effundunt. *Vitriolum*

Adſtringit vehementiſſimè et caleſacit. Sanguinem ſiſtit, Ulcera extergit. Spiritus ejus putredinem ſiſtit. *Usus Medicus & Mechanicus.*

In liquore reſolutum ſervit Coriis et Lanis denigrandis.

Huc ſpectat Cæruleum quod in *Crafordiæ* Teſquis effoditur. *Cæruleum*

Chryſocollæ Cæruleum ſive Azurum congener eſt ſuccus quoque concretus, unà quoque eidem materiæ Metallicæ quandoque adhærens, et eodem modo generatur.

Lapis autem Lazuli nihil aliud videtur quam ſuccus cæruleus in Lapidem concretus. Uterque in *Scotiâ* noſtrâ reperitur, Cæruleum in Mineris Æris quandoque.

Sapor ei miſtus, acris & parùm adſtringens, violenter purgat. A quibuſdam in Melancholicis affectibus uſurpatur.

CAPUT III.

De Sulphure.

NUnc de Sulphureis & Bituminoſis corporibus agendũ eſt, quæ ignem facilè concipiunt, & oleo ſolvuntur & miſcentur, ut Salia Aquâ. Analogiã ea quandã habent cum pinguedinibus in Animaliũ corporibus:

Ut enim inter ſolidas partes hæ concreſcunt, ita illa inter dura Terræ viſcera. De Sulphure autem primò tractandum.

Sulphur: Sulphur ſuccus Mineralis eſt, conſtans parte inflammabili gravem odorem de ſe præbente, & terrâ craſſâ fixâ ſuccum Chalcanthoſum admiſtum habente.

Uſus Medicus & Mechanicus. Sulphur vivum nativum, *(Natural Brimſtone)* in variis *Scotiæ* locis reperitur, quæ in *Atlante Scotico*, *Deo* volente, enarrabuntur.

Sulphur vim habet calefaciendi, attrahendi & abſtergendi. Scabiem curat & Vitiligines. Purulenta expuentibus utile.

Fullonibus & Infectoribus in uſu eſt, ut candorem & mollitiem Veſtibus concilient. E ſulphuratis ellychniis, ſilicis & ferri conflictu, flamma elicitur: igni enim amicum eſt Sulphur. Ingreditur quoque compoſitionem Pulveris Tormentarii.

CAPUT IV.

De *Bitumine.*

Bitumen. Bitumen eſt corpus foſſile, ſimilare, inflammabile & pingue, quandoque Mineralibus quibuſdam Concretionibus mixtum. Bitumina facile inflammantur, &, cùm ſemel flammam conceperint, rapidè ardent.

Bitumen vel liquidum vel concretum eſt.

Oleum Fontis S. *Catharinæ.* Liquidum Fonti D. *Catharinæ* innatans calefacit, ſiccat & penetrat. In Paralyſi & nervoſarum partium doloribus ex frigidâ cauſâ utile eſt.

Concretum Bitumen varium apud nos eſt, cujuſmodi eſt.

Gagates. Gagates, noſtratibus *Jëat*, quod adeò durum eſt, ut poliri poſſit.

Lapis eſt colore atro, qui igni admotus perſimilem Bitumini odorem exhibet.

Gagati cum Succino tanta intercedit affinitas, ut nonnulli Gagatem Succinum nigrum indigitaverint: ardeſcit enim inſtar Succini, et paleas trahit. Succus pariter concretus Lapideam duritiem adeptus eſt. In Boreali Plagâ *Scotiæ* invenitur.

Uſus. Eximii uſûs eſt in ſtrangulatu Matricis & Epilepſiâ. Diureticæ quoque facultatis eſt. Oleum ex eo Paralyticis conducit.

Fiunt ex eo, ut & ex Succino, Monilia.

Carbo foſſilis Carbo foſſilis, Lithanthrax, *Coal.* Variæ ſunt hujus ſpecies.

Carbo, qui, dum ardet, oleum emittit.

Carbo omnibus Iridis coloribus tinctus.

Carbo, an Gagates figuris Rhomboïdibus ſignatus?

Carbo foſſilis in Mineris Calcariis repertus, qui facilè accenditur, & multam lucem de ſe ſpargit, adeo ut quibuſdam ex noſtratibus vicem Ellychniorum ad quodvis opus domeſticum peragendum ſuppleat.

Carbo *Kennel-Coal* noſtratibus dictus.

Carbo foſſilis Bitumen eſt induratum & coctum ſub Terrâ, friabile, facilè ignem concipiens.

Uſus. Præſtantiſſima ignis fomenta Carbones ſunt; magni quoque uſûs Fabris aliiſque Artificibus.

Nobiliſſimus D. *Boyl* eduxit ex iis non contemnendam quantitatem Olei vel liquidi Bituminis, nec exiguum numerum Salinarum particularum, quæ videbantur eſſe naturæ inſoli æ. Tract. de Gemmarum Virtutibus, Edit. Lat. Pag 57. Nec dubitandum eſt, quin Oleum, quod ex illis deſtillatur, egregias vires habeat in Paralyſi & affectibus Nervorum frigidis.

Carbo foſſilis cum Oleo tritus & permixtus ad interimendos Vitium Vermes apud *Mizaldum* extollitur.

Terra Bituminoſa. Terra Bituminoſa, noſtratibus a *Peat*, Sole excocta igni pabulum minimè contemnendum præbet: ſic enim provida Natura locis, in quibus Carbo & Lignum deficiunt, benignè proſpexit. Hujus meminiſſe videtur *Plinius* de *Cauchis Friſiæ* populis agens, Captumque manibus lutum Vento magis quàm Sole ſiccantes, Terrâ Cibos & rigentia Septentrione Viſcera ſua urunt. Et Moſſæ noſtræ hac Terrâ Bituminoſâ multùm abundant, quæ aliquando ignem concipit & conflagrat. Lib. 16. Cap. 1.

Terra quædam Bituminoſa alba. An Leucophæi coloris, odore & ſapore Napthæ *Aldrovandi*?

Ceſpes Bituminoſus. Ceſpes Bituminoſus, noſtratibus *a Turf*, Terræ ſuperficies Ligonibus ad id muneris aptatis deraſus eſt, qui exiccatus inter ignis fomenta eſt.

Lignum Foſſile. Inter Foſſilia quoque eſt Lignum nigrum effoſſum, quod apud noſtrates *Black Oak* dicitur. Solidum admodùm eſt.

Apud nos etiam in Præfecturâ *Abredonienſi* reperitur illud, quod Auctoribus Lignum foſſile dicitur.

De eo Librum ſcripſit *Franciſcus Stellutus*, ex quo *Bartholinus* ait illud ex Cretâ naſci, quæ ſenſim in Lignum vertitur, Ignis Subterranei & Aquæ Sulphureæ adminiculo. Pondere ſuo Aquis mergitur. Igni admotum uritur, ſed lentè & tetro fumo. An Argilla potius vel Marga Ligni meatus penetrans Lignum in Lapidem convertit?

Sectio Secunda.

De *Lapidibus*.

CAPUT I.

De *Lapidibus in Genere*.

A Primo Fossilium genere, Mediis nempe Mineralibus, ad secundum, quod Lapidibus dicatum est, transimus.

Per Lapidem autem intelligimus Corpus Fossile, durum, inductile nec in Aquâ Oleove solubile, ex succo lapidescente, in quo spiritus est lapidificus, oriundum. Durum est respectu Salium, Sulphurum & Terrarum, quamvis duritiei certi dentur gradus. Quidam digitis teri possunt, ex partibus tamen constant Arenosis durioribus. Quidam ferro scinduntur, quidam Limâ raduntur, quidam Smiride teruntur, quidam durissimi solo Adamante poliuntur. Nec autem, ut Metalla, malleari & in Laminas se dividi patiuntur; nec, ut Sales aut Terræ, in Aquâ liquescunt. Lapis quid.

Terra in succum adeò subtilem redacta, ut Aquæ mista diaphanitatem ejus non impediat, Gemmis se præbet materiam, accedentibus Salibus & Exhalationibus aliorum Mineralium pinguibus & humidis. Sin verò crassior extiterit, Lapidi vulgari ortum dat. Efficiens proxima est spiritus lapidificus, & vis in primâ Creatione à Deo indita cujusque speciei seminali principio concluſa, quod principium in Naturâ diffusum & dispersum est. Quomodo Lapides gignuntur.

Quidam autem Lapides in Aquis, quidam in Aere, quidam in Igne, quidam in Terrâ, quidam in Animalibus generantur. In Aquis nascuntur plerumque Lapides vel Gemmæ perspicuæ. In Aëre etiam superiori Lapides interdum generantur, dum Exhalatio ex copiosâ materiâ terrestri à Nubium fragore in angustum locum cogitur & induratur. In Igne nostrate Lateres, Vasa coctilia, & Vitra, quæ Gemmas æmulantur. Terra verò Lapidum & Gemmarum feraciſſima est. In Animalibus Aquatilibus, Aëreis & Terrestribus Lapides locum generationis habent. Omnes autem faciliùs & perfectiùs in terrâ molli minutâ & humidâ producuntur, ubi Exhalationes & Aquæ Metallicæ plurimæ sunt: Metalla enim cum Lapidibus magnam affinitatem habere videntur. Locus ub generantur.

Commodissimè dividuntur Lapides in minùs pretiosos & pretiosos. Pretiosi quoque in majores & minores: minùs pretiosi in majores, qui vel duri, vel molles; et minores, de quibus nunc agendum est. Lapidum differentiæ.

CAPUT II.

De *Lapidibus minùs pretiosis majoribus & duris*.

EX his apud nos Saxum, ex quo integri quandoque Montes & Rupes constant, *Rock-Stone*, nostratibus *Whin-Stone*. *Saxum.*

Saxum Arenarium, *Sand-Stone*, quia asperum, & veluti ex Arenis compositum; &, ubi durius, *Free-Stone*, Ædificiis extruendis utile, cujusmodi præstantissimi plurimæ apud nos Mineræ sunt.

Saxum Arenarium rubri coloris, quod ob tincturam Metallicam accidit.

Saxum fissile seu crustosum (quod in Crustas findatur) stratis viis ac tectis utile. Apud nos quædam magnæ amplitudinis, nostratibus *Flag-Stones*, quibus quædam Templa teguntur, & Canales sternuntur & operiuntur. Quædam minora; eaque vel vulgaria, nostratibus *Gray-Sclate*, vel nigri aut cærulei coloris, *Blew Sclate*, or *Scailzie*.

Saxum fissile quoque est tenuius, quod in ignem injectum ardet.

Saxum limosum (quod facilè ab humido solvitur) Marga potius quam Saxum. Agris fœcundandis inservit.

Saxum quoddam prædurum, & vix ullis Ferramentis superabile: de quo siquid vel vi effringitur, vel ruinis collabitur, sulphureum latè odorem expirat. Nigricans est.

Silex, the *Flint-Stone*, durissimum saxi genus est. Ferro pertractatus dissilit. Ex eo, ictu Chalybis, vel alterius Ferri ignis elicitur, quoniam copiâ Sulphuris redundat. Silices invicem attriti scintillas ignis emittunt. *Silex.*

Varii coloris apud nos sunt; Cinerei sc. fusci & rufescentes. Quidam figurati, qualis apud nos memoratur effigie capitis Arietini. Quidam pellucidi, mellei coloris. Ejus variæ species.

Iis viæ sternuntur. Nuperi quidam ex pulvere Silicum & Crystallorum Pastam pro Gemmis factitiis conficiunt. Usus Mechanicus.

Pyrimachus qui colore albo & perspicuo Gemmas quandoque æmulatur, & liquabilis est: unde Metallarii Metallis fusis eum superinjiciunt, ut iis supernatet, ne nimium Metalli in auras evolet. *Pyrimachus.*

Vitrarii ex iis Vitra conficiunt: & ex Pyrimachis quidam, cum ab Artificibus poliuntur, Pseudoadamantes & alii factitii Lapides fiunt, qui splendore cum veris contendunt. Nostrates Pyrimachos *Pebbles* vocant.

Ex Insulâ S. *Columbi* speciosissimi deferuntur albi pellucidi, virides, rubri & varii coloris.

Cos Olearia & Aquatica. Cos, Lapis duris Ferramentis acuendis aptus, *a Whetſtone* : quæ vel Olearia, *a Hone*, quæ Oleo illinitur, ut aciem trahat; vel Aquatica, *a Grindſtone*, quæ in orbem agi ſolet, ut aquam excipiat, quò admotum Ferrum commodiùs terat.

Pyrites. Pyrites. Variæ ejus ſpecies ſunt. Pyrites enim alius friabilis, alius durus; alius Globoſus, alius Cubicus ænei coloris, Teſſeræ ſimilis. Vide Metalla.

Pyrites aliquando admixtum habet Metallum, vel lapidem aut fluores.

Pyrites ferrum in ſe; continens.

Entrochi politiſſimi majoris apud nos Pyrites ænei coloris medulla eſt.

Vires. Calefacit, mundificat, dura emollit, matura reſolvit, Carnis excreſcentiam prohibet.

Lapis Molaris. Lapis Molaris, *a Milſtone*, è ſaxo duriore & craſſiore.

Petrifacta. Petrifacta apud nos : In terræ enim viſceribus facultas quædam eſt, quæ plurima corpora in Saxa convertit : quæ quidem à Succis quibuſdam Mineralibus Aquæ miſtis profluere videtur. Ex iis

Lignum Petrifactum.

Lapis Muſciformis. Concretio quædam de genere Stalagmitis.

CAPUT III.

De Marmoribus.

Marmor. LApides nitore, materiæ æqualitate & duritie excellentes Marmora dicuntur, noſtratibus *Marble*. Lapis inſigniter durus & pulcher, qui, ſi poliatur, ſplendorem ſuſcipit. Politiem admittit ob puritatem materiæ exactè & æqualiter concretæ, & ob æqualitatem iſtam materiæ politus nitorem recipit. Diverſitas ejus ex materiæ diverſitate dependet, præſtantia ex materiæ æqualitate. Varietas Exhalationum, quæ ad Marmoris generationem concurrunt, varios in Marmore colores parit.

Marmorum genera. Varia Marmorum genera apud nos reperiuntur.

Album ſimpliciter.

Album venis cæruleis.

Nigrum ſimpliciter.

Nigrum ſeu obſcuri potiùs coloris, lineis albis.

Marmor nigrum. An Obſidiani ſpecies? Pſeudomarmor potiùs : non enim accedit ad Marmoris duritiem.

Ophites mollius Serpentinum dictum ſimplex : apud nos frequens.

Ophites variegatum.

Marmor Alabaſtrites mollius eſt Marmore. Huic ſimile Alabaſtrum, niſi quod mollius ſit.

Marmor cæruleum an Marmor Granitum cærulei coloris?

Marmor cinereum.

Hujus ſpecies Embuſcata eſt, an Pietra con Figure di Boſchi imperati Boſcago, or *Buſhy Marble*? Ejus Icon habetur in Tabulis. Dendrites Aldrovandi : noſter Lapis mollior eſt.

Marmor rubrum pallidiùs.

Marmor maculis rubris, flavis & cinereis aſperſum.

Marmor maculis rubris & albis, ſuperficie cruſtoſâ ſeu

Marmor cruſtoſum interiore parte variegatum.

Marmora maculoſa aliquando ita variant, ut ſuis maculis & lineamentis figuras Humanas, interdum Brutorum & Plantarum, & quandoque effigies aliarum rerum repreſentent.

Uſus Medicus, & Mechanicus. Aquæ quæ de Marmore fluunt, refrigerant admodùm.

Alabaſtrum album in Dyſentericis commendatur.

Magnus ejus uſus in Ædificiis, ad Statuas & Vaſa Unguentaria fabricandâ.

Lapis niger, quo ſuper Glacicm luditur, noſtratibus *à Curling Stone*.

Lapis ſicut Æs reſonans.

Fluores nitore & ſubſtantiæ æqualitate ad Marmor accedunt. Vide Lapides Metallicos.

CAPUT IV.

De Lapidibus mollioribus.

Lapis Calcarius. LApis Calcarius Marmoris ſpecies. Ex omni Marmore Calx conficitur.

Lapis Calcarius à Calce, quæ ex illo paratur, nomen habet. Varii apud nos ſunt coloris : ſed omnes Marmora eſſe videntur. Inter alios unus eſt Pectinum & Pectunculorum & Chamarum figuris ſignatus.

Ex Lapide Stalactite quoque optima Calx conficitur, ex eo præſertim, qui in Speluncâ de *Slanis* deſtillat.

Uſus Medicus. Calx urit, diſcutit & ſerpentia Ulcera coërcet. Vulgus Calce vivâ pro Cauterio Potentiali utitur. Quidam ei Saponem permiſcent.

Aqua Calcis ad Fiſtulas uſurpatur, multoſque alios uſus Medicos habet.

Quidam cum Sale Ammoniaco parant pro rubedine oculorum.

Ex Calce cum Aceto extinctâ ter lotâ cum Oleo Roſarum Linimentum pro Ambuſtis utiliſſimum paratur.

Lapis

Lapis ex multis Tubulis ad extrema inſtar extremitatum Junci ſciſſarum. Foſſile quoddam nigrum eſt Calamites dictum, in Calcarii Lapidis Minerâ repertum. Conſtare videtur ex plurimis quaſi Tubulis ſolidis mollioribus & ad extrema albicantibus. *Calamites.*

Gypſum Calci cognatum, & ejus Venæ per Saxa Calcaria vagantur. Noſtrum candidum eſt, opacum & mollius, ita friabile, ut digitis facilè in pulverem reducatur. Natura ejus frigida & ſicca eſt, & vim conglutinandi & conſtringendi poſſidet, &, ob Emplaſticam facultatem, Medicamentis adverſus ſanguinis eruptionem valentibus commiſcetur. *Gypſum.* Uſus Medicus & Mechanicus.

Fabris Murariis ad fabricas Ædificiorum in uſu eſt. Purius ad fabricam Statuarum confert.

Lapis mollis Margæ ſimilis, qui noſtratibus *Cameſtane* dicitur. *Lapis Margæ ſimilis.*

Pumex durus licet ſit, tamen ob inſignem ejus raritatem Aquæ ſupernatat. Varii apud nos ſunt nigri coloris. *Pumex.*

Plinius ei tribuit virtutem extenuandi & exiccandi, dummodo tertiam uſtionem paſſus fuerit. Pulvis Medicamentis Ophthalmicis permiſcetur, in Dentifriciis quoque commendatur. Uſus Medicus, & Mechanicus.

Tam viris quàm fœminis olim in uſu erat ad corpora læviganda.

Lapis Poroſus Inſulæ *Baſſæ* Boethii. *Lapis poroſus.*

Tophus Lapis mollis eſt, ideoque ob mollitiem fragilis, item ſcaber, rarus: foraminibus atque meatibus patentibus refertus. Albus plerumque eſt, aut terreſtris ei color. *Tophus.*

Stalactites. Ex aquâ guttatim ſtillante concretius inſtar ſtriarium.

Stalagmites. Ex aquâ quoque concretus latior: rotundus quandoque. *Stalactites, Stalagmites.*

Talcum Lapis, materia pellucida eſt tenuiſſimis foliis compacta. Ejus Laminæ flexiles ſunt. Reperitur apud nos ferrei coloris. *Talcum.*

Lapis quidam apud nos invenitur cinereus ex multis quaſi Laminis arctè junctis coagmentatus, qui interiùs nitens & pellucidus eſt an Talci ſpecies?

Pulvis crocei coloris,
argentei,
purpurei,
viridis coloris, ſplendens, ad tactum mollis.

Nobis Talcoïdes videtur.

Talcum adſtringit. A quibuſdam in Dyſentericis infuſum commendatur. Uſus Medicus, & Mechanicus.

Chymiſtæ hujus pulvere ære permixto illud album, ad inſtar argenti, reddunt.

Lapis Schiſtus Laminas habet tenues invicem hærentes, ſplendentes. Noſter ad albedinem inclinat Auctores pares facultates Schiſto cum Hæmatite attribuunt. *Lapis Schiſtus.*

CAPUT V.

De minoribus Lapidibus.

MAgnes ferrei coloris Lapis eſt. Huic à naturâ inſitum eſt, ut Ferrum trahat, & ſemper ad Septentrionem ſe vertat. Ferro ad ſe rapto vim ſuam ita impertitur, ut aliud Ferrum ad ſe trahat & ſuſpenſum teneat. *Magnes.*

In Rupe Arcis *Britannodunenſis* ejus Minera traditur eſſe. Hinc ſanè eſt, quod appellentium Navium Acus Magneticæ ſiſtuntur, Robuſtior eſt Magnes in hoc Opere è profundiori Venâ effoſſus.

Hæmatitæ modo adſtringere dicitur. Uſus

Lapis in *Argatheliâ*, qui ſtramini aut ſtipulæ ſubſtratus ea, præ ardore quem concipit, in cineres conſumit. Hoc ab Hiſtoricis aſſeritur, ſed de eo nihil adhuc certi compertum eſt. *Lapis Argatheliæ.*

Entrochus ſeu Trochites. Trochites Lapis à rotunditate nomen habet. In eo ex amplâ baſi certæ lineæ ſeu radii diſcurrunt cum lævore medium lapidem, ut ſtriatus appareat: quare cum Lapide *Judaico* affinitatem habet. Entrochus verò nominatur, quaſi intus habens rotam, quandoquidem ex Trochitis nondum ſeparatis integratur, & ex binis, ternis, imò pluribus conſtat, cùm viceni interdum copulati inveniantur. De Trochite ſeparatus effigiem Rotarum repræſentat. Pars ejus rotunda levis eſt, utraque verò plana habet Modiolum, à quo Radii eminentes ad extimam orbis partem ita procedunt, ut inter illos ſtriæ fiant. Fractus nitet & levis eſt, ut Lapis *Judaicus*. In Entrocho autem Trochitæ invicem ſuperpoſiti ita eleganter conjunguntur, ut aliquo artificio copulati eſſe videantur: nam Radii unius alterius ſtriis inſeruntur, veluti in commiſſuris Humani Cranii conſpicari licet. In Aceto poſitus, inſtar Aſtroitæ, bullas attollit. Et quidam etiam tradunt obſervatum eſſe de loco moveri. *Entrochus ſeu Trochites.*

Variæ ejus ſpecies apud nos occurrunt.

Cinereus, qui minimus, in Mineris Calcariis frequens. Entrochi variæ ſpecies.

Lapis cum Entrochis Cinereis variæ magnitudinis, ibidem repertus.

Entrochus Nigricans ex plurimis columnis ſimul junctis conſtans, ibidem quoque repertus.

Entrochus maximus pulcherrimus digitum latus & craſſus, & duos pollices longus, pro medullâ Pyritem ænei coloris habens. Entrochus hic maximus triplici ſubſtantiâ conſtat. Extima (quæ velut Cortex eſt) albicans eſt, ſuperficie levi. In lateribus quædam ſubſtantia fuſci & obſcuri coloris aſpera quoque adhæret. Quâ hac ſubſtantiâ libera eſt, lineis rotundis ad intervallum nunc magis, nunc minùs in ambitu diſtinguitur ad commiſſuras Trochorum, adeo ut ex viginti quatuor Trochis hic Lapis conſtet.

Subſtantia media fuſci coloris eſt extimâ craſſior, ſummi quoque lævoris, ut Marmor politum nitore ſuo referat. Intima, ſive Medulla, unâ extremitate Pyrites coloris æneï eſt, alterâ ſubſtantia Morochtho ſimilis eſt.

Uſus Medicus. Cùm Trochites & Entrochus maximam cum Lapide *Judaico* affinitatem habeant, ut *Georgius Agricola* teſtatur, hic pariter tritus & cum Aquâ calidâ datus difficultati Urinæ medebitur, nec non Calculos Renum & Veſicæ franget. *Aldrovandus.*

Sed cùm noſtri in Mineris Lapidis Calcarii reperiantur, meritò ſuſpectus eſt eorum uſus, ne coagulati rurſus in Lapides abeant.

Hæmatites. Hæmatites in *Scotiâ* reperitur. Attritus ad Cotem ſuccum ſanguini ſimilem reddere dicitur. *Cæſalpinus* in eo proprietatem quandam, licet obſcuram, trahendi Ferrum obſervavit. Quidam exteriùs nigricat. In Metallis Ferrariis, ſæpiùs autem in propriis Mineris Hæmatites invenitur. In quocunque autem loco naſcitur, ibidem quoque Saxa rubra & Terra ejuſdem coloris obſervantur.

Uſus Medicus & Mechanicus. Vi adſtrictoriâ pollet, & in ſanguinis rejectione eximii uſûs eſt. Metellarii eum in Ferrum excoquunt. Pictoribus in uſum venit.

Smiris. Smiris duriſſimus quidam Hæmatites videtur: ad Cotem enim Aquariam aliquem ſuccum ſanguineum reddere dicitur. Lapis autem Ferrugineus eſt, ad nigredinem vergens, aſper & indomitus, omnia atterens, maximæ duritiei. Ei congener Lapis apud nos reperitur.

Uſus Mechanicus. Eo Gemmarii Gemmas ſuas purgant & detergunt.

Morochthus, & ejus Uſus Medicus. Morochthus ſi ad Cotem affricetur, locum dealbat. Subviridis noſter eſt, citra mordacitatem exicat. Quidam propterea Opthalmicis præſidiis permiſcent. A *Dioſcoride* in excreantibus ſanguinem commendatur. Deſtillationes ſupprimit. Mollior præfertur.

Ætites. Ætites. Lapis prægnans eſt, quoniam in cavitate, tanquam in utero, alium Lapidem complectitur, & ſonitu dignoſcitur: lapillus enim in ejus cavitate ſonitum edit. Quandoque Terrâ & Argillâ prægnans eſt, & tunc Geodes dicitur; aliquando lapillis, ut plurimi apud nos ſunt Cryſtallis prægnantes. Sed Cryſtalla illa Lapidis lateribus adhærent, & cavitatem in medio relinquunt; &, propterea quòd ſint fixa, non edunt ſonum.

Uſus Medicus. Lapis prægnans ingens rubri coloris cum Cryſtallis in cavitate in Lapidicinâ repertus.

Ætites Mulieribus prægnantibus prodeſſe traditur. Pulvis ad Dyſenterias malignas commendatur.

Globulus Lapideus. Globulus lapideus albis & nigris maculis ſplendentibus notatus.

Lapis Lazuli. Uſus Medicus & Mechanicus. Lapis Lazuli cærulei coloris aliquando aureis guttis conſperſus apparet, aliquando maculæ ex Pyrite ſunt juxta materiam, cui Lapis Lazuli adnaſcitur.

Varias Compoſitiones Medicas ingreditur: Humores enim aduſtos & melancholicos purgat.

Pictores quoque ex eo pulcherrimum colorem conficiunt.

CAPUT VI.

De Lapidibus ex Animalibus deſumptis.

Lapides in Humano corpore. IN Animalibus varii Lapides reperiuntur. Primò enim Lapides in omnibus ferè corporis humani partibus præter naturam generari poſſe experientiâ conſtat.

Lapis è Fellis Veſicâ extractus primùm diaphanes erat, nunc opacus evaſit. Sæpiùs minores Lapides ibidem reperiuntur.

Ex Inteſtinis emiſſus eſt Lapis poſt magnos cruciatus in Ventre, qui Fungoſus dici poteſt, quòd tactu & aſpectu Fungum referat: Lapideæ tamen duritei, & in quo quædam particulæ ſunt, qui Silicem tum colore tum ſubſtantiâ referant. Ejus Icon in Tabulis noſtris habetur.

Fungoſi iſti Lapides quandoque ſubſtantiam quandam referunt ex pilis arctiſſimè compactis conſtantem. Ejus quoque Icon in Tabulis noſtris habetur.

Lapides Renum quandoque enormis magnitudinis ſunt.

In Veſicâ quoque aliquando maximi Lapides reperiuntur.

Quibuſdam etiam è noſtratibus in Abſceſſibus Lapides geniti ſunt.

Lapides in capitibus Cancrorum. In capitibus Cancrorum Lapides generantur multi uſûs in Medicinâ.

Bufonites. Bufonites noſter foſſilis eſſe videtur.

Lapis Limacis nudi. Lapis in Limace nudo repertus.

Lapis Percarum. Lapis Percarum.

Tophus Juvenci. Tophus Juvenci.

Alectorius. Alectorius, qui in Ventriculo Caponis aut Galli decrepiti nonnunquam invenitur.

Lapis Capreolî. Lapis ex Capreolo deſumptus.

CAPUT VII.

De Lapidibus minùs pretioſis variarum figurarum Naturalia & Artificialia referentibus.

QUod de Mari habet *Plinius*, Naturam in eo non ſolùm Animalium ſimulacra procreaſſe, ſed „etiam Stellarum & rerum Artificialium, nihilque ferè in Terris conſpici quod in Marinis un„dis non reperiatur: Hoc idem de Lapidibus applicare poterimus, cùm Natura in illis prædicta

cta omnia repræsentare nitatur. In iis enim mirè ludit Natura, ut quibus vitam & motum infimus ille gradus denegaverit, figuram saltem eorum, qui superioris gradus sunt, impertiret. Hinc omnes boni Geometræ partes explevit, dum non tantùm superficies eorum punctis, lineis atque omni figurarum genere insignivit; sed & solida Corpora omni Polygonorum genere adornata exhibuit. Neque hic cjusdem stetit industria, sed altiùs assurgens sua in Gemmato Regno Cœlorum finxit Tentoria, quæ & Sole, Lunâ, Stellis miro ordine vestivit. Deinde ad Opticam progressa Flumina, Sylvas, Prata, Montes, Maria, ad exactam Prospectivæ amussim, in multis Lapidibus depinxit. Pictoriam deinde Sculptoriamque Artem complexa, quicquid in rerum naturâ sensibus obvium fit, delineavit. In nonnullis quoque Figurarum varietatem mirâ quadam extititii operis sculpturâ lusit. Rosas certè (ut videre est apud Kircherum, ubi agit de variis figuris, formis & imaginibus, quibus Natura Lapides & Gemmas instruxit) in Entrocho delineat, in Crystallis Muscum. Animalia quoque Volucria, Quadrupeda, Natatilia & Insecta; imò Hominis etiam nobilissimam formam in Lapidibus depingit. Inter hos Lapides figuratos sunt apud nos.

Kircher. Mund. Subter. Lib. 8. Sect. 1. Cap. 8.

Lapis Cordis figurâ. *Lapis Cordis figura.*

Pectunculites. *Pectunculites.*

Lapis Echinites apud nos reperitur, qui Echini Marini figuram ostendit. Lapis rotundus est & fastigiatus, communiter radiis insignitus. Testam Echini spinis spoliatam perbenè imitatur. *Echinites.*

Lapis Entrochus instar Instrumenti ferrei, quod Cochlea dicitur. *Cochleiformis.*

Lapis Caput Arietinum referens. Silex est Margâ obsitus Arietis caput referens. *Caput Arietinum referens.*

Lapis figuræ Cylindriacæ. *Cylindriacus.*

Lapis Lanceæ Cuspidem referens. An Belemnites? Cujus genus est, quod nostratibus the *Elf-Arrow* dicitur. Est hic Silicis species, qui duplex apud nos reperitur. Unus instar Cuspidis Lanceæ; sc. Silex Venabuli ferreum cuspidem exactè referens *Wormii*: alter Anchorites, quòd Anchoræ partem, quæ humo infigitur, referat. *Belemnites. Sagittæ Lamiarum.*

Noster Belemnites Lapis formâ est tereti, ex amplâ radice in tenuem aciem desinens. A quibusdam in Lithiasi commendatur.

Ad hunc locum spectant Lapides, qui nostratibus Sagittæ Lamiarum dicuntur, quorum historiam habet doctissimus Dominus de *Straloch* in Descriptione Præfecturæ *Abredonien sis*. Proinde eam ejus verbis apponam.

„ Nequeo mihi temperare, quin describam Lapilli genus, his locis quasi peculiare, nulli Scriptori „ hactenus agnitum aut memoratum. Lapillus hic neque pretiosus, neque pellucidus. Materia huic „ durissima atque fragillima Silex, cujus hic plus satis est. Lapilli hi Artem referunt, sed qualem ex „ tam fragili materiâ nemo Artifex assequatur. Duabus formis reperiuntur: una hamato telo persimi„ lis, in tria distincta capita desinens, trigonâ figurâ; altera species Venabuli ferrum planè refert, omnes „ magnitudine, sicut & colore, variæ Silicem, unde sunt, imitantes. Longitudo duûm, aut unius, „ aut dimidiati pollicis; crassities ad duorum, aut unius, frumenti granorum accedit. Totus asper, „ impolitus. Manent tanquam Ferramentorum vestigia, quæ lævigari desiderent; at latere omnia acu„ ta. Solo hoc Lapilli hi mirandi, quòd casu aliquando in agris, in publicis tritisque viis reperiantur, „ nunquam autem vestigando inveniantur. Hodie fortasse reperies, ubi heri nihil; item à meridie, ubi „ horis antemeridianis omnia vacua: & hæc, ut plurimùm, sudo cœlo, æstivis diebus Retulit mihi „ vir probus & fide dignus, Sibi equo iter agenti in summâ Ocreâ unum repertum. Idem contigisse scio „ fœminæ equo vectæ, quæ unum è sinu vestis deprompsit. Hos Vulgus patrio sermone *Elf-Arrow-* „ *heads* vocant, Si *Latinè* interpreteris, ferreas Sagittarum cuspides, quibus Lamiæ sagittant, sonat: „ Faunos enim Lamiasque, & id genus spirituum *Elfs* vocant. De his harumque apud hos sagittandi „ usu ea fabulantur, multique credunt, quæ chartis dare ineptum esset.

Verisimile est Lapidem hunc Arte factum esse: illa enim asperitas superficiei Ferramenti fingentis quoddam quasi vestigium est, & similis Lapidis Icon apud *Aldrovandum* occurrit sub hoc titulo *Lapis Sagittarius*, quo *Romani* pro Sagittis utebantur. Atque ejus fabricandi modum nostrates didicisse par est *a Romanis*: formâ tamen differunt parùm noster & ille *Romanorum*.

Musculites vel Myites apud nos varius, major & minor. *Myites.*

Pectinites quoque varius. *Pectinites.*

Lapis Mammosus Mammam referens. *Lapis Mammosus.*

Lapis Nucem Juglandem exiccatum formâ referens. *Juglandem referens.*

Lapis varii generis Conchas referens. *Conchas referens.*

Pyrimachus instar pruni. *Prunum referens.*

Ceraunias Lapis à figurâ Fulminis nomen habet. Longus Lapis est, substantiâ Silici similis: Malleum, vel Cuneum, vel Securim repræsentat; foramen habet exactè rotundum, ponderosus est. Huic congener Lapis quidam oblongus niger, cum albis maculis, in medio perforatus, ad flumen repertus. *Ceraunias.*

Glossopetra serrata albicans in Littore reperta substantiæ ficcissimæ est, & contra putredinem & verminationem prædicatur ejus vis. *Glossopetra.*

Lapis Variolarum durissimæ substantiæ est, & in colore viridi plerumque nigrescit, superficie juxta unam partem iconibus genuinis Variolarum refertâ, juxta alteram partem confusas habet. In quibusdam Lapidibus Variolæ eminentes, in nostrate depressæ apparent. *Lapis Variolarum.*

Quidam ad Variolarum affectum eum commendant de collo suspensum. *Usus Medicus.*

Ostracomorphos quoque Lapis apud nos reperitur, qui varias figuras Ostrearum et Chamarum repræsentat: cujus figuram egregiam apud *Aldrovandum* videre est. *Ostracomorphos.*

Lapis Conchæ hirſutæ æmulus. Ut et ille, qui eidem *Aldrovando* dicitur Lapis Foſſilis Conchæ craſſæ Teſt & Hirſutæ æmulus, niſi quòd noſter lineis tranſverſis careat. Muſæi Metallici Lib. 4.

Orchites. Orchites quoque *Aldrovandi* apud nos reperitur, qui ſimul copulatis Globis duobus conſtans Teſtium formam exhibet.

Sandalites. Sandalites etiam, qui ſoleam pro pede humano refert.

Stelechites. Stelechites variæ formæ reperiuntur, inter quas Stelechites Pyramidalis Glaciei ſtiriam imitans.

Lapis Caſeiformis. Lapis Caſeiformis, rotundus eſt et compreſſus, fuſci autem coloris ad rubedinem vergentis.

CAPUT VIII.

De Lapidibus pretioſis ſeu Gemmis.

LApides prætioſi quidam pellucidi, qui Gemmæ dicuntur, quidam opaci. Utrique ſuas Virtutes ex ſuccis Mineralibus, quibus tincti ſunt, ſortiuntur: nam fluidæ primùm ſubſtantiæ facilè ſuccis Mineralibus allabentibus tinguntur.

Lapides hi majores & minores.

Ex majoribus apud nos

Jaſpis. Jaſpis, ſanguinis inſtar, per totum corpus rubet. Ab effectu Lapis Sanguinalis, the *Blood-ſtone* dicitur, quoniam ſanguinem à quacunque humani corporis parte manantem cohibet.

Ruber apud nos reperitur.

Viridis quoque, &

Variegatus ex rubro & viridi.

Uſus Medicus & Mechanicus. In Medicinâ pro ſanguinis fluxu ſiſtendo geſtatur.

Varia quoque ex eo elaborantur.

Achates. Achates, the *Agate*, Gemma durior eſt, & exactam polituram admittit. Variis coloribus inſignitur. In eo Animantium & Vegetabilium Icones quandoque obſervantur. Achates partim pallescentis, partim rubeſcentis coloris. Uſus Medicus &

Achates cruce ſignatus.

Achates globoſus continens in ſe Cryſtalla ſexangula, Ætitæ ſpecies.

Mechanicus. Quidam adverſus Venena commendant; nec non in curandis Aranearum & Viperarum ictibus.

Corollæ & Armillæ ex eo parantur.

Sardius, ſive Corneolus. Sardius, qui etiam Corneolus, noſtratibus the *Cornelian* dicitur, Lapis ſemiopacus eſt, & carnem ſuo colore ſimulat. Matrix Amethyſti eſſe creditur quibuſdam.

Uſus Medicus & Mechanicus. Adverſus Venena valere dicitur. Pulvis cum vino auſtero exhibitus ſanguinem undiquaque fluentem coërcet. Pulvis ad Dentitricia commendatur.

Aqud Antiquos in frequenti uſu Sigillorum fuiſſe *Plinius* refert, cùm nihil ceræ in Signo retineat, ob quam rationem etiam hodie ad hunc uſum uſurpatur. Ad alias quoque Cælaturas expetitur.

Cryſtallum. Cryſtallum, ut plurimùm, angularem, & præſertim hexagonam figuram nanciſcitur. Imò anguli Cryſtalli in cuſpidem deſinentes ita eleganter flectuntur in latus prope mucronem, ut Artifex vix tales imitari poſſit.

Cryſtallum à naturâ plerumque producitur cum feſtucis, atomis, nebulis, ferruginibus, &c. Quando perſpicuum eſt, Cryſtallum nuncupatur.

Ejus varia genera. Varia ejus genera apud nos occurrunt.

Cryſtallum fuſci coloris & rufeſcentis.

Cryſtallum nigrum. An Lapis Alabandicus Aldrovandi? cui color ex ruſſo nigricat. Perſpicuus eſt, adinſtar ignis. Congener ſanè Lapis noſter, ob quaſdam ex hiſce notis Alabandico videtur.

An verò Cryſtallum nigrum noſtrum illud eſt, quod *Agricolæ* Morion dicitur, fluoris genus, ut ille habet? Sola ex nigris Gemmis tranſlucet. Color ei nigerrimus, & Pramnion vocatur, aut cum nigro mixtus. Eſt alius color, ut in noſtrâ, Carbunculi, cujus radix videtur eſſe & ex craſſiore ſucco, qui ſubſidit, fieri. Noſtrâ figurâ, ut Cryſtallum, ſexangula eſt, & non aliter quàm Cryſtallum ſculpitur.

Cryſtallum montanum maximè pellucidum.

Apud nos quoque reperitur ea Cryſtalli ſpecies, quæ Iris dicitur, Lapis ſc. ſexangulus, qui, quando Radios Solares excipit, Arcum Cœleſti ſimilem jacit in Parietem. Noſter ſaltem Soli expoſitus Iridis colores promit.

Cryſtallum album.

Cryſtallum rubrum.

Minera Cryſtalli.

Minera Plumbea, unde Cryſtalla, tanquam fluores, egrediuntur albidiora.

Cryſtallum, in cujus latiore parte muſcoſi quiddam apparet.

Uſus Medicus. Pila ex Cryſtallo, ob frigiditatem, linguæ febricitantium ſupponitur, ut ſitis tollatur. Pulvis utiliter ad Dentifricia uſurpatur. Pulvis Cryſtalli adverſus Epilepſiam commendatur, in Syncope quoque probatur, Pulvis in Vino propinatus Dyſenteriam coërcet & albos Uteri Fluores cohibet, & Fluxum Cœliacum compeſcit, Calculos frangit & illos cum Arenulis per Urinam expellit. Copiam quoque Lactis Nutricibus datum augere dicitur. Cum Oleo Amygdalarum dulcium exhibitus Pulvis Cryſtalli curat eos qui Argentum ſublimatum hauſerunt.

Olim

Olim Crystallum Radiis Solaribus apponebant, & ignem Crystallo correptum foliis aridis excipiebant. Hodie ex Crystallo Lentem convexam formant, quæ ad Radios Solares maximâ violentiâ ignem accendit, & magis quàm Speculum concavum operatur, quandoquidem Plumbum liquefacit & Metalla ignita reddit. Vasa quoque quædam ex Crystallo fiunt. Crystalla dura à Gemmariis ad modum Adamantis scalpuntur, & Berylli nomine venduntur. *Usus Mechanicus.*

Ex Crystallo Vitrarii Smaltum cujuscunque coloris fabricant, deinde Gemmas, tincto Crystallo, cujuscunque fuerint coloris similant.

Amethystus ad colorem Vini accedens in colorem Violæ terminatur. In Sardâ Gemmâ, tanquam in Matrice nascitur. Triplici colore perfecta radiat, roseo sc. violaceo & purpureo. *Amethystus.*

Pulcherrimi quidam in *Scotiâ* reperiuntur, qui politi cum optimis aliarum Regionum contendunt.

Ex minoribus

Adamantes Lapidi rubro ponderoso adnati, quorum alii albicant, alii nigrescunt, alii pallescunt: alii hexagoni, & alii globosi; qui majore duritiâ referti observantur. *Adamas.*

Adamantes in *Scotiâ* reperiri mihi à viris fide dignis relatum est. Certè Adamas emergit ex succo illi non valdè dissimili, ex quo Crystallum generari solet. Summam duritiem huic Lapidi Natura ingenuit & nitorem admodùm vivacem, præ quo Crystalli splendor languescit. Quidam ei attribuunt, ut attritu calefactus, instar Electri, festucas attrahat. Adamas diaphanes & radians, alicujus insignis magnitudinis, cariùs quàm alia Gemma constat. Quidam Adamantes nigricantis coloris.

Adamantis vis in Calculo confringendo prædicatur. *Usus Medicus & Mechanicus.*

Ornamenti gratiâ gestatur. Ejus scobe aliæ Gemmæ scalpuntur.

Rubinum quoque in *Scotiâ* reperiri ferunt. *Rubinus.*

Carbunculo nomen, quòd fulgorem suum ad modum Carbonis ardentis ejaculetur, idque in tenebris etiam. Hunc reperiri tradunt in *Ilâ* ex *Æbudibus* Insulis unâ. In aliis quoque locis fulgor apparens in Rupibus à Carbunculo fluere creditur. *Carbunculus.*

Auctores ejusdem Lapidis species tantùm diversas Rubinum & Carbunculum facere videntur.

Granatus, licet obscuriot, ad hos reducitur. *Granatus.*

Iis Venena profligari, & Aërem etiam pestilentem emendari tradunt quidam. *Eorundem Vires.*

Hyacinthus in colore quoque rubescit, & flammas ignis quodammodo æmulatur: ideoque à nonnullis ad genera Carbunculi reducitur. In eo colorum cærulei, violacei & purpurei quædam mixtura est. In *Scotiâ* reperiri relatum est. *Hyacinthus.*

Hujus virtus in expugnando Toxico prædicatur. Spiritus etiam vitales roborare dicitur. *Usus Medicus.*

Topazio aureus est color. Ad Chrysolithos Veterum reducendus. Color Aquæ similis est, in quâ Crocus vel Rhabarbarum dissoluta fuerint. In Boreali Plagâ *Scotiæ* reperiri mihi relatum est. *Topazius.*

Facultatem vitalem roborare dicitur. Sanguinis etiam profluvia coërcere traditur. Multùm quoque in Affectibus Pestilentibus commendatur. *Usus Medicus.*

Bufonius Lapis. *Bufonius Lapis.*

Beryllus. *Beryllus.*

Ostendit mihi Vir reverendus rerum naturalium curiosus scrutator Lapidem politissimum rotundum in *Tuedâ* repertum, quem Beryllum dicebat. Instar Crystalli nitidissimi erat. *Aldrovando* autem Beryllus Gemma est, quæ colorem exhibere videtur, qualis Aquæ Maris color. *Alberto* tamen *Magno* Beryllus candidus est, & ad instar Aquæ perspicuus. Adeò ut incerti simus, quid de Beryllo sit statuendum, apud nos reperiatur necne.

Margaritæ. *Margaritæ.*

Oculus Mundi. *Oculus Mundi.*

Gagates. An Bitumen potius? *Gagates.*

Optimè autem de Gemmis pronunciavit *Boëthius*, quòd illæ

Consol. Phil. Lib. 3. Met. 10.

Illustrant aciem, magisque cæcos
In suas condunt animos tenebras.
Hoc quicquid placet, excitatque mentes;
Infimis tellus aluit cavernis.
Splendor, quo regitur vigetque cœlum,
Vitat obscuras animæ ruinas.

Appendix ad præcedentem Sectionem de Lapidibus.

Lapis Pholadis Saxum est, cui à naturâ Pholadis Animalculi nomen imponitur, quoniam in eo latibulatur. Pholades enim Animalcula sunt Testacea Bivalvia, ita nuncupata, quia semper delitescunt. Harum Icones in Tabulis exhibuimus. *Lapis Pholadis.*

Foramina habet hoc Saxum plurima rotunda, quædam majora, quædam minora, in quibus Pholades conspiciuntur. Apud nos reperitur in novo Portu Comitis de *Wintoun* prope *Setonium* oppidum.

Sectio Tertia.

De Metallis.

CAPTT I.

De Metallis in genere.

Metallum quid. METallum corpus fuſile eſt, durum, fuſile, quod in ſuâ naturâ conſiſtens Malleo in omnem partem extenditur & dilatatur.

Metalla unde generantur. Metalla quæque ex proprio ſeminio à Deo creato generantur, quod fruſtra imitantur in Terræ ſuperficie Chymiſtæ, cum illa non niſi ex propriis ſeminibus, idque in propriis Matricibus in Terræ ſinu fiant.

Metalla quot ſunt. Metalla propriè dicta ſex ſunt; Aurum, Argentum, Æs, Ferrum, Plumbum, Stannum; quibus quidam Hydrargyrum addunt, cui tamen deſunt aliquæ Metalli conditiones. Chalybem autem ad Ferrum reducunt, ſicut Aurichalcum ad Æs: Æs enim tinctum eſt. Quidam Antimonium etiam addunt, atque Metalla ſic dividunt.

Metallorum differentiæ. Metalla quædam ſunt dura, quædam liquida.

Liquidum eſt Argentum vivum.

Dura ſunt vel pura, vel impura.

Pura: ut Aurum, Argentum.

Impura vel duriora, vel molliora.

Duriora; ut Æs & Ferrum.

Molliora ſunt Plumbum, Stannum & Stibium.

Metallorum ſigna. Signa Metallorum latentium ſunt Lapides et Glebæ Terræ juſto graviores, præſertim ſi Sulphureum odorem de ſe ſpargant. Color quoque indicat Metalla latentia: viridis enim color ab Ære, niger ab Argento & Auro, lividus à Plumbo et Ferro, luridus à Chalcantho, cinereus et obſcurus à Sulphure. Rimæ quoque in Montibus obſervatæ ærcs Metallorum halitus notare ſolent, ob quos quoque fit, ut Pruina et Nix in iis locis non duret. Certiſſima ſigna præbent Ramenta quædam Metallica à Torrentibus deraſa.

CAPUT II.

De Metallis in ſpecie.

EX Metallis perfectis apud nos ſunt

Aurum. Aurum, quod puriſſimum in variis *Scotiæ* noſtræ locis reperitur, & quidem apyron quandoque, quod nullum ignem eſt expertum. Et non tantùm ramenta, quæ frequenter inveniuntur, ſed aliquando fruſta, quæ Uncias aliquot pendent. Ego autem ipſe vidi Auri fruſtum duas drachmas cum dimidiâ pendens in *Crafordiæ* teſquis inventum.

Certè *Britanniæ* Colles Auro fertiles *Strabo* celebrabat.

Uſus Medicus. Aurum ad Medicinæ uſum præfertur, quòd naturâ ſuâ ſtatim purum eſt. Valet ad robur naturæ & Ventriculum exolutum reficit, Venenis reſiſtit. Auri ſcobs Scabici & Lepræ plurimùm prodeſt, Elephantiaſin arcet; illis medetur, qui ab Argento vivo vel intrinſecùs ſumpto, vel extrinſecùs applicato læſi fuerint. Folia Auri Ulceri impoſita carnem ſine morſu exedere dicuntur. In Cauteriis Actualibus præſtat cæteris Metallis.

Uſus Mechanicus. Pictores, deficiente Cærulco tranſmarino, laminas Aureas ſupra Ollam Aceto plenam ſuſpendunt: nam tunc Aurum Cyaneum colorem amæniſſimum ſpargit, quod prædicto libentiſſimè præferunt. Utuntur etiam Auro ſoluto, dum limaturam Auri triduo mergunt in ſucco à foliis Juniperi expreſſo: etenim hoc temporis ſpatio Aurum inſtar Aquæ ſolvitur, quæ in ſubſtantiâ Aurum æmulatur. Hac miſturâ Pictores ad figuras & literas aureas delineandas uti ſolent.

Aurum certè aliis omnibus Metallis præſtat;

—— Uni quoniam nil deperit Auro
Igne, velut ſolum conſumit nulla vetuſtas,
Ac neque rubigo aut ærugo conficit ulla.

Argentum. Argentum proximum ab Auro bonitatis locum occupat, & quemadmodum Pyritæ aureo colore aſperſi Venas Aureas, ita albicantes minutis maculati granis Venas Argenteas indicare ſolent.

Ejus Minera varia eſt, nunc rubra, nunc alba. *The Sparr* dicitur.

Uſus Medicus & Mechanicus. Medici ejus ſcobe utuntur, quòd tremori & palpitationi cordis opituletur, et Cerebrum roborare videatur.

Quomodo Pictoribus in uſum cedat, videre eſt apud *Aldrovandum*. Optimæ Tubæ præliares ex eo conficiuntur, ob Metalli tinnitum.

Ex imperfectis

Æs. Æs ſeu Cuprum variis in locis apud nos reperitur.

Chryſocolla, Ærugo & Pyritæ æroſi certiſſimum Venæ Ærariæ indicium præbent.

Æris

Æris Vena Chrysocollâ & Cærulco tincta apud *Airthry*.

Minera Æris & Plumbi mixta.

Æris ferax Pyrites aurei coloris.

Æris Vena in Marmore & Pyrite.

Æs ustum adstringit, siccat, reprimit, absumit. Usus Medicus & Mechanicus.

Pictoribus quoque varios usus præbet: nam tum Cæruleum commune, tum color viridis ex eo conficiuntur.

Ferrum.

Ferri Minera varia apud nos est.

Minera Ferri nigricans valdè ponderosa.

Minera quædam Ferri durissima, instar Chalybis, splendens.

Minera Ferri rubra cum Armaturâ albâ.

Minera Ferri obscurè rubens cum Armaturâ, Cordis effigie.

Ferrum refrigerat, adstringit, siccat, digerit Scirrhos. Vinum, aut Aqua, in quâ candens Ferrum sit restinctum, potu Dysentericis auxiliatur. Scobs in Cachecticis valet. Balneum ex scoriis tumores pedum œdematosos resolvit, Articulos roborat. Usus Medicus & Mechanicus.

Ex Ferro Instrumenta ad plurimas Artes conficiuntur.

Plumbum.

Plumbum veteres in album & nigrum distinxerunt. Album Κασσίτερον, hoc est, Stannum dixere; nigrum, nostrum commune.

Plumbum quandoque purum reperitur, cujusmodi massam ingentem vidi, quæ in Mineris Plumbariis D. *Joannis Hope* de *Hoptoun* inventa fuit, cui deportandæ non pauciores quàm octo Equi sufficiebant.

Plumbum sæpe in Fluoribus albis à nostratibus *Sparrs* dictis invenitur, aliquando cum Minerâ Crystalli, cujusmodi Massæ ex Mineris Marchionis de *Queensberry* summi *Scotiæ* Thesaurarii erutæ Icon in Tabulis nostris habetur.

Variæ apud nos Plumbi Mineræ sunt; scilicet

Minera Plumbi flavi coloris.

Minera Plumbi, in quâ Cuprum est.

Minera Plumbi splendens.

Plumbum refrigerat admodum & adstringit. Lamina Plumbea lumbis instrata genituræ fluorem per insomnia prohibet, & Ganglium dissipat. Usus Medicus.

Plumbum ustum mistas habet vires; refrigerat, siccat, attenuat. Ulcera rebellia Cancrosa carne implet, ac Cicatrice tegit.

Plumbi recrementum pars est terrea & lapidosa Venæ Plumbi Eliquata simul cum Plumbo. Majorem habet vim adstringendi & siccandi quàm Plumbum ustum.

Stannum, & ejus Usus Medicus.

Stannum in *Scotiâ* nostrâ quoque reperitur. Ei virtus siccandi & refrigerandi assignatur. Magni usûs est (ut quidam volunt) in Ulceribus etiam antiquis. Ramenta Stanni à quibusdam in Scorbuto facculis pro diætâ miscentur.

Usus Mechanicus.

Coquitur ex Lapide fissili, Quartzo & aliis Lapidibus solidis. In Pictorum quoque usus cedit, & Utensilia multa ex eo parantur.

Ex Metallis affinibus.

Antimonium.

Antimonium, quod etiam Stibium dicitur, Lapide Plumbario magis friabile est, & fissile magis: manus tingit.

Antiqui Medicamentis tantùm externis hoc admiscebant ad Ulcera sananda. Hodie ex Antimonio Oleum paratur in Ulceribus malignis præstantissimum. Crudum in Vino maceratum Vomitorium est, referente Domino *Lamy*. Ad Purgationes præparatum ad Vomitum quoque usurpatur. Crudum etiam cum fructu facculis pro diætâ Lue Venereâ laborantium præscriptis miscetur. Usus Medicus.

Veteribus ejus usus in decoratione erat, ut ex Sacris Literis videre est. Usus Mechanicus.

Campanarum Artificibus in usum venit, sicut & Gemmariis etiam.

Hydrargyrum.

Argentum vivum, sive Hydrargyrum, nostratibus *Quicksilver* in *Scotiâ* etiam reperitur. Liquor Metallicus est, ponderosus, coloris argentei, instar Aquæ fluidus, sed manum non madefaciens. Ad contactum frigidus est.

Argentum vivum vel nativum & fossile, vel factitium est.

Nativum & fossile est, quod in propriis Venis reperitur.

Factitium autem, quod ex Cinnabari nativâ præparari solet.

Usus Medicus.

Luis Venereæ, etiam quæ altiùs sedes fixit, efficacissimum remedium est. Vermes quoque necat, Tumores duros resolvit, Scabiem & Ulcera curat. Pediculos interimit: quâ facultate cognitâ, Mulieres illud Salivâ vel Axungiâ extinguunt, & postea caput Pusionum linunt. Sed cùm in ejus usu incautiores sunt, Fluxiones in Tonsillas & Uvulam non raro procurant, quæ Tempestate Pluviâ illos invadunt, à quibus vix unquam postea liberantur. Caveant ergo ab ejus usu improvido, qui suis Liberis bene consulere velint.

Multi usûs apud Aurifabros aliosque Artifices est.

Chrysocolla.

Chrysocollæ nativæ color viridis est. In Lapide æroso nostrate frequenter reperitur. Videtur quasi ærugo quædam ab Aquâ aliove liquore acidulo fluente in Venam Æris.

Usus Medicus & Mechanicus.

Alvum solvit & Vomitum concitat tantâ vehementiâ, ut intra corpus non tutò sumatur.

Veteres ad Aurum glutinandum eâ usi sunt. Pictoribus quoque in usum venit.

Pyrites.

Pyrites, varius apud nos.

Cubicus. Cubicus ænei coloris.

Mica. Mica corpus est Metallicum Argento splendore simile, quod in Marmoribus & Lapidibus arenosis lucet, sed ex iis separari nequit. Fixum non est, sed igne consumitur.

Talcum. Talcum.

Cadmia. Cadmia.

Cinnabaris. Cinnabaris.

Lapis æro-sus. Lapis æroſus viridis.

Fluores. Saxa Metallaria ea videntur esse, quæ nostratibus *Sparrs*; quorum quædam opaca, quædam nitentia & splendentia, quæ Fluores dicuntur. Atque ita ab Auctoribus appellantur, quoniam calore ignis liquefiunt à Metallariis in Fornaces ardentes conjecti. Gemmis similes sunt quidam ex iis, alii opaci, quales in Fodinis Argentariis reperiuntur.

Usus Mechanicus. Metallarii Fluores in Fornaces injiciunt, ut materiam Metallorum fluidiorem reddant.

Ex Artificialibus quæ ex Metallis Ars elicit.

Ærugo. Ærugo succus Metallicus in Ærariis Metallis concretus, qui generatur, dum succus vehementer acidus Æris materiam eroserit. Reperitur Nativa apud nos in Pyrite Ærario, ex quo efflorescit.

Usus Medicus. Acris est & crassarum partium, mordet, liquat, digerit & siccat.

Ferrugo. Ferrugo, *Rust of Iron*, Ferri vitium est, ex quo Ferrum humore contactum infestatur. Color illi ruber, sed nigredine permixtus. Vis illius instar Chalcanthi.

Usus Medicus & Mechanicus. Adstringens est, minùs tamen erodens. Illita Sacris Ignibus & Papularum eruptionibus medetur.

In *Germaniâ* Sutores illam in tenuiori Cerevisiâ dissolvunt, & Coria tingunt. Coriarii etiam *Italiæ* (referente *Aldrovando*) Ferrum vetus & rubiginosum in Vino putrefaciunt, quo deinde Coria nigro colore tingunt.

Crocus Martis. Crocus Martis ex ferro paratus deobstruit egregie?

Ex Plumbo

Cerussa. Cerussa, quæ Flos Plumbi nominatur.

Usus Medicus. Refrigerat & siccat, eximii usûs in Ulceribus.

Sandyx. Cerussa in Fictili novo combusta colorem rubrum acquirit & Sandyx evadit. Hæc, si cum æquâ portione Rubricæ aduratur, Minium præbet, quod in malignis etiam Ulceribus eximii usus est & Pictoribus quoque in usum cedit.

Minium.

Usus Medicus & Mechanicus.

Ex Ære.

Flos Æris Flos Æris.

Squama Æris. Squama Æris.

Squama Ferri & Chalybis Ex Ferro & Chalybe
Squama Ferri & Chalybis.

Ex Metallis quoque sunt

Scoria. Scoria.

Diphryges. Diphryges.

Vitrum. Vitrum.

Cadmia. Cadmia.

Pompholyx. Pompholyx.

Lithargyros. Lithargyros.

Sectio Quarta.

De Marinis.

CAPUT I.

De Marinis in Genere.

Aqua cur Veteribus rerum omnium Principium censebatur. Aqua Veteribus omnium rerum Principium censebatur, quòd in eâ omnis generis corpora provenirent. In Mari certè non solùm Pisces innumeri, sed & Quadrupeda, Aves, Insecta, Serpentes, imò sui generis Fossilia producuntur, ut Succinum, Ambra Grisea, quæ Bituminosi generis sunt. Plantæ autem plurimæ in ipso Maris fundo proveniunt, non solùm quæ Algæ dicuntur, sed Frutices, Arbores & Herbæ propriè dictæ. Nos ex eo Corporum Marinorum numero ea tantùm hic apponemus, quæ in hoc nostro Mari reperiuntur, Plantas sc & Bitumina, aut quæ his congenera sunt (Animalia enim, etiam Marina, in Tractatu de Animalibus habentur) initium à Plantis Marinis sumentes, quòd eæ frequentiùs occurrant. Ex his Algæ, seu Fuci in Libro Primo de Plantis traditi sunt.

CAPUT

CAPUT II.

De Plantis Marinis, Bituminibus, aut his congeneribus; aliisque quæ in Mari proveniunt.

Abies Marina. ABies Marina, quæ testis Ostreorum adnascitur.

Planta Equiseti facie. Planta Marina Equiseti facie Ostreo adnata. Ejus Icon habetur in Tabulis.

Coralloïdes. Coralloïdes succus concretus est, ramis quàm in Corallio brevioribus, dissimilis quoque substantiæ. In Littore Cantieræ invenitur.

Vires. A quibusdam prædicatur ad eosdem usus ad quos Corallium usurpatur.

Muscus Corallinus. Muscus Corallinus albus,

— purpureus;

— niger.

Spongia palmata. Spongia palmata.

Ebur Marinum Schetlandicum. Ebur Marinum *Schetlandicum*. Lapideæ quidem substantiæ videtur, quod tamen politissimum Ebur refert.

Hic Lapis Ebori simillimus in *Schetlandiâ* invenitur, in Maris littore. An Lapis *Arabicus Aldrovandi*, cui *Dioscorides* trito & Hæmorrhoïdibus tumidis inspersо vim illas exiccandi tribuit, & cinerem Dentifriciis utilem esse scribit. *Galenus* exiccantem & extergentem ei facultatem assignat. *Usus Medicus.*

Ambra Grisea. Ambra Grisea quandoque in nostro Mari reperitur. Substantia autem pinguis est, odoratissima, friabilis, dilatabilis tamen; colore nunc uniformi, nunc puncta citrina aut alba aspersa habens. Probabile est ex Fontibus quibusdam Bituminis manare, & in summo Mari Aëri expositum coagulari & densari. Calida statuitur ordine secundo; sicca primo.

Usus Medicus & Mechanicus. Insignem vim habet spiritus Animales & Vitales roborandi: unde Cerebro & Cordi confert. Sensus omnes vegetiores reddit, utilis Senibus & naturâ frigidioribus. In Syncope & Melancholiâ commendatur.

In odoramentis & suffitibus maximum usum habet. Myropœi hoc odoramenti genere Chirothecas Nobilium imbuere solent.

Succinum. Succinum Bituminis genus esse videtur, sive Terræ pinguedo è Terræ Venis effluens, aut ex quibusdam Scopulorum crepidinibus erumpens, & in Mare defluens, in quo agitatum, aquarum salsugine in Lapidis duritiem concrescit. Fluidum fuisse arguunt Insecta aliaque, quæ in eo inclusa reperiuntur. Cùm autem Succinum adhuc liquidum naturaliter tenax sit, non mirum est, si Animalcula quandoque illi incidenter adhærentia ità implicentur; ut necessariò in duritiem lapideam paulatim concrescant. Hinc *Martialis*, Lib. 6. Epigr. 15.

Dum Phaëthonteâ Formica vagatur in umbrâ
Implicuit tenuem Succina gutta Feram.

Frustum Succini habeo, in quo Musca condita est;

Nec poterat tumulo nobiliore tegi.

Incensum Succinum ardet, instar Bituminis, ejusque odorem reddit. Paleas & similes quisquilias attrahit. Ingens ejus Massa (referente *Boëthio* nostro) equo major in Littus nostrum appulit.

Gagates ei congener est, sed ex crassiori & impuriori Bitumine ortum habet & propterea nigrum est.

Succinum nunc album est; nunc mellei coloris; aliquando aurei.

Usus Medicus. Ex Succini ramentis Pulveres Suffumigatorii in Affectibus frigidis & contagiosis parantur. Ex iis quoque Vernix paratur.

Succinum Remedium calefaciens censetur, & vim habet conglutinandi, constringendi, exiccandi. Eximii usûs est in Strangulatu Matricis & Epilepsiâ, Diureticæ quoque facultatis est. Oleum ex eo Paralyticis conducit.

De Succino justos Tractatus scripserunt D. *Andreas* Aurifaber & *Severinus Gabelius*.

Sperma Ceti. Sperma Ceti.

De Halosantho seu Spermate Ceti Librum scripsit *Valerius Cordus*. Est autem substantiâ subliquidum & adipis instar pingue, colore ad citrinum aut croceum inclinans, odore gravi. Saporem illotum adhuc habet pinguem, acrem, & Salis aut aquæ Marinæ modo fervidum, subrancidum. Præparatum verò gustu pingue, modicè acre & subrancidum est.

Quidam Auctores tradunt esse liquorem, & in cerebro Ceti; qui *Islandis Dogling* dicitur, reperiri. Alii Bituminosum corpus putant aliunde in Mare influens.

Usus Medicus. Sudorem provocat, & sanguinem coagulatum in grumos, à casu, dissolvit, Alvum turbat. In Colicâ quoque commendatur. Quidam ad respirationem difficilem eo utuntur.

Favus Marinus. Favus Marinus. Substantia quædam ex Vesiculis aridis constans.

In Littore Maris *Deucaledonii* & in *Orcadibus* cum Algâ Marinâ inveniuntur.

Phaseoli Molucani. Phaseoli *Molucani*, &

Nux Indica. Nux *Indica*, ex quâ Pyxides pro Pulvere Sternutatorio parant.

Addendum ad Cap. 10. Libri Primi Partis Primæ.

Præter enumeratos ibi Fontes Medicatos, frequentari nuper cœpit Fons *Balgregie* versus *Fifanæ*

Provinciæ meditullium ſitus. Aqua hujus Fontis hauſta ſaporem adſtringentem in ore relinquit, & corpore calefacto quibuſdam nauſeam, vomitus & purgationes molitur, nonnullis ſalivationem & ſputa frequentiora procurat. In contractionibus Articulorum multùm conducit ejus uſus externè. A quo Minerali ejus virtus profiliat, nondum compertum eſt. Reperiuntur propè Fontem Cryſtalla.

Prodromo hoc opere jam ad Umbilicum adducto, æquum eſt, ut nos cum Regio Prophetâ cuncta *Dei* Opificia ad ejus laudes celebrandas excitante concinamus,

Pſ. 148. Verſ. 13. ad 14.

Laudate Dominum, qui diem
Sol, Luna noctem illuminas.
Laudate Dominum lucidis
Stellæ decoræ flammulis.
Laudate eum rotatiles
Tot Orbium compagines,
Et Unda longe celſior
Campis nitentis Aëris.
Huic cuncta laudes dicite,
Nomenque cuncta pangite,
Quod cuncta nutu condidit,
Et cuncta nutu ſuſtinet,
Fixitque firmo cardine,
Ne vi ſenectæ corruant;
Certiſque vinxit legibus,
Quas tranſgredi non audeant.
Laudate Dominum ſub ſpecus
Terræ Dracones abditi:
Et vaſta Cete, quæ ſinus
Ponti repoſtos finditis.
Ignes, Nives, & Grandines,
Vaporque & Auræ ſpiritus,
Ad juſſa Domini mobiles
Circumrotantes turbines,
Colles feraces, & feri
Montes: & omnes Arbores,
Seu montibus rigeſcitis,
Seu cultibus manſueſcitis,
Mites feræque Beſtiæ,
Humique lentè Reptiles,
Et quæ liquentes Aëris
Campos volando carpitis.
Reges & Orbis Præſides,
Et Nationes liberæ,
Et pauperi plebeculæ
Qui jus ab alto dicitis,
Et vos Juventa florea,
Læti puelli & virgines,
Seneſque vitæ in ultimo
Jamjam exituri limine,
Laudate Dominum: Numini
Sit ejus uni gloria,
Unumque noſcat omnium
Cœlum Solumque Principem.

Totius Operis Prodromi

F I N I S.

INDEX

Alphabeticus rerum præcipuarum, quæ in Libro Quarto & ultimo Partis secundæ Prodromi Naturalis Historiæ Scotiæ tractantur, qui agit de Fossilibus & Marinis.

A

Abies Marina, 55
Achates, ejus usus Medicus & Mechanicus, 50
Adamas, ejus usus Medicus & *Mechanicus*; 51
Æris Vide Flos & Squama.
Ærugo, & ejus usus Medicus, 54
Æs, ejus usus Medicus & Mechanicus, 52. 53
Ætites, & ejus usus *Medicus*, 48
Alcionium, 42
Alectorius, 48
Ambra Grisea, ejus usus Medicus & Mechanicus, 55
Amethystus, 51
Antimonium, ejus usus Medicus & Mechanicus, 53
Aqua in *Anandia* ex succis concretis, 43
Aqua cur Veteribus rerum omnium principium censetur, 54
Argentum, ejus usus Medicus & Mechanicus, 52
Argilla, & ejus usus *Mechanicus*, 42
Armenæ affinis, ibid.
Aurum, ejus usus Medicus & Mechanicus, 52

B

Belemnites, 49
Beryllus, 51
Bitumen quid 44
Bufonites, 48
Bufonites, 48
Bufonius Lapis, 51

C.

Cadmia, Terra, 42
Cadmia, ex Metallis affinibus, 54
Cadmia, ex Artificialibus, quæ ex Metallis Ars elicit, ibid.
Cæruleum, & ejus Vires, 43
Calamites, 47
Carbo fossilis, & ejus usus; 44
Carbunculus, & ejus Vires; 51
Ceraunias, 49
Cerussa, ejus usus Medicus, 54
Cespes Bituminosus, 44
Chrysocolla, ejus usus Medicus & *Mechanicus*, 53
Cimolia, ejus usus Medicus & Mechanicus; 42
Cinnabaris, 54
Coralloïdes, 55
Corneolus, ejus usus Medicus & *Mechanicus*; 50
Cos Aquatica & Olearia, 46
Crocus Martis, & ejus Vires, 54
Crystallum, ejus varia genera, usus *Medicus* & *Mechanicus*; 50. 51
Cubicus, 54

D.

Diphryges,

E.

Ebur Marinum Schetlandicum, & ejus usus *Medicus*, 55
Echinites, 49
Entrochus, ejus variæ species & usus Medicus, 47. 48

F.

Favus Marinus, 55
Ferrum, ejus usus Medicus & *Mechanicus*; 53
Ferri & Chalybis squama, 54
Ferrugo, ejus usus Medicus & Mechanicus; ibid.
Flos Æris, ibid.
Fluores, & eorum usus Mechanicus; ibid.
Fons de *Balgregie*; 55
Fossile quid, 41
Fossilia Marina. ibid.
Fossilium nomen, & divisio; ibid.
Fossilium usus & abusus, ibid.

G.

Gagates inter Bitumina, & ejus usus; 44
Gagates inter Lapides pretiosos, 51
Globulus Lapideus, 48
Glossopetra, 49
Granatus, & ejus Vires, 51
Gypsum, ejus usus Medicus & Mechanicus, 47

H.

Hæmatites, ejus usus *Medicus* & Mechanicus; 48
Hyacinthus, & ejus usus Medicus, 51
Hydrargyrum & ejus usus Medicus, 53

I.

Jaspis, ejus usus Medicus & Mechanicus; 50

L.

Lamiarum Sagittæ; 49
Lapis quid, 45
Lapides quomodo gignuntur, & locus ubi generantur Lapides, ibid.
Lapidum differentiæ, ibid.
Lapis æreus, 54
Lapis Argentheliæ, 47
Lapis Artetinum caput referens, 49
Lapis Calcarius, & ejus usus Medicus, 46
Lapis Capreoli, 48
Lapis Caseiformis, 50
Lapis Cochleiformis, 49
Lapis Conchæ hirsutæ æmulus, 50
Lapis varii generis Conchas referens; 49
Lapis Cordis figurâ, ibid.
Lapis Cylindriacus; ibid.
Lapis Inglandem referens, ibid.
Lapis Lazuli, ejus usus Medicus & Mechanicus, 48

Lapis

Lapis Limacis nudi, ibid.
Lapis Mammoſus, 49
Lapis Margæ ſimilis, 47
Lapis Molaris, 46
Lapis Percarum, 48
Lapis Pholadis, 51
Lapis Poroſus, 47
Lapis Prunum referens, 49
Lapis Schiſtus, 47
Lapis Variolarum, & ejus uſus Medicus, 49
Lapides in Cancrorum capitibus, 48
Lapides in humano corpore, ibid.
Lignum foſſile, 44
Litharguros, 54

M.

Magnes, & ejus uſus, 47
Marga vulgaris, & ejus uſus, 42
Marga lapidoſa flava, ibid.
Margaritæ, 51
Marmor, ejus uſus Medicus & Mechanicus, 46
Marmorum genera, ibid.
Metallum quid, 52
Metalla unde generantur, ibid.
Metalla quot ſunt, ibid.
Metallorum differentiæ & ſigna, ibid.
Mica, 54
Minium, ejus uſus Medicus & Mechanicus, ibid.
Morochthus, & ejus uſus Medicus, 48
Muſcus Corallinus, 55
Myites, 49

N.

Nigrica, & ejus uſus, 42
Nitrum, & ejus uſus, 43
Nux Indica, 55

O.

Ochra, ejus uſus Medicus & Mechanicus, 42
Oculus Mundi, 51
Oleum Fontis S. *Cathaarinæ*, 44
Orchites, 50
Oſtracomorphos, 49

P.

Peſtinites. 49
Pectunculites, ibid.
Petrifacta, 46
Phaſeoli Molucani, 55
Planta Marina Equiſeti facie, ibid.
Plumbum, & ejus uſus Medicus, 53
Pompholyx, 54
Pumex, ejus uſus Medicus & Mechanicus, 47
Pyrimachus, 45
Pyrites Lapis, 46
Pyrites ex Metallis affinibus, 53

R.

Rubinus, 51
Rubrica, ejus duæ ſpecies & uſus Medicus, 42

S.

Sal, 43
Sal communis, Naturalis & Artificialis, ibid.
Salis uſus in Cibis & Vires in Medicinâ, ibid.
Salis uſus in Agriculturâ, ibid.
Sandalites, 50
Sandyx, 54
Sardius. Vide Corneolus.
Sceria, 54
Silex, ejus ſpecies & uſus Mechanicus, 45
Smiris, & ejus uſus Mechanicus, 48
Sperma Ceti, & ejus uſus Medicus, 55
Spongia palmata, ibid.
Squama Æris, 54
Stalactites, 47
Stalagmites, ibid.
Stannum, ejus uſus Medicus & Mechanicus, 53
Stelechites, 50
Succi concreti, 43
Succinum, & ejus uſus Medicus, 55
Sulphur, ejus uſus Medicus & Mechanicus, 44

T.

Talcum, ejus uſus Medicus & Mechanicus, 47
Talcum ex Metallis affinibus, 54
Terra, 42
Terra Bituminoſa, 44
Terra Drumfriſienſis tinctoria, 42
Terra crocei & violacei coloris, ibid.
Terra viridis, ibid.
Topazius, 51
Tophus, 47
Tophus Juvenci, 48
Trochites. Vide *Entrochus*.
Tubuli albi perforati, 43

V.

Vitriolum, ejus uſus Medicus & Mechanicus, 43
Vitrum, 54

TABULÆ ÆNEÆ

In quibus Icones.

Tabula 1. Aſtragalus Silvaticus Thalii.
Tabula 2. Roſa Ciphiana.

Tab. 3. *fig.* 1. Adiantho vero affine noſtras.
fig. 2. Adianthum album Wemienſe Tenuifolium
3. Trichomanes folio crenato.
4. Trichomanes folio pyramidali.
5. Muſcus Aſplenii Facie.
6. Cochlites Lapis.
7. Mytulites Lapis.

Tab. 4 *fig.* 1. Adianthum nigrum Maximum Noſtras.
2. Pietra Emboſcata imperati.
3. Cotyledon hirſuta J. Raii Hairie Kidney-wort.

Tab. 5. *fig.* 1. Folium Dentariæ affinis.
2. Ramus laſerpitii non deſcripti.
3. Dentariæ affinis planta integra.
4. Vermis Cucurbitinus.

Tab. 6. *fig.* 1. Fragariæ affinis planta non ſcripta.
2. Horminum Tingitanum.
3. Piſcis maculis aureis aſperſus non ſcriptus pollices 42. longus.

Tab. 7. Mergus Avis.

Tab. 8. Equus Scoticus Velox.

Tab. 9. *fig.* 1. Caput Veteris Anſeris Baſſani.
2. Anſer Baſſanus junior
3. Pes Senioris.

Tab. 10. Effigies *M. Alex. Bodii.*

Tab. 11. *fig.* 1. Himantopus Avis.
2. Cornu ex Mulieris capite exciſum.
3. Inferior pars quâ exciſum eſt.
4. Acarus ut *Micro*ſcopio apparet.

Tab. 12. *fig.* 1. Fucus Equiſeti facie.
2. Arcuata avis.
3. Apium *Marinum* quibuſdam potius Imperatoriæ affinis planta.
4. Echium *Marinum.*

Tab. 13. *fig.* 1. Turdus illas.
2. Himantopus.

Tab. 14. *fig.* 1. Capricalca fœmina.
2. Cataractes Noſtras.

Tab. 15. *fig.* 1. Colymbus maximus Stellatus.
2. Cataphracti piſcis pars Supina
3. pars prona.

Tab. 16. *fig.* 1. Anas Arctica Cluſii.
2. Kitiwake Avis Baſſana.
3. Lupus *Marinus.*

Tab. 17. *fig.* 1. Scorpius *Marinus* noſter ſupinus
2. pronus.

Tab. 18. *fig.* 1. Concha Anatifera integra.
2. Piſcis exemptus contractis flagellis.
3. Idem explicatis.
4. Capricornus inſectum.
Capricalca *Mas.*

Tabula 19. *Muſtela* Vivipara.
Aculeatus *Marinus Major.*
Acus *Ariſtotelis* caudâ ſerpentinâ.

Tabula 20. Cochlea *Marina* Bivalvis Supina.
Eadem extra Teſtem protuberans.
Eadem prona.

Tab. 21. *fig.* 1. Globulus ex Vituli ſtomacho exemptus.
2. Lapis Echinites.
3. Lapis fungoſus per Anum excretus.
4. Alterius medietas.
Tadorna *Bellonii.*

Tab. 22. *fig.* 1. *Minera* Cryſtalli Orrocini.
2. Lapis ex quo ferrum conficitur.
3. Alia minera *Queensburienſis* cum fruſto plumbi incorporato.

LECTORI BENEVOLO.

Graviora hæc Errata, quoniam Auctor haud semper Correctioni adesse potuit, sic emendabis.

Errata corrigenda in Parte Primâ.

Pag. 7. lin. 44. Pro Fluminum lege *Fulminum*. Pag. 8. l. 46. pro Hydraggyrum lege *Hydrargyrum*. P. 13. l. 52. pro Zepeyro-Boreas lege *Zephyro-Boreas*. pag. 14. l. 3. Pro Euro-Notus & Auster leg. *Euro-Notus & Eurus*. pag. 15. l. 11. Pro divina lege *divinæ*. pag. 19. lin. 17. Pro In sula lege *Insulæ*. pag. 20. lin. 17. pro quoquæ lege *quoque*. pag. 22. lin. 27. pro Mackenuzis lege *Mackenzius*. pag. 29. lin. 44. pro adjactum lege *adjactum*. pag. 31. lin. 47. pro Avenâ lege *Arenâ*. Ibid. in Margine, lin. 21. pro Aurifodna lege *Aurifodina*. pag. 33. lin. 42. Mediocriter requisita. Dele *requisita*, quæ vox lineâ sequente inserenda est inter *agrorum* & *nobis*. Ibid in Margine. lin. 3. pro Fossilis lege *Fluvialis*. pag. 34. lin. 44. pro Hippocoates lege *Hippocrates*. pag. 36. lin. 15. pro probebant lege *præbebant*.. pag. 38. lin 18. post meretur dele : Ibid. lin. 22. post necessitas est adde, Ibid. lin. 41. pro canaidus lege *candidus*. Ibid in Margine, lin. 8. pro ἀ γμα lege ἄλμα. pag. 39. lin. 36. pro cupidiæ lege *cupediæ*. Ibid. lin. 45. pro πάνιν lege πάνυ. pag. 40. lin. 46. pro cibi lege *cibo*. Ibid. lin. 55. pro Lypothymias lege *Lipothymias*. pag. 42. lin. 3. pro vicinis lege *vicini*. pag. 50. lin. 6. pro tetram que lege *tetramque*. Ibid. lin. 12. pro adventii lege *adaventitii*. pag. 52. lin. 11. pro dyspnæa lege *dyspnœa*. pag. 63. lin. 60. pro cœcos lege *cæcos*. pag. 69. lin 28. pro dyspnaâ lege *dyspnœâ*. pag. 71. lin. 34, &. 35. pro Medicinæ lege *Medicinæ*. Ibid. lin. 43. pro horum lege de *his*. pag. 72. lin. 17. pro excogitabant lege *excogitarent*. pag. 75. lin. 8. pro huic illive lege *hoc illove*. pag. 80. lin. 4. pro Ventriculo lege *Ventriculi*. pag. 87. lin. 26. pro Caryophillatæ lege *Caryophyllatæ*. Ibid. in marg. lin. 1. pro Rachitid. lege *Rachitidi*. pag. 94. lin. 19. pro medicus lege *medius*. pag. 99. lin. 35. pro aurem lege *autem*. Ibid. lin. 46. pro violatiles lege *volatiles*. Ibid. lin. 53. pro corradit lege *corrodit*.

Errata corrigenda in Libro Primo & Secundo Partis Secundæ.

Pag. 3. lin 16. pro pluviæ lege *pluviâ*. Ibid. lin. 24. pro similiaris lege *similaris*. pag. 8. lin. 38. pro Minimæ lege *Minima*. Ibid. lin. 41. pro West-from lege *West from*. pag. 9. lin. 4. pro Vulgatis lege *Vulgaris*. pag. 11. in Margine lin. 22. pro Astralagus lege *Astragalus*. pag. 13. lin. 57. pro sequentibus lege *spuentibus*. pag. 15. lin. 33. quod in, dele *in*. pag. 17. lin. 39. pro Neotricis lege *Neotericis*. pag. 19. lin. 46. pro Libra unica lege *Libram unicam*. pag. 23. lin. ult. pro adstringant lege *adstringunt*. pag. 33. lin. 35. pro cathreticum lege *cathæreticum*. pag. 39. lin. 10. pro Musus lege *Museus*. Ibid. lin. 20. pro hobetur lege *habetur*. Ibid. lin. 31. pro interraneorum lege *interaneorum*. pag. 43. lin. 50. pro Daleehampy lege *Dalechampii*. pag. 44. in marg. lin. 16. pro Pontentilla lege *Potentilla*. pag. 45. lin. 15. pro dysfenterias lege *dysenterias*. pag. 49. lin. 24. pro Cerinthiacis lege *Corinthiacis*. pag 50. lin. 17. pro Donua lege *Donna*. Ibid. lin. 14. pro Donua lege *Donna*. pag. 55. lin. 17. herbæ in dele *in*. Ibid. lin. 43. pro cerulei lege *cærulei*. pag. 57. col. 1. lin. 38. pro vulgare lege *vulgaris*. pag. 58. col. 1. lin. 3. pro Ciceris lege *Ciceri*. pag. 59. col. 1. lin. 1. pro Typhynum lege *Typhinum*. pag. 69. lin. 31. Post etiam dele &. Ibid. lin. 43. pro Oxou. lege *Oxon*. pag. 74. lin. 31. pro calore lege *colore*. pag. 81. in marg. lin. 23. pro Consodila lege *Consolida*. pag. 85. lin. 50. pro Shee-Vetch lege *Shoe-Vetch*. pag. 95. lin. 45. pro λιγοκέφαλ@ lege ὀλιγοκέφαλ@. pag. 100. lin. 2. pro senat lege *sanat*. Ibid. lin. 3. pro in est lege *inest*. Ibid. lin. 12. pro intermit lege *interimit*. pag. 104. lin. 53. pro spicioſiòre lege *specioſiore*. Ibid. lin. 55. pro Verticillatas lege *Verticillatus*. pag. 107. lin. 1. pro Monspessulanas lege *Monspessulanus*. Ibid. lin. 18. pro recentis lege *recentes*.

Errata corrigenda in Libro Tertio & quarto Partis Secundæ

Pag. 1. lin. 23. pro Aëris lege *Aëriis*. pag. 8. in marg. lin. 15. & 16. pro Româ lege *Ronâ*. pag. 9. lin. 25. pro sunt lege *est*. pag. 14. lin. pro cùm Volatus valido enim lege *cùm enim Volatus valido*. Ibid. lin. 48. pro milliaria lege *millia*. pag. 16. lin. 20. pro annum lege *anum*. pag. 18. lin. penult. dele 2. pag. 20. lin. 45. pro Colymbus lege *Colymbis*. pag. 23. lin. 4. pro Balenarum lege *Balænarum*. pag. 26. lin. 31. pro Rondelitii lege *Rondeletii*. pag. 44. lin. 49. pro Napthæ lege *Naphthæ*. pag. 45. in marg. lin. 6. pro ub lege *ubi*. pag. 46. lin. 41. pro representent lege *repræsentent*. pag. 47. lin. 18. pro concretius instar striarium lege *concretus instar striarum*. pag. 48. lin. 27. pro Lapidicinâ lege *Lapicidinâ*. pag. 52. lin. 5. pro corpus fusile lege *corpus fossile*. pag. 54. lin. 20. pro medetu lege *medetur*. Ibid. in marg. lin. 29. pro Ævis lege *Æris*.

Errata alia leviora (quæ vel in ipso Opere, vel Epistolis, vel alibi occurrent) æquus Lector facilè inter legendum corriget.

FINIS.

Tab. 1.

Astragalus Sylvaticus Thalÿ.

Geo: Mason fe

Tab: 2.

Rosa Ciphiana

Tab: 3
6
7

Tab: 7

Tab: 4.
I
2 Lapis Bolsterra
imbosrata ut arbor.



Tab: 5
1
2
3
4
Excud: Jo: Rea

Tab: 6
1
2
3

ALEXANDER BODIVS
BONIT. CHRISTI LIBER ET. I. IAN. 1596.
HIC EGO QVI TACITVS
VICEO MELIORA PROBO
NON OBIOSA SEQVOR.
Thomas de Leu. fecit.

Tav: 8

Tab: 9
1
2
Anſer Baſsanus
3

Tab: XI
Himantopus
1
3
Cornu ex rapito
mulieris exiſtum
4
Aranus in Caſoo
or mite with a Mi
croſcope

Tab. XII
1
2
3
4
Apium marinum quibusdam
Echium marinum

Tab. XIII

Tab: 14

· Capricalca famina . 1

· Cataractes nostras ·

2

Geo: Mam: fecit


Tab: 15
1
Colymbus maximus ſtellatus
2
Cataphractus
31



Tab: 16

1

2

Lupus marinus

3



Excud: Jo: Reid.

Tab. 17

Scorpius marinus noſtras

Tab. 18

Capricalca mas



1

Concha Anatifera

2

Pisces ex ord. Anomiorum

Polypo similis



3

Idem expansus.

4

Capricornus Insecta.



Tab. 19

Muſtela marina vivipara.



Aculeatus marinus major.

Acus Ariſtotilis caudâ ſerpentina.

Geor. Manſfeldt.

Tab: 20

1



2



3




Tab: 21
Tadorna Bellonii
1
2
3
Lapis ano exustus
4

Tab: 22

1



2

3



Et genus et proavus

Et quæ non fecimus ipsi